(sic enim appellant) captari ac quæsi, nisi seditionum opportunitatem ac vitiorum omnium impunitatem. Neque enim diuisionis Deus noster aut hor est, sed pacis: & Filius Dei non peccati minister est, qui venit ad vitiorum culpam Deo dñe. Et nos talium cupiditatum immixtum accusa aut Christo imputamur, quatum ne minimam quidem suspicionem unquam dedimus. Scilicet nos regnorum inuectionem meditamus: quorum nulla unquam facta Seditiones. Atiosa vox audita est, & vita semper quieta simplexque cognita fuit, quæ sub re viceremus: & qui nunc etiam domo profugi, tibi tamen regnoq; tuo fausta omnia precari non desinimus. Scilicet uos impunitam vitiorum petulantiam aucupamur, quorum in moribus etiæ multa reprehensione impunitis. di possunt, nihil tamen tanta insultatione dignum, nec tam infeliciter (gratia Dei) in Euangelijs prosecutus quin istis obtructatoribus vita nostra, castitatis, benignitatis, misericordia, continentia, patientia, modestia, & virtutis cuiusvis exemplum esse possit. Nos sane Deum sincerè ti Vitta & mors fide mete & colere te ipsa palam est, quando tum vita tum morte nostra non lumen eius sanctificari permisus, & ipsa inuidia coacta est quibusdam nostrum innocentia & civilis integritatis testimonium dare: in quibus id unum morte plectebatur quod singulari in laude penitendum erat. Quod si qui sub praetextu Euangelijs tumultuantur (quales hactenus aliquos in regno tuo fuisse non competitum est) si qui vitiorum suorum licentia, libertatem gratia Dei praetexunt, (quales permultos noui) sunt leges & legum poenæ, quibus pro merito grauiter coeuntur: modò ne interim Euangelijs Dei obsecratorum hec minima nequitiam male audiatur. Habes, Rex, satis multis expeditam calumniatorum virulentam iniquitatem, ne in eorum delationes ultra modum credula aure propèdas. Etiam alienis à re vereor etiam ne nimis multis: quando hæc iam præfatio ad iustitiae pene apologia modum accedit: qua non defensionem texete, sed duntaxat ad ipsam causam actionem audiendam animi tuum præmolire studui, a uerum quidem nunc & alienatum à nobis, addo etiam inflammatum: sed cuius gratiam recolligere nos posse confidimus si hanc nostram confessionem, quam pro defensione apud tuam maiestatem esse volumus, placidus compotiusque semel legeris. Sin vero ita aures tuas occupant malevolorum susurri, ut nullus si reis pro se dicendi locus importunus erit illa fatigare, te conauentus, semper vinculis, flagris, equuleis, scilicet onibus, incendiis, sanguinibus, nos quidem, velut oves in cæstigationi destinatus, ad extrema quæque redigemur: sic tamen, ut in patientia nostra possimus animas nostras, & manum Domini forem expeditus: quæ indubit tempore aderit, & scilicet armata exere: tum ad pauperes ex afflictione eruendos, tum etiam ad vindicandos qui tanta securitate nunc exultant, contemptores Dominus, Rex regum thronum tuum iustitia stabilit, & solium tuum æquitate, Illustrissime Rex. Basileæ. Calend. Augusti, Anno M. D. XXXVI

Excusatio ligioris
hæc sermonis.Etiam alienis à re
ligione, affutum pos-
se, si fieri possit
defensionis audi-
re sustinet.Quando hoc non sit
patrona tamen o-
pus ejus, & dominus
in tempore affutari,





DOCTISSIMO VIRO BLA-
SIO MARCVARDO, BERNENSI

Theologo, Symmyste, & amico
singulari, N. Col-
lado S.

R AESTANTISSIMI Theologi & sancti viri D. Ioannis Caluini Institutionem Christianarum religionis commendate Sacrum literatum studiosiv vltis, nō est instituti nostri, frater amansissimi Martcuarde. Eius enim hominis lucubrations Ecclesie Dei magis innotescere velle inscripto cuiusquam nomine, pene superuacuus laboi est: cōcēdat autem nouam eis gratiam posse, si quis in animum inducat suum, is sanè (quod nemo ignorat) multum errat. Prxscriptum vero hoc propemodem primum, & postremum, sc̄itḡ torū ipsius, & ab eo sepius elaboratū magna eruditione, multo verò maiori Dei gloriā & amplificandz studio, sincerissimōque iuuanda semper Christi Ecclesiz, citra villam sui ostentationem, zelo & conatu, quis piorum non audiuit quis eorum qui Theologica studia capessunt non legit, aut enī relegit sepius? Quia tanier hac etiamnum editione, quædam accessere labore nostro concinnata, sic rogante typographo, literatis verò quibusdam, & piis viris, eorum qui rebus Theologicis operam nuanit valde approbanribus, necesse mihi fuit huius accessionis rationem aliquā redde: quod ut faciam rem altius repetere cogor Caluini Christianq̄ religionis Institutionem (qualistum erat) annis ab hinc plus minus 30. legebam apud meos Bitutiges furtim, & succisius horis, inter studia Iuris ciuilis, quem trahabant: nec minus tamen studiosē in ex versabar, quām si ab omnī metu liber idipsum fuisset professus. Cupidus enim etam, imò cupidissimus, nō Deo pro sua misericordia fauente, per noscedet nisi prioris in Christianā religionē doctrinā. Dominum Iesum Christum, in quem fueram baptizatus, scribam sicut, & scriiebam. Eum ipsum libris deinde anno 1549, cū ex Papatus dissipatione in has Ecclesi s. quasi diu turnz sitis explendi gratia, venitsem, evoluēbam accurate hac in schola, ybi hyemē in translogi auditor de cōfessi viri Iohannes Ribitti, cui etam mandata erat Theologica professio. Postea etiam idipsum facete bon de stii Genevę quoā sicut in pionia docendorum in schola puerorum (nam me sibi vicarium adiunxit patre permittente, ipso etiam Caluino approbante, noster Lodoicus Enocus, Ḡnevensis tunc Gymnasiaca) imò illa ipsa tegende, & erudiendz iuuenturis laboriosissima functio cō etiam me nonnunquam reuocabat Nam & ad Catechismum publicum in Templis, priuatum ipse, id est in trā ludi patentes, studiosius eos comparare solebam, instantie dī: Dominico: & eo ipso die, quibusdam illorum ad me venientibus excepto sole, quos ad sacram cōcionem etiam pro more deducturus, que Caluinus ex novo Testamento erat Ecclesiz expositurus, ea Grātē legebam, & interpretabam Grammaticē quidem, & voces ipsas explicās, sed ita ut de sententiis alijs quod delibarem, & pro pueris, aut mediocritate orationi capta (erat enim adolescentioli plerique) degu-

standum eis præberem. Hic mihi sancè erat etiam stimulus, ad subinde regi-
 uisendam hanc Caluini Christianæ religionis Institutionem, quia ibi col-
 lecta videbam, & veluti premansa, quæ in veterum libris variè & sparsim
 fuissent conquirenda: quod ut facetem neque satis otiosus suppetebat,
 neque erant tum ad manum illa mihi veterum scripta. Nunc verò re-
 cordor etiam in non siue magna voluptate totum illud tempus: me-
 mini quām mihi labor ille omnis iucundus esset (quia quoniam docebam,
 perinde ut meos diligebam, & complebat in Domino) memini et alii
 & quotidie sentio, quām mihi quoque fructuosus sit illis quos dixi, & alii
 (Deo quidem benignissime misericordi dante) fortasse non erit inu-
 tilis. Sed ne extra rem nostram longius euagetur oratio, quam in hoc Cal-
 uini scripto, & quibusdam eius Commentariis, variisque opusculis le-
 gendis versatus essem non oscitantur: noua tunc occasio, eaque multi-
 plex eò rem deduxit, ut & Institutionis & eiusdem Caluini in sacra Con-
 mentationum, Theologicorumque opusculorum legendoruro, & majo-
 ri cura versandorum, & excutendorum quedam velut necessitas impo-
 sita etiam fuerit. Optimo viro Laurentio Normando sotorio meo, Cal-
 uini amicorum intimo visum est, cui fortasse alij se eiudem consiliij
 socios adiunxerent, Caluinali opusculo quæ tum non pauca erant (iustum
 enim volumen esse certunt etiam minoribus characteribus expressi) in
 unum colligere, & Ioanni Gerardo Typographe excudenda manda-
 re. Rogauic idem, quia & diligentia confidebat, & studia nostra excita-
 re gestiebat, ut eius voluminis Indices duos (quomodo sibi soli) con-
 ficerem. Ego discendi legendi que, ac eiusmodi sepius inter se confe-
 rendi non minus cupidus, audiē illud in me tecepi. Et petesci sancè inde-
 fatigabili studio. Vix enim recordor ullum mihi laborem leuitem
 fuisse: tanto ad hec studia totus esse ab eo rapiebat. Nam quannis sazissi-
 mal hyeme, sub finem anni 1551, quia diurnas horas propemodum o-
 mnes absumeret hodie literatij administratio nostra, in multam noctem
 libentissime vigilias producebam tanta attentione, ut vix meminerim,
 ante medium noctem mihi illa lucubranti obrepuisse somnum: ante
 lucanas autem operis summo mane antevettebam. Tum ergo excu-
 sum est Caluinali opusculorum volumen (nam antea singula tantum, &
 separata extabant eiusmodi scripta in pictorum, & studiosorum mani-
 bus) cum erudita, & sancta Præfatione doctissimi viri N. Gallasii, qui
 Caluino collega erat cum aliis eo tempore in regenda Genevensi Ecclesie.
 Excusus est autem & Index à me collectus locorum Scripturarum, quos
 author interpretatus fuisse reperitur omnibus in illis libris. Nam alter-
 sun Indicem (qui res ipsas & sparsim, & speciatim variis in locis tracta-
 tas, in sua singulis summa veleri capite refert) & si omnia ad eum per-
 tinentia collegaram, & descripsoram, quia tamen mitto prædictus
 (incidi enim sub finem hyemis in gravissimam febrem tertianam no-
 tham, quæ & toto trimetri me mitum in modum vexauit) non adhuc
 plenè adiunxeram, pratermitte e fuit necesse. Non dum expleto posita
 anno, initio scilicet anni 1553, cum eidein Normando recudere Geras-
 dus Caluini Gallicam institutionem, rogatus, Indicem consecutus
 eius libri non exiterat antea. In quo contexendo, Caluini etiam indicio
 multis in locis vti me solitum non nego. Imò ut omnia mihi tyroni
 adhuc essent faciliora, memini cum aliquando vesperi à cena apud
 eundem Normandium, assampto Indice, qui tum erat in Latine exemplari
 Institutionis suæ, quum calamum poposcilat, percutiisse, & super-
 vacua ea multa, imò perpetuam & ineptè annotauit (unde fieri moxi re-
 periantur decepti Indicibus libri primi) induisse se deleuisse, ut mihi
 meliorem quindam viam quam sequitur commentaret. Postea quam
 in pu-

in publicum prodiisset Gallicus ille Index, placuit sanè multis. Eo annō tem i pso anno, non multò post, mense scilicet Maio vocatus ab hypodidascalī præcipui officio ad ministerium Ecclesiasticum, (quod annos quatuor exercit in rute verbī proximo) quia mihi plusculum otijerat, præter diem Dominicū bistantū in hebdomade conciunculum habenti: Caluni quædam scripta, inter quæ commentarios in quatuor Evangelistas, ex eius Latino in Gallicum sermonem conuerti. Etsi enim iam exierat in Ioannem commentarius, Gallicus factus alterius opera: ita tamen mendosè, quemadmodum nonnunquam fieri solet festinantere prelo, & scribentis laborem de eius manibus p̄z properè rapiente, vt inibi telegendus, & tot menda in eo tam multis lituris contingenda fuerint, vt haud paulò plus in eo laboris suscepimus, quām si de integro vertendus fuisset. Initio verò totius illius temporis digesseram in ordinem Alphabeti quæ restabant absoluenda in opusculorum altero quem dixi Indice: & subinde postea illum adhibere cœpi ad ea quæ mihi vsui erant & publicè, & priuatim. Nam siue habenda conciones, quum ex rure in urbem euocatus, annis quatuordecim ministerio fungeret, siue mandata professione Theologica, docendum in schola: non parum adiumenti mihi fuit, prætata illuc & prompta ad manum habere, quæ cum variis eiusdem Caluinii locis in Institutione, & Commentariis, conferrem ac compararem. Præcipue verò, quum librum hunc postremò recognouisset Calinus, & penè nouum methodo quadam accuratiōti, ac multa accessione fecisset, crevit etiam hæc industria nostra. Nam quum ille ad nouum futuræ editionis instar, Gallicam Institutionis versionem compa. aret, & excipiente pattim vno fratre Antonio, partim amanuensi famulod &asset multa: paginas etiam ex priori Gallico exemplari impresso inferuisset non paucis in locis: glutinatōribus sanè ei sepe vtendum fuit, in spectore etiam tandem totius operis omnino res egebat. Immutatio enim, quam plurimis in locis magna fāda erat: vt huius, & additamentis pleraque essent implicita valde, & lectu obscura, atque etiam mendosæ, quemadmodum ab excipientibus nō semper intelliguntur verba dictantis. Ego rogatus ab Antonio fratre, cuius sumpiibus Ioannes Crispinus, hospes quondam noster, versionem illam Gallicam paulò post erat excusurus (vt Henrico Stephano Latinum exemplar mandabatur) chartas illas omnes, & Latinas, & Gallicas, vt erant in authoris aduersariis, relegendas, emendandas, & inter se conferendas suscepi, vt operis typographicis omnia essent securiora, explicatiora, & faciliora, minus saltem intricata. Et hæc quidem utriusque exemplaris veluti prælectio quædam, & collatio non indiligens in gratiam impressiorie officia: (neque enim leviter tantum percurrenti labore defungi volu) eiusmodi fuit, vt non niodò magni inde voluptatem caperem, sed & utilitatem maximam postea etiam reportasse me senserim. Quo fadū est et, quum aliquot post mensibus de Indice conficiendo ageretur (nam idiretibat id plerosque desiderare emptores, cum primis Francordiensibus mundinis recens impressi libri prouinciales habebantur) mihi etiam hoc deulerit ipsius aucto: voluntate Antonius frater. Ethicè quidem sic laborasse me confido, vt non multis nostris dispiuerint, aliquibus saltem valde sint probata: quod & tu de te confirmasti mihi, doctissime Marciatde, cum ignorares tamen me esse authorem. Fecit ergo hæc toties legendæ, & telegendæ huius Institutionis imposta quædam necessitas (etsi vltro sanè mihi liber in manibus erat semper) vt & compertissima haberem quæcumque illic transcantur accurate, & utilissimè: & multa hinc inde ad Caluinii sententiā conferrem ex varia, & quotidiana lectione. Addidi enī

& aliorum lectionem cum veterum, cum recentiorum, ut doctissimes ples
tosq; hæc nostra ruinæ artas, Dei singulari beneficio. Ex hac varia, & mul-
torum annorum nō om̄ino indiligenti lectione, fieri non potuit, quin
pecum aliquam literariam mihi compararem, cum annotatis quibusdā
in margine & aliis in librorum Theologicorum, & huius Institu-
tio-
nis, tum ex alia etiam priuata scriptione. Er ea quidem sic cōgeſti, vt non
ad aliud profere existimari, quām docendis iis quoū mihi cura man-
dabatur. Neque enim, aliquid enq̄am in publicum edere mihi fuit ani-
mus, & quād in tanta serbentium turba nihil opus esse cogitabam, &
quia, quæ est ingenij mei mediocritas, aut potius exiguitas, verbis ruinæ,
ne quod nouis scriptiōnibus edend s daretur temporis, tantumdem de-
traheret otij ad ea peragenda quæ ministerij Ecclesie Pastorum præci-
pua sunt, vel magis propria. Imò postquam m̄ uori illa cura, Pastoralis
videlicet officij, liberatus in hanc scholam migravi, & ubi, alisque no-
nchilis, & de Etiam viris, publicis professoribus collega adiunctus
fui, vestro quidem & Ecclesie Pastorum iusfragio, clarissimi autem Ber-
nensis Senatus approbatōne, & autoritate: ne tum quidem sententiam
mutauit, nisi nunc tandem agricorum quotundam tantum non cōsumo
etiam, expugnauerit. Nam & alij complures, & doctissimi collegæ nostri
Michael Hoinitus, ac Petrus Nunnus, ipse quoque Ioannes Sertanus,
quibusq; rebus Theologicis nobis est privatius sermo sapientiale, ege-
runt mecum non semel, vt vel eorum quæ narrati in schola, vel quæ ex
meditatione, & commentatione peres me habebem (de quibus etiam
nennunquam non minus amicē, quām vulnera disserebauerit inter nos)
nonnulla saltem cūnterem in lucem Ergo vt illorum ea in re desiderio
satisfacrem, non tam voluntate mea, quām tentandi causa, ecquid ad-
iumenti hec nostra Theologia (vt ita dictū) candidatis afferre possint:
cōpī aliquid eiusmodi parare, quod & prelo mandarem. Eodem tempo-
re per doctū quē tam amicum cōmunem, interpellor à Typographo,
vt quoniam Calaini Institutionem minore quadā formā excudere de-
creuerat, si quid annotasssem, ei communicarem (quemadmodum & Ge-
nevez Typographis perētibus solitus eram, quoties is recudebatur liber)
alia etiam quæ studiosos quosdam requirent confirmabat, elaborarem.
Id verò non inuitus suscepi, minimè quidem quod otio abundarem, sed
quia (vt ex præcedenti narratione intellexi, mi Marquard) quæ ad id o-
peris necessaria mihi esse videbantur, iam plerique in meo codice ante
parati habebam: Quod autem præliterim Dei gratia, ecquid etiam vili-
tatis hec sint allatura, tuum esto, aliotū que bonorum iudicium. Tyto-
nes saltem Theologis, & alios fortasse subleuabit hic noster labor.

Teiusmodi autem ferè sunt, quæ præter ceteris
prioris, affert hæc eiusdem libri editio.

I. *Ab ipsis duabus autoris epistolis exorsi (qua-
rū posterior, vt longior, multa doctrina est reserta)
ad finem usque libri, ubiq; breves rerum summas
in margine adscriptas, quæ vel loci, vel totius se-
ctionis sententiam panceis comprehendunt, quoad
eius fieri potuit. Nam coacti sumus aliquando dua-*

rum, vel plurium sectionum summam simul complecti, quia commode non poterant separari, quum idem tractaret: vel, licet plura, mixtum tamē. Sicut & cōtra, unius sectionis summam in sua quādam mēbra distinximus, & diuisimus, ubi res ita tulit: ut lectorem molestia leuaremus. Ferè autem verbis autoris ipsius & big, usi sumus. Id enim maluimus, quām alia affectare, aut usurpare. Hæc verò erit utilitas, quod quum multa quibusdam etiam attētē legentibus non satis pateant, alijs non semper ita multum sit otij ad accuratam lectionem sectādam, breui admonitione, & veluti signo in margine posito magnopere adiuuabitur. Annotatiuncularum in margine positarum hic etiā erit usus, quod quibus nonnunquam nō licet per otium sectiones plures, aut unam aliquam de eo quod querant integrā legere (ut quibus ad populum concionē habituris breuitas temporis obstat) statim reperiunt quod volūt, quasi sibi in usum præsentem fuisse sc̄ possum. Denique memoriam in posterum confirmant hæc exigua quedam subsidia, adeoque res easdem longo etiam post tempore requirentem diutius oberrare non sinunt.

2. Locos similes diuersis in libris Institutionis, aut capitibus, vel sectionibus, inter se contulimus ubique, & notauius, ut alter alteri semper sit adiumento.

3. Item, & quibus in opusculis (nonnunquam etiam Commentarijs) eadem tractentur à Caluino admonuimus.

4. Tum etiam ex precipuis quibusdā veteribus
**.iii.

scriptoribus locos designauimus, ubi non pauca similia, & obseruatu dignissima reperiuntur.

5. *Imo & ex recentioribus nonnulla.*

Ex Lutherō quidem, propter Pseudolutheranos quosdā, qui precipua nonnulla dogmata (de Prædestinatione, Proutidētia Dei, Libero arbitrio loquor) sic tractant, ut totā sancti viri sententiā non enervent modè, sed euertat: nomine tamē ipsius gloriantur, quasi tanti doctoris discipuli. Pudendum certe est, Lutheri autoritatem obtendere, qui asserunt proprijs & eius wārōis, dogmata planè illi contrari: i. quasi verò non extarent in Ecclesiis, & versarentur eius scripta in manibus p̄iorū: studioseq;, ac utiliter legerētur à nostris hominibus, quia cum Iudicio (ut ille sub vita finem etiam, sanctissimè monuit epistola primo tomo operum suorū præmissa) aut quasi ipsi una sua præfatione in nouo aliquo scripto, possent memoriam nobis omnem auferre, vel etiam oculos configere, ut quæ quotidie legimus aut lecta antea nobis fuere, pīc & ad fidei analogiam scripta apud Lutherum, pro non scriptis & lectis habeantur.

6. *Quoniam autem Erasmi autoritate monentur multi (ut certè magna est apud doctos, & literis humanioribus excultos omnes) notaui etiam ex eius Epistolis ad Sadoleatum & Steuchum quædā, ubi confirmat, nec confessionem auricularem, nec imagines in templis & quædā similia, esse ex Dei verbo, aut vsu veteris & verè Apostolice Ecclesiæ. Quæ quidem nostrorum nemini dubia sunt: sed cōsulendū est ijs etiam adducēdis qui aliter sentiunt.*

7. Addidimus autem nonnulla in Indice nostro per locos communes descripto, quae pretermissa interlegendum animaduertebamus.

8. Errata pauca quadam, quae in prioribus editionibus reperiebantur, correximus.

9. Autorum quos citat Caluinus, locos ubi decant in margine, non paucos reposuimus.

10. Postremo notauimus etiam, ubi distinctio-nes erant, aut diuisiones in plura membra, quo^{rum} quodque membrum loco tractetur. Similiter, ubi aduersariorum obiectiones, autoris solutiones, & respon-siones.

Ceterum, quum possem hæc lectori simpliciter inscribere, velut admonendi causa, malvi tamen nomine hic tuum apparere, frater amansime Maruardus. Quod & cōdonaturum te meo in te amori confido, cuius hoc etiam volui extare, ut in loco illustri, veluti sacrum pignus, & μυρωθεντος. Idq; eo feci libentius, quod (vt ante dixi) recordor tibi, pro tua humanitate, placuisse illam quæ in componendo huius Institutionis Indice sequuti eramus rationem. Quod si & alii plerisque bonis nouis dis-plicere intelligemus ista, dabimus & aliquando, Deo iuuante, hoc ipsum Caluinii opus in typos, sive tabulas contractum: cuius laboris specimen aliquod apud auditores nostros edidimus anno superiore, alia etiam nonnulla amicis quibusdam nostris inspicienda exhibuimus. Imò & Indicē illum in Caluinii opuscula ante annos 24. à nobis collectum, additis iis que postea scripsit auctor, studiosis Theologis communicabimus, si Deo volente, vita, & otium suspetet. Sive hæc autem, sive alia in Caluinii scri-bris à nobis elaborabuntur, nolim sic à quoquam accipi, quasi in Typo-graphorum gratiam ea interpolate nobis sit propositū, vt vetera vesti-menta solent, qui eiusmodi rerum officinam exercent. Iam enim ab ini-tio huius Epistolæ quod sentio, ingenuè sum testatus, eiusmodi esse Cal-uinii lucubrationes, quas non dubitè Ecclesiis Christi fore semper ipsas & vtiles & gratas. Quod sine cuiusquam aliorum contemptu dictum ac-cipi velim: in omnibus enim Dei dona & agnosco, & veneror atq; etiam in usum adhibeo meum, ut patet est, fieri que decesserit. Yetum antequam finem facio, vehementer a te peto, mi frater, boni ut consulas quod prolixius ista scipisci. Nam apud te breuiori sermone, imò priuata epistola potui defungi: sed cogitandum mihi fuit, ut per multis non tantum quid hic fecerim, sed etiam quare, quando, & quomodo, exponerem. Fauxit autem Dominus Deus noster, vt omnia cedant ad nominis sui gloriam, & Ec-clesie utilitatē. Idem te, charissime frater, & Symmystrum, Maruardus, cum tuis omnibus conseruet in columem spiritusq; sui donis magis ac ma-gis locupletare perget. Tu vicissim, vt facis, nos ama, & Deo commendas. Vale. Lausannæ v. Idus Augusti 1576.

Tuus ex animo
N. Collado.

**.iiiij.

quæ Patribus sub Lege primum , deinde
& nobis in Euangelio patefacta est.

Capita XVII.

- 1 Ad lapsu & defectione, totū humanū gerus maledictioni fuisse ad- dictū, & à prima origine degenerasse. vbi de peccato originali.
- 2 Hominem arbitrij libertate nunc esse spoliatum, & misera seuitutē additum.
3 Ex corrupta hominis natura nihil nisi damnable prodire.
- 4 Quomodo operatur Deus in cordibus hominum.
- 5 Objectionum refutatio quæ pro defensione liberis arbitrij asserte solent.
- 6 Homini perditō querendam in Christo redemptions esse.
- 7 Legem scilicet datam, non quæ populum veterem in se retineret, sed quæ foueret spem salutis in Christo usque ad eius aduentum.
- 8 Legis moralis explicatio.
- 9 Christum, quanvis sub Lege Iudaicæ cognitus fuerit, tamen Euangelio deinum exhibitum fuisse.
- 10 De similitudine veteris & novi Testamenti.
- 11 De differentia unius Testamenti ab altero.
- 12 Christum, ut Mediatoris officium praestaret, oportuisse fieri hominem.
- 13 Christum veram humanæ carnis substantiam induisse.
- 14 Quomodo duæ naturæ Mediatoris efficiant personam.
- 15 Ut sciamus quo sum missus fuerit Christus à Patre, & quid nobis at tulerat, tria potissimum spectanda in eo esse, munus Propheticum, Regnum, & Sacerdotium.
- 16 Quomodo Redemptoris partes impluerit Christus, ut nobis salutem acquireret. vbi de morte & resurrectione eius agitur, & in cœlum ascensu.
- 17 Reæ & propriè dici Christum nobis prometitum esse gratiam Dei & salutem.

L I B . III.

De modo percipiendæ Christi gratiæ, & qui inde fructus nobis proueniant, & qui effectus consequantur. Capita XXV.

- 1 Que de Christo dicta sunt, nobis prodest, arcana operatione Spiritus.
- 2 De fide. vbi & definitio eius ponitur, & explicatur quæ habet propria.
- 3 Fide nos regenerari, vbi de poenitentia,
- 4 Quām procul absit ab Euangelij putitate quicquid de poenitentia gat riunt sophista in suis scholis. vbi de confessione & satisfactione agitur.
- 5 De supplementis quæ ad satisfactiones adiiciunt, nempe indulgētiis, & purgatorio.
- 6 De vita hominis Christiani: ac primū, quibus argumentis ad eam nos horretur Scriptura
- 7 Summa vita Christianæ, vbi de abnegatione nostri.

- 8 De crux tolerantia, quæ p̄s est abnegationis.
- 6 De meditatione future vita.
- 10 Quomodo v̄tendum p̄zenti vita ciūsque adiumentis.
- 11 De iustificatione fidei, ac primò de ipsa nominis & rei definitione.
- 12 Ut serio nobis persuadeatur gratuita iustificatio, ad Dei tribuual tollendas esse mentes.
- 13 Duo esse in gratuita iustificatione obseruanda.
- 14 Quale initium iustificationis & continui progressus.
- 15 Quæ de operum meritis iactantur, tam Dei laudem in conferenda iustitia, quam salutis cœtitudinem euertere.
- 16 Refutatio calumniarum quibus hanc doctrinam odio grauare co[n]nancunt Papistæ.
- 17 Promissionum Legis & Euangeli conciliatio.
- 18 Ex mæcēde male colligi operum iustitiam.
- 19 De libertate Christianæ.
- 20 De oratione, quæ præcipuum est fidei exercitium, & qua Dei beneficia quotidie percipimus.
- 21 De electione æterna, qua Deus alios ad salutem, alios ad interitum prædestinavit.
- 22 Confirmatio huius doctrinæ ex Scriptura testimoniiis.
- 23 Refutatio calumniarum quibus hæc doctrina semper iniquè grauata fuit.
- 24 Electionem sancti Dei vocatione: reprobos autem sibi accessere iustum, cui destinati sunt, interitum.
- 25 De resurrectione ultima.

L I E R O I I I .

De externis mediis vel adminiculis, quibus
Deus in Christi societatem nos inuitat,
& in ea retinet. Capita X X.

- 1 De vera Ecclesia, cum qua nobis colenda est unitas: quia priorum omnium mater est.
- 2 Comparatio falsæ Ecclesiæ cum vera.
- 3 De Ecclesiæ doctribus & ministris, eorum electione & officio.
- 4 De statu veteris Ecclesiæ, & ratione gubernandi quæ in vsu fuit ante Papatum.
- 5 Antiquam regiminis formam omnino pessundatam fuisse tyrannij de Papatus.
- 6 De primatu Romanae sedis,
- 7 De exordio & incrementis Romani Papatus, donec se in hanc altitudinem extulit, quia & Ecclesiæ libertas oppressa, & omnismodi detraſio euersa fuit.
- 8 De potestate Ecclesiæ quoad fidei dogmata: & quæ effræni licentia ad vitiandam omnem doctrinæ puritatem tracta fuit in Papatu.
- 9 De Conciliis, eorūque authoritate.
- 10 De potestate in Legibus ferendis, in qua sauvissimam tyrannidem in animas & carnificinam exercuit Papa cum suis.
- 11 De Ecclesiæ iurisdictione, ciūsque abuso qualis certitudo in Papatu.

- 12 De Ecclesiæ disciplina , cuius præcipiūs usus in censuris & excommunicatione.
- 13 De votis quorum temeraria nuncupatione quisque se miserè impli-
cavit.
- 14 De Sacramentis.
- 15 De Baptismo,
- 16 Prodigium cum Christi institutione & signi natura opimè
congruere.
- 17 De sacra Christi Cœna, & quid nobis conferat .
- 18 De Missa Papali . quo sacrilegio non modò profanata fuit Cœna
Christi, sed in nihilum redacta.
- 19 De quinque falso nominatis Sacramentis: vbi sacramenta non esse
quinque reliqua, quæ pro Sacramentis hactenus vulgo habita sunt
declaratur: tum quælia sint ostenditug .
- 20 De politica administratione.

P R A E C I -



P R A E C I P V A C A P I T A E O-
R V M Q V A E I N H O C I N S T I T U T I O-
N I S C H R I S T I A N A E O P E R E
continentur.

D E Abnegatione nostri	lib.3,c.7	lib.4,c.2
de Adre lapu	lib.2,cap.1	de Ecclesiæ disciplina & iuriis dictio
de Angelis	lib.1,cap.14	ne lib.4,c.11,12
de Ascens: Christi in cœlum	lib.	de Ecclesiæ potestate, quoad leges
2,cap.16		ferendas lib.4,cap.10
de Baptismo	lib.4,cap.15	de Ecclesiæ potestate, quoad fiduci
de Charitate proximi	lib.2,cap.8	dogmata lib.4,cap.8
de Cœlibatu Sacerdotū	lib.4,c.12	de veteris Ecclesiæ statu lib.4,c.4
de Cœna Christi	lib.4,cap.17	de Ecclesiæ xterna lib.3,cap.21
de Conciliis , & eorum autoritate		Vocatione sanctitatem Dei ele
libio 4,cap.9		c̄tionem lib.3,cap.24
de Confessione Papali , & satisfac-		de Fide lib.3,cap.2
tione	lib.3,cap.4	de Hæreticis & schismaticeis libro
de Confirmatione Papali	lib.4,c.19	4,capite 1
de Conscientia	lib.3,cap.19	de Hominis creatione lib.1,cap.19
Christus ad quid missus	lib.2,c.15	de Idolis lib.2,c.11,&c.12
de Christi diuinitate	lib.2,ca.14	de Ieiunio lib.4,cap.12
Quomodo Christi persona vna sit		de Iesu nomine lib.2,cap.15
in duabus naturis	lib.2,cap.14	de Imagine Dei lib.1,cap.15
de Descensu Christi ad inferos	li- 2,cap.16	Imaginem Deo affingere nefasse lib.
Quomodo Christus mediator	lib.	1,cap.11
2,cap.12		de Impunitione manuū lib.4,c.19
Christum nobis meritum esse vi-		de Indulgentiis lib.3,cap.5
tam xternam	lib.2,cap.17	de Iudicis forensibes lib.4,cap.20
Christus Propheta, Rex, & Sacer-		de Iuramento lib.2,cap.8
dos	lib.2.ca.15	de Iustificatione fidei lib.3,cap.1
de Crucis tolerantia	libro 3,cap.8	de Iustificationis initio & progres-
de Dei notitia	lib.1,cap.1,	su lib.3,cap.14
& se- quentibus.		de Iustificatione que obseruanda
cognosci Deum naturaliter ab o-		de Lege lib.2,cap.7
mniibus	lib.1,cap.3	de Lege, ipsius fine, officio & viu
cognitio Dei quorsum tendat lib.		lib.2,cap.7
1,cap.2		Legis moralis explicatio lib.2,c.8
Dei cognitionem suffocari vel in-		de Legibus lib.4,cap.20
scitia, vel malitia hominum lib.		de Libero arbitrio lib.1,cap.15,
1,cap.4		& lib.2,ca.1,&c.5
de vnica Dei essentia, & tribus per-		de Liberata Christiana lib.3,ca.19
sonis	lib.1.ca.13	de Matrimonio lib.4,cap.19
Impiorū op̄e ibus quomodo Deus		de Mediatori Christo lib.2,cap.12
vtatur	lib.1,cap.18	Ex mercade p̄nī colligi operū in-
de Diabolis	libro 1,ca.14	stitiam lib.3,cap.28
de Ecclesia	libro 4,cap.1	de Meritis operum lib.3,cap.15
Ecclesiæ veræ & falsæ comparatio		de Missa Papali lib.3,cap.18
		de Monachatu lib.4,cap.13

de Morte Christi	lib.2,cap.16	stinati	lib.3,cap.24
Mundum à Deo conditum, ab eodem foueti, ac gubernari libro 1, capite 16		de Resurrectione Christi	lib.2,c.16
de Mundi gubernatione lib.1, c.6		de Resurrectione ultima	lib.3,c.25
de Oratione	lib.3,cap.20	de Sacramentis	lib.4,c.14
de Ordinibus Ecclesiasticis Papæ	lib.4,cap.19	de falso nominatis Sacramentis	
de Ordine & ministeriis Ecclesie	lib.4,cap.3	libro 4,cap.17	
de Pedobaptismo	lib.4,cap.16	de Sanctorū intercessione	lib.3,c.20
de Pastorum electione & officio	lib.4,cap.3	de Satisfactione Papali	lib.3,cap.4
de Peccato in Spiritum sanctum	libro 3,cap.3	de Scandalō	lib.3,cap.19
de Peccato originali	lib.2,cap.1	Scripturæ facta authoritas	lib.1,c.6
de Pœnitentia vera	lib.3,cap.3	Scripturæ doctrinam necessariam	
de Pœnitentia Papali	lib.4,cap.19	nobis esse	lib.1,cap.9
de Politica administratione	lib.10, 4,cap.20	de Spiritu sancto, & illius officiis	
de Prædestinatione Dei	lib.3,ca.21	libro 3,cap.10	
Promissionum Legis & Euangeliij conciliatio	lib.3,cap.17	de Spiritus arcana operatione	lib.3,capite 1
de Prudentia Dei	lib.1,cap.26	Testamenti veteris & noui similituda	
de Purgatorio	lib.3,cap.5	da	lib.2,cap.10
Redemptor Christus	lib.2, c.16	de Traditionibus humanis	libro 4, capite 10
de Regeneratione	lib.3,cap.3	de Trinitate	lib.1,cap.15
de Romanæ sedis primatu, & Romani Papatus exordio	libro 4, cap.6,7	de Vita hominis Christiani	lib.3,c.6
Reprobos sua culpa accessere sibi interitum ad quem sunt præde-		de Vita futuræ meditatione	lib.3,c.9
		Vita præsenti quomodo vtrendum	
		libro 3,cap.10	
		Vocatione sancti aeternam Dei electionem	lib.3,cap.14
		de Vocatione sua diligenter cuique inspicienda	lib.3,cap.7
		de Votis	lib.4,cap.13
		de Vnctione ultima Papali	libro 4,capite 19

Hæc omnia perspicue ac solide in hisce Institutionibus tractantur : & quicquid aduersarij contrà obiciunt, ita confutatur, vt cuiuis pio lectori ita satisfiat, nequid eum posthac morentur sophistarum fuci.

Annotatiuncularum in marginē adscriptarum errata sic corrigitur:

Folio 1, pagina b, erratum, cap. lib. 2. R. rtraque, repone. De rtraque. 3 b prehenditur, ut ex. bīc, & Ibid. David eos sentire, impios sentire. 7 a contemplatione ad contemplatio, & ad. 9 a sūlērēt mortalibus suleret mort. alibus 10 b se. non alia tamē, se: non alio tamen. 11 a gelio, gelio. hic & sec: 5. 12 a proponit, proponit: bīc & sc̄t. 4. ibid. b euehat, argumentū, euebit, argumēta. 13 b Mosen nun quā, Mosen vnguā. 14 b valant Vide, vñ. ant. bīc & sc̄t. 2. Vide. 16 b la 4. & 44. la 43. & 44. 17 b miti se obtrudunt, obtendūt. 24 a suffurrantur suffurantur. 34 b cere necessitatē, necessitate. 39 a prebatur ex repa-reparatione corrupta natura, qua Christus nos reformat ad imaginē Dei, & alis argumentis. 64 b anima parte sinistra, anima parte. Frustra homines, &c debet ponit in mar gine sc̄t. 2. 67 a agat) sed quia illud, illud eius. 75 a quā ibi non nudis, nō de nudis. 79 brendū p̄p̄ pararet, p̄pararet. bīc & sc̄t. 2. 82 a formidine exireat, coercent 85 a recurrere, & opera, & o- p̄p̄. 95 a sc̄t. 4. sc̄t. 44. 97 a Mulez cōtra 8. p̄re, 9. p̄re. ibid 8. p̄cepto, 9. p̄cepto. ibid. b argumēta tantum, rudimenta tantum. 101 a Eccl. Let. precipiū, Eccl. cath. precipiū. 114 b dē, absurdū esse, dē, absurdū esse. ibid. dū du. is Christo, dū du. is Christo. 117 b apparuit, rectū, apparuit, vñctum. 120 a mus. vt cū ut. ut. mus, quā (vt ait. 121 a quē gradū occū primū gradū. 122 b vñmū. Idem Au Item. Au. 129 a paſim occurrit in paſim occurrit in 135 b sustinendo, fides si, sustinēdos, fides se. 136 a nūis vñtōis in im. vñr. e vñtōis. 153 a dū ne quis securitas, ne qua seruitas. 163 b di tur ita à veteri ditur id à veteri 213 a tur Dei q̄orundā, sur Deus. 215 b nulla impietatis crassissim pietatis. 228 b smū de se curro, de seruo.: 36 b sc̄t. 12. Dei inse provocare, & euidentius signis: cui- dētib⁹ signis. 242 b tam⁹ illud Rous tās illud. 264 a ster. Vide ex c. 4. Vide & c. 4 ibid. b De Acho lutiis, De Acoluthis. 267 b Id quoque episcop̄. Id quoque episcop̄. con. 269 a p̄p̄ cōcessa principes, prin cipibus. 270 b quā edā curā ani quādā al curā. 273 a Stenches. Num 5, Stenches. 287 b ceptio ad so lutionū, solutionem. ibid. aduersariorū. Solutio, aduersariorū. Solutio. 294 b bus Propter illas, bus, Propter 301 aciēs apud illud le, apud illas le. 304 a gitāte principū, gitāte principū. 308 a unum in Institutio, in Inſtructio. 309 b Ierūmū tribus re tribus in re. 310 b quād ad ritū de, quād ritū de. 314 b alīū esse Papistici, alīā 359 b ritate, qui Missam, qui Cœnā. ibid. Ipsos tamē retires videri, & cōdime totam illā a mutationē quia extat initio p̄ig 360. 361 b ipsa Missa, ipsa Missa sanctitatis. 362 a re. vide c. 39. sc̄t. cap. 39. sc̄t. 365 a fidei ratione cius & fidei ratione: cius &. 367 impiam iſta rū ob, impiā iſtorū ob. 372 b ſtratum geſſerunt Sancta. ſtratum geſſerunt: Sancta. 375 b turale reſe zant. ciuis, reſeruantur. 377 a diſputatione, diſceptationes. 157 b Refutatio inepita, inepiae.



INSTITUTIONIS CHRI-
STIANÆ RELIGIONIS
LIBER PRIMVS.

De cognitione Dei Creatoris.

Dei notitiam & nostri res esse coniunctas, & quomodo inter se cohærent. CAPUT I.

OTIA fætè sapientia nostræ summa, quæ vera demum ac *Homo sibi agnitus* solidam sapientia centri debeat, duabus partibus constat, ne non tantum in Dei cognitione & nostri. Cæterum quum multis inter se figuratur ad querendæ vinculis connexæ sint, vita tamen alteram præcedat, & dū Deū, sed quasi ex se pariat, non facile est discernere. Nam primò, se ne manu ducituretur, apicere potest quin ad Dei in quo vivit & mouetur, ad reperiendum, intuitum seclusus suos protinus conuertat: quia minimè obscurum est, *Act. 17. 28.* dotes quibus pollemus, nequaquam à nobis esse: imò ne id quidem ipsum quod sumus, alind esse quam in uno Deo subsistentiam. Deinde ab his bonis quam guttatum ē cœlo ad nos stellant, tanquam à riuis ad fontem deducimur. Iam vero ex nostratenitate melius appetet illa, qua in Deo reside: honorū infinitas. Præserium miserabilis hæc ruina, in quam nos deiecit primi hominis defectio, sursum oculos cogit attollere, non modo ut inde ieiuni & famelici petamus quod nobis deest, sed metu expergesci, humilitatem discamus. Nam ut in homine reperitur quidam miseriatur omnium mundus, ac ex quo spoliati sumus diuino ornato pudenda nuditas immensam probrorum congeriem detegit: proptiq; infelicitatis conscientia vnumquenque pungi necesse est, ut in aliquam saltem Dei notitiam veniat. Ita ex ignorantia, vanitatis, inopie, insufficiencia, prauitatis denique & corruptionis propriæ sensu recognoscimus, *Vide Calv. Isa. 4. 10.* non alibi quam in Domino sitam esse veram sapientiam lucem, solidam virtutem, bonorum omnium perfectam affluentiam, justitie putitatem: atque adeò malis nostris ad consideranda Dei bona excitamur: nec ante ad istum serioraspitate possumus, quam cœperimus nobisipsis disciplere. Quia enim hominum non libenter in se requiescat: quis etiam non requiecit quando sibi est incognitus, hoc est, suis dotibus est cōtenus, & inscius sua miseria vel immemori? Proinde vnuquisque sui agnitione non tantum instigatur ad querendum Deum, sed etiam ad repetien- *Homo unquam ad* dūm quā manu dicitur.

2 Rursus hominem in putam sui notitiā nunquam peruenire constat nisi prius Dei faciem sit cōtemplatus, atq; ex illius intuitu ad seipsum inspicendum descendat. Num (que ingenium est omnibus nobis lupet) iusti semper nobis videunt & integri, & sapientes, & sancti: nisi manifesteris argumentis, iniusti, fœditi, stulti, & impuritat: vultus conuincantur. Non autem conuincimur, si in nos duntaxat ipsos respiciunt, qui quiescunt & non in Dominum quoque: qui vñica est regula ad quam exigendum est istud iudicium. Quia enim ad hypocritam natura propensi sumus omnes, ideo inanis quædam iustitia species pro iustitiæ ipsa nobis abundat. Et quia nihil intra nos vel circum apparat quod non sit plurima obscenitate inquinatum: quod paulò minus fœdum est, pro formari possit.

purissimo tridet, quandiu mentem nostram intia humanae pollutionis fines contineamus. Non secus atque oculus, cui nihil alijs obnivescatur nisi nigri coloris, candidissimum esse iudicat quod tamen subobscura est albedine, vel nonnulla etiam fuscedine aspersum. Quis ex corporeo sensu proprius adhuc discernere licet quantum in estimadis animæ virtutibus hallucinemur. Nam si vel terram despiciimus medio die, vel intuemur quæ aspectui nostro circum circa patent, validissima perspicacissima que acie videtur nobis praediti: at vbi in solem suspicimus, atque atrectus oculis contemplamur, vis illa quæ egregie in terra valebat, tanto fulgore protinus perstringitur & confunditur, ut fateri cogamur, illud nostrum in considerandis terrenis acuntemus, vbi ad solem ventus est, metam esse habetudinem. Ita & in reputandis spiritualibus nostris bonis contingit quætisper enim exuta terram non respicimus, propria iustitia, sapientia, virtute pulchre contenti, nobis suauissime blandimur, & tantu non semidei videamur, at si semel cœperimus cogitationem in Deum etigere, & expēdere quælibet suæ, & quæm exæcta iustitiae, sapientie, virtutis eius perfectio, ad cuius amissum cōformati nos oportet: quod antea in nobis falso iustitiae p̄textu attidebat, pro summa iniunctate mox sordeget: quod mitificè imponebat sapientie titulo, pro extrema stultitia fœtebit: quod virtutis faciem p̄ se ferebat, miserrima impotentia esse arguetur: adeò diuinæ putati malè respoudet quod videtur in nobis vel absolutissimum.

Sanctissimi etiam homines, quoties Deus illis extra ordinem manifestantur presentiam & gloriam suam, horrore & stupore percussi fuerunt.

Judic. 13. 22.

Isa. 6. 5.

Ezecl. 2. 10. & alibi.

Gens. 18. 17.

1. Reg. 19. 13.

Isa. 24. 22.

Isa. 2. 10. & 19.

*Cap. 15. huic libri, & sex primis cap. lib. 2. R. triag; aut agit coniunctim lib. 2. c. 8. sec. 1. 2. 3.

Hinc horror ille & stupor, quo passini Scriptura recitat perculso, atque afflitos fuisse sanctos, quoties Dei presentiam sentiebant. Quum enim eos videamus, qui absente ipso securi firmique consternabant, ipso gloriam suam manifestante, sic quatchieri ac consternari ut mortis horrere concidant, immo absurbeantur, & penè nulli sint: colligendum inde est, hominem humilitatis sua agnitione nunquam satis tangi & affici, nisi postquam se ad Dei maiestatem compirauit. Hius autem confectionis exempla crebra habemus tum in Iudicibus, tum in Prophetis: adeò ut vox illa in Dei populo visitata foret, Mortemur, quia Dominus apparet nobis. Ideo & historia Iob ad prosternendos super stultitiam, impotenciam, pollutoris conscientia homines, potissimum semper argumentum à diuinæ sapientie, virtutis, puritatis descriptione dicit. Neque frustra videamus enim ut Abrahā melius se teret & puluerem agnoscat, ex quo proprius ad conspiciendam Domini gloriam accessit: ut Elias recte facie, eius accessum expectat non sustineat: tantum est in aspectu formidans. Et quid faciat homo, putredo ac vermis, quin ipsos quoque Cherubim velare, ipso pauore, faciem suam oporteat? Hoc scilicet est quod dicit Propheta Isaías, Erubescet sol, & confundetur lumen, quoniam Dominus exercituum regnauerit: hoc est, vbi claritatem suam extulerit, ac proprius admouerit, lucidissimum quodque p̄ illa tenbris obscurabitur. Ut cuncte tamen Dei nostrique notitiae mutuo inter se nexus sint colligantur, ordine rectè docendi postulari ut de illa priore dissimilamus loco, tum ad hanc tractandam * postea descendamus.

Quid sit Deum cognoscere, & in quem finem tendat, atque cognitio.

CAPUT III.

Deum cognoscere non est cōcipere tūcum esse aliquem Deum,

*esse aliquem Deum, L*estem Deum, sed etiam tenemus quod de eo scire nostra refert, quod utile sed tenere quod de est in eius gloriam, quod denique expedit. Neque enim Deum, propriè cognoscere nostrare loquendo cognosci dicemus, vbi nulla est religio nec pietas. Atque hic sicut videlicet in eis nondum attingo eam notitiae speciem, qua homines in se perditi ac maligni, & expedit. Iediū Deum redemptorem in Christo mediatore apprehendunt: sed tan-

tum de prima illa & simplici loquitur, ad quam nos deduceret genuinus naturae ordo si integer stetisset Adam. Nam etsi nemo iam in hac humani generis ruina Deum vel patrem, vel salutis authorem, vel vello modo propitium sentiet donec ad eum nobis pacificandum medius occurrat Christus: aliud tamen est sentire Deum factorem nostrum sua nos potentia fulcite, prouidentia regere, bonitate souere, omnique benedictionum genere prosequi: aliud vero, gratiam reconciliationis in Christo nobis proposita amplecti. Quia ergo Dominus primum simpliciter Creator tam in mundi opificio, *quam in generali Scriptura doctrina, deinde in Christi facie redemptor apparuit: hinc duplex emergit eius cognitio: quartu nunc prior tractanda est, altera deinde *suo ordine sequetur. Quaque autem ^{*Vide c. 6. sc. 3. &c.} Lib. 2.

Deum apprehendere mens nostra non potest, quin illi cultum aliquem tribuat: non tamen simpliciter tenere sufficiet illum esse unum quem ab omnibus oporteat coli & adorari: nisi etiam persuasi simus fontem omnium bonorum esse: ne quid alibi quam in ipso queramus. Hoc ita accipio, non solum quod mundum hunc, ut semel condidit, sic immensa potentia sustineat, sapientia moderetur, bonitate conseruet, humanum genus praesertim iustitia iudicioque regat, misericordia toleret, praesidio tucatur: sed quia nusquam vel sapientiae ac lucis, vel iustitiae, vel potentiae, vel rectitudinis, vel sinceritatis gutta repertetur, que non ab ipso fluat, & cuius ipse non sit causa: ut haec scilicet omnia ab ipso expectato & petere discamus, eisque cum gratiarum actione accepta referre. Nam hic virtutum Dei sensus nobis idoneus est: etatis magister, ex qua religio nascitur. Pietatem voco coniunctam cum amore Dei reverentiam, quam beneficiorum eius notitia conciliat. Donec enim sentiant homines, Deo se omnia debere, paterna se eius cura soueri, eum sibi omnium bonorum esse authorem, ut nihil extra ipsum querendum sit, nunquam ei se voluntaria obseruantia subiicient: imo nisi solidam in eo felicitatem sibi constituunt, nunquam se illi vere & ex animo totos addicent.

2 Itaque frigidistantur speculationibus ludunt quibus in hac questio- *Huc valere debet
ne insistere propositum est, quid sit Deus: quum intersit nostra potius, qua-
lis sit, & quid eius natura conueniat. Scire. Quo sum enim attinet, Deum ut ad timore ac re-
aliquem cum Epicuro faceti, qui abiecta mundi cura se ex eo tantum obligearentiam nos ins-
titet? Quid deniq; iuuat Deum cognoscere quocum nihil sit nobis negotij? Situat: deinde ut
Quin potius hoc valere debet eius notitia, primum ut ad timore ac reverentiam magis-
teriam nos insitiat: deinde ut ea ducere ac magistrorum omne bonum ab illa omni bona ab
illo petere, & illi acceptu ferre discamus. Quomodo enim metem tuam illo petere, & illi
subire queat Dei cogitatio, quin simul ex templo cogites te, quin signe-
tum illius sis, eiusdem inpetto esse ipso creationis iure addiculum & man-
scamus.
cipit itum? vitam tuam illi debet? quicquid instituit, quicquid agis, ad illum *Vide cap. 5. sc. 7.
retinerti oportere? Id si est, iam profecto sequitur vitam tuam prae corrupi, 8. & 9. &c.
nisi ad obsequium eius componitur: quando nobis viuendi lex esse debet
eius voluntas Rursum nec ad Iniquid perspicere ipsum potes, nisi vi bonum
omnium fontem esse & originem agnoscas: vnde & desiderium
illi adhuc rendi, & fiducia in ipsum nascetur, si non sua mente hominis
prauitas a recta inuestigatione abducere. Nam initio pia mens Deum
non quemlibet sibi somniat, sed vincit & verum duntaxat intuetur: neque
illi quocunque vitum fuerit affingit, sed talem habere contenta est, qua-
leum se manifestat ipse, sammisque diligentia semper cauet ne audi: eti te-
meritate ultra voluntatem eius egressi, perpetam vagetur. Ita cognitum,
quia cuncta moderari intelligit, tutorem sibi esse confidit ac protectorem,
ideoque in eius fidem tota se confert, quia bonorum omnium intelligit
esse authorem: siquid premit, siquid deest, mox se recipit in eius praesidiu.
Opem ab eo expectans: quia bonum & misericordem esse persuasa est, in
2. ij.*

etum certa fiducia recumbit, nec dubit ut malis suis omnibus semper in eius clementia para sum fore remedium: quia dominū ac patrem agnoscit, eum quoque dignum statuit esse cuius imperiū in omnibus intueri, maiestatem suspicere, gloriam promouendam cutare, mandatis obsequi debeat: quia iusti esse iudicem videt, suāq[ue] leuerū te armatum ad vindicanda scelerata, eius tribunal semper in cōsp[ec]tū sibi proponit, ac ipsius metu se retinabit ac cohabet ab ira cius provocanda. Neque tamen iudicij eius sensu ita terretur ut subducere se velit, etiāq[ue] quod pateat effugium: quin illum non minus amplectitur malorum vltorem, quam erga pios beneficium, quando ad eius gloria in non minus pertinere intelligit, impensis & sceleratis apud eum depositam est penam, quam iustis vita eternae mercedem. Præterea non sola vindicta formidine se coeret a peccando, sed quia Deum loco patris amat & reueretur, loco domini obseruat & colit, etiamsi nulli essent iuris, solam tamen eius offenditionem horret. Eu quid sit pura germanaque religio, nec ipse fides cum serio Dei timore coniuncta: vt timor & voluntaria reverentiam in se conueat, & secum trahat legitimū cultum quod in Legē præscribitur. Atque hoc diligenter notandum est, quod omnes præriuscē venerantur Deum, paucissimi reuerentur, dum ubique magia est in ceremonijs ostentatio, rata autem cordis sinceras.

Dei notitiam hominum mentibus natura diter esse iuditam.

CAPUT III.

Naturaliter genitam esse omnibus
hanc per iustificationem

Quendam inesse humanæ menti, & quidem naturali insinquo, diuinitatis sensum, extra controvēsiā ponimus: siquidē, ne quis ad ignorantiam prætextum confugeret, quandā sui numinis intelligentia unice esse aliquem Deū. ueris Deus ipse indidit, cuius memoria assidue renouās, nouas sibinde Id ē, ut suo ipsorum guttas instillat: vt quum ad vnum omnes intelligat Deum esse, & suū esse iudicio damnantur opificem, suo ipsorum testimonio damnentur, q[uod] non & illum coluerint, qui illum non co- & eius voluntati vitā suam consecrari. Sane sicubi Dei ignoratia queratur, nusquā magis extare posse eius exemplum verissime est, quam inter obtusiores populos & ab humanitatis cultu remotiores. Atqui nulla

Cicero de Natura
deorum.

non insidet hec persuasiō, Deum esse. Et qui in alius vitę partibus ministrum videntur à bellis differe, quodlibet tamēt per perpetuo religionis servenū retinent: adeo penitus omnium animos occupauit, adeo tenaciter omnium visceribus habet etiam sista prætempio. Nulla ergo quoniam ab initio mundi regio, nulla urbs, nulla denique domus fuerit quae religione cōstituit: in eo tacita quædam consilio est, inscriptum omnium Idolatria ampliā cordibus diuinitatis sensum. Quin & idolatria huius conceptionis amēt documentū Deū: plū est documentum. Quam enim non libenter se deiciat homo, ut notitiam omnium alias p[ro]pter se creaturas suspiciat, sensus. Proinde quum lignum potius & mentibus naturali lapidem colere malit, quam vi nullum putetur habere Deum: cōstat veriter esse iudicium.

Idolatria ampliā
cordibus diuinitatis sensum. Quin & idolatria huius conceptionis amēt documentū Deū: plū est documentum. Quam enim non libenter se deiciat homo, ut notitiam omnium alias p[ro]pter se creaturas suspiciat, sensus. Proinde quum lignum potius & mentibus naturali lapidem colere malit, quam vi nullum putetur habere Deum: cōstat veriter esse iudicium.

Fallit eos qui dicunt. 2. Quare vanilliam est quod à quibusdā dicitur: paucorum vafritia

paucorum vafritia & calliditate excogitata esse religionem, vt hac arte simplicem populum excoigitata reli- in officio continerent: quoniam tamen ipsi, qui alii authores etat Dei congiens ad contingen- lenti, nihil minus credent quam aliquem esse Deum. Fateor quidē plū idem in officiis rimā in religione cōsententes esse astutos homines, quibus reuerentiam plū cōfessum populus. plebēcula mijicēt, & terrorem incutent, quo haberent obsequētores eius

² Siue autem per oracula & visiones patribus innotuit Deus, siue habuerunt verbum hominum opera & ministerio suggestum quod deinde per manus posterioris tradent: indubium tamen est insculptam fuisse eorum cordibus fuerit isti Deus, quæ firmi in doctrine certitudinem, ut persuasi essent, atque intellegentent à ipso agnoscere Deo profectum esse quod didicent. Semper enim Deus indubiam ferebatur Dñm Creavit verbo suo fidem, quæ omni opinione superior esset. Tandem ut contorneretur & gubernatio progrederetur, veritas seculis omnibus superest manet in naturam omnium mundi. Eadem oracula quæ deposuerat apud Patres, quasi publicista misse: quod verbum bulis consignata esse voluit. Hoc consilio Lex promulgata fuit, cui postea, ut iste interpres additi sunt Prophetæ. Et si enim multiplex fuit Legis v. omnes etates confusa, ut melius videbitur suo loco: præsetum vetò Mosis & omnibus Prodigiorum mortalibus, prophetis propositum fuit, modum reconciliationis inter Deum & hominem volunt quæ publices docere. Vnde etiam Paulus Christum nunc vocat finem Legis iterum tacitis tabulis consignamen repetit, præter doctrinam fiduciæ & penitentiæ propria, quæ Christus in Legi & Prosternit Mediatorem proponit, * Scripturâ unicum & vetum Deum quæ prophetis. Tenuit mundum creavit & gubernat, certis notis & insignibus ornatus, Rom. 10. 4. ne misceatur cum falsa doctrina turba. Ergo quantum hominem serio Tertullianus Apocalypcos intendere conueniat ad consideranda Dei opera, quando in hoc loget adversus Genesim splendidissimo theatro locatus est ut eorum esset spectator: autes tandem, Quæ plenius & men præcipue attigere conuenit ad verbum, ut melius proficiat. Ac impensis tam protinde mirum non est, magis ac magis in stupore suo obdurescere qui ipsum, quæ in disperditione tenebris natu sunt: quia paucissimi ut se intra metas contineant, ut fictiones eius & rebæ Dei se præbent dociles, sed potius exultant in sua vanitate. Sic autem latentes adiuvamus, tenui habendum est, ut nobis a fulgeat vera religio, exordium à cœlesti instrumentari ad doctrinam fieri debere, nec quenquam posse vel minimum gustum testæ cit literature, ergo b. j.

Saneque doctrinae percipere, nisi qui Scripturæ fuerit discipulus: unde etiam emergit vera intelligentia principium, ubi reuerenter amplecti-
tur quod de se illic testari Deus voluit. Neque enim perfecta solum, vel
numeris suis completa fides, sed omnis testa Dei cognitio ab obedi-
entia nascitur. Et sane hac in parte singulari prouidentia consuluit in o-
mnibus Deus in omnes atates,

*Molis de carnis
recusse fuisse ser-
fici mandari ver-
bum Domini.*

¶ 3 Nam si reputamus quām lubitus sit humanae mentis Iesus in
Dei obliuionem, quanta in omne genus erroris proclivitas, quanta ad
confingendas id: nitidem nouas & ficticias religiones libido: perspicere
licebit quām necessaria fuerit talis esse: sī doctrina configratio, ne
vel obliuione desperaret, vel errore euaneat, vel audacia hominum
corrumperetur. Quum itaque palam sit, Deum erga eos omnes quos
enquam erudire cum suatu voluit, subsidium verbi adhibuisse, quodd
effigiem suam in pulcherrima mundi forma impressam, patim esse
efficacem prouideret: hac recta via contendere expediet, si ad synecrasu
Dei contemplationem seriò aspiramus. Ad verbum, inquam, est ve-
niendum, ubi probè, & ad vitium, nobis a suis operibus describitur
Deus, dum opera ipsa non ex iudicij nostræ prauitate, sed æternæ veri-
tatis regula estimantur. Ab eo si deslestimus, ut nuper dixi, quamlibet
strenua enitamut celeritate, qu a tamen extra viam cursus erit,
nunquam ad metam pertingere continget. Sic enim cogitandum est:
fulgorem diuini virtutis, quem & Apostolus inaccessum vocat, esse nobis
instar inexplicabilis labyrinthi nisi verbi linea in ipsum diriganut: ut
satius sit in hac via claudicare quām extremo celerimè correre. Ita-
que sepius David superstitiones ē mundo tollendas dicens, quo pura vi-
geat religio, Deum regnante inducit: regnandi nomine non potesta-
tem significans qua prædictus est, & quam in vniuersa natura gubernatione
exercet: sed doctrinam qua sibi legitimuni principi parum allet: si
quia nunquā euelli queunt ex hominum cordibus errores donec plan-
era fuetur vera Dei cognitio.

1.Tim.6.16.

*Psal. 93. 96. 97.
49. Similibus.*

*Psal.19.1.
Scriptura testimo-
niis confirmatur, re-
rum creaturarum con-
sideratione adiungē-
dam ipsi verbi do-
ctrinam, ne euam
dei notitiam
concipiamus.*

¶ 4 Proinde idem Propheta, ubi commemorauit gloriam Dei à cœ-
lis enarrari, opera manuum enuntiati à remanimento, ab ordinata die-
rum noctiumque serie maiestatem eius praedicari, deinde ad verbis men-
tionem descendit: Lex, inquit, Domini immaculata, cōserens animas:
testimonium Domini fidele, sapientiam prestantis patouulis: iustitia Do-
mini recte, letiticantes corda: perceptum Domini frigidum, illumina-
oculos. Etsi enim alios quoque Legis vsus comprehendit, significat tamen
in genere, quum frustra Deus omnes populos ad se inuitet cœli ter-
raque inturu, hanc esse peculiarem filiorum Dei scholam. Eodem spe-
quat Psalmus 29. ubi Propheta concionatus de terribili Dei voce, quia in
tonitu, ventis, imbris, turbibus & procellis terram concutit, tre-
mefacit montes, cedros confingit: in fine tandem subicit, cani eius lau-
des in Sanctuatio, quia ad omnes Dei voces quae in ære resonant, sicut
sunt increduli. Sicut alium Psalmū, ubi descripsit terribiles fluctus ma-
ris, ita claudit. Testimonia tua verificata sunt: decor templi tui, sanctitas
in longitudinem dieterum. Hinc & illud emanat quod Samaritanæ mu-
lieri dicebat Christus, gentem ejus & reliquos omnes populos adorare
quod nesciret: solos Iudeos Deo vero cultum exhibete. Nam quām hu-
mana mens pro sua imbecillitate peruenire ad Deum nullo modo queat,
nisi sacro eius verbo adiuti & subleuata, omnes iunc mortales, exceptis
Iudeis, quia Deum sine verbo quirebant, necesse fuit in vanitate atque
errore versari.

Psal.93.5.

Iean.4.12.

Quo testimonio Scripturam aportat sancti, nō tempe Spiritus ut certa
confite eius autoritas: atq; in pium esse communium, fidem
eius pendere ab Ecclesiæ iudicio.

CAP. VII.

VERVM antequam longius progrediar, quedam inserere operæ-
priorum est de Scripturæ authoritate, quæ non modo animos pre-
parent ad eius reuerentiam, sed omnem dubitationem eximant.
Porro ubi sermonem Dei esse qui proponitur, in confessio est, nemo est
tam deploratæ audacie, n si forte & sensu cōmuni, & humanitatem quo-
que ipsa destitutus, qui fidem loquenti derogare ausit. Sed quoniam
non quotidiana è ecclisie redditutæ oracula, & Scriptura sola extant qui-
bus visum est Domino suam perpetuam memoriæ veritatem consecra-
re: n in alio iure plenam apud fideles authoritatem obtinent, quam v-
bi statuant è cœlo fluxisse, acsi v uero ipse. Dei voce illuc exaudirentur.
Res sane dignissima quæ & tractat fur fuius, & accuratius expendatur.
Sed dabunt veniam lectore, si magis respiciam quid sit, ut operis insti-
tuti ratio, quam quid huius rei amplius requirat. Inualuit autem a-
pud plerosque perniciuosissimus error, Scripturæ tantum in eis momen-
ti quantum illi Ecclesiæ suffragis oncepturi acsi vero aeterna iniuiabili-
sque Dei veritas, hominū arbitrio niteretur, sic enim magno cum
ludibrio Spiritus sancti querunt, Ecquis nobis fidem faciat, hoc à Deo
prodiisse? Ecquis salua & intacta ad nostram usque æratem pertuenisse,
certiores reddat? Ecquis persuadat, librum hunc reuerenter excipien-
dum, alterum numero expungendum: nisi certam istorum omnium regu-
lam Ecclesia prescriberet? Pendet igitur, inquit, ib Ecclesiæ deter-
minatione & quæ Scripturæ reuerentia debatur, & qui libri in eius ca-
talogo censendi sint. Iti sacrilegi homines, dum sub Ecclesiæ prætextu
volunt effrana am tyrannidem inuehere, nihil curant quibus se &
alios absurditaibus illaqueant modò hoc unum extorqueant apud sim-
plices, Ecclesiæ nihil non posse. Atqui si ita est, quid miseris conscienc-
iis sit, solidam viæ eternæ securitatem querentibus, si quæcunque ex-
tant de ea promissiones, solo hominum iudicio fulta, consistant? An ac-
cepto tali responsu fluctuari & trepidare desinent? Rursum quibus im-
piorum sannis subiicitur fides nostra, quam apud omnes in suspicio-
nem vocatur, si credatur, hominum beneficio, non secus ac precatiæ
habere authoritatem?

2. Sed eius in tabulæ, vel uno Apostoli verbo pulchriè refellun-
tur, Ecclesiæ ille testitur, Prophetatum & Apostolorum fundamento
sustineri. Si fundimentum est Ecclesiæ Prophætica & Apostolica doctri-
na: siu huic certitudinem ante constare oportet, quam illi extate in-
cipiat. Neque est quod cauillentur, etiamsi inde primum exordium du-
cit Ecclesiæ, manere tamen dubium quæ Prophætis & Apostoli sint ad-
scitibunda, nisi iudicium ipsius intercedat. ³ Nam si Christiana Ecclesia
Prophetatum scriptis, & Apostolorum prædicatione initio fundata fuit,
vbi inque reperiatur ea doctrina, Ecclesiæ certè præcessit eius appro-
batio: sine qua nunquam Ecclesia ipsa extivisset. Vanissimum est igitur
commentum, Scripturæ iudicanda potestatem esse penes Ecclesiæ: vt
ab huius nutu illius certitudo p̄fide intelligatur. Quare dum illam re-
cipit, ac suffragio suo obsignat, non ex dubia aut alioqui cōtrouersia au-
thenticam reddit: sed quia veritatem esse agnoscit Dei sui, pro pietatis
officio, nihil cunctando veneratur. Quod autem rogā, Vnde persuade-
bimur à Deo fluxisse, nisi ad Ecclesiæ decretū configiamus? perinde est
ac si quis toget, Vnde disceimus lucem discernere à tenebris, albū à nigro,
Quæ ab amato Nō enim obscuriorē veritatis suæ sensu vltro Scriptura
b.ij.

De iis qui Scriptu-
re authoritatem di-
cunt p̄dere ab Ec-
clesie iudicio: ex
quā mālē nobis-
cum ereretur sita
effet.

Ephes. 2.20.
Optime r. felli co-
natum illud ex la-
co Pauli, Fideli-
cificatos sup sua
damenta. Apo-
stolorum & Prophe-
tarum.

* Ephes. 2.2

Locus est contra epis- 3 Scio equidem vulgo citari Augustini sententiam, vbi se Euangelio creditum negat, nisi Ecclesiae ipsum moueret authotitas. Sed quām perpetam & calumniosē citetur in eum sensum, ex cōtextu facile est deprehendere. Negotium illi erat cum Manichis, qui absque contouerstionis dicit se non sibi credi volebant, quum veritatem se habere pollicentur, non o- crediturum Euā. gelio, nisi Ecclesiae Euāgeliū, rogat quidnam facturi sint in hominem incidentia ne ipsum moueret au- Euāglio quidem credat: quo genere persuasionis eum sint in suā sententiam adducti. Postea subiicit, Eḡo vero non crederem Euāgeliū, cum illi calumno- &c. significans se, quum alienus esset à fide non aliter potuisse adduci ut se detorquent ad er- Euāgeliū amplectentur pro certa Dei veritate, quām Ecclesiae autho- roris sui confirmatiōnem.

Scio equidem vulgo citari Augustini sententiam, vbi se Euāgeliū certitudinem inde pendere inelligit: vetum simpliciter nullam fōrē Euāgeliū certitudinem in hī telibus, vt inde Christo lucrificint, nō si Ecclesiae consentius eos impellarat. Atque id paulo antē non obscurēc. nō firmat, ita loquendo,

Eiusdem lib. ca.4. Quum ego laud iuero quod credo, & quod credis tu si ro, quid putas no- Colos. 1. bis esse iudicandum, quidve sciendum, nō si vt eos relinquamus qu. nos inuitant certa cognoscere, & postea imperant vt incēta credamus: &

* Sic lib. 2. de ordi- nos, ca. q. Ad disce intueri, vt ipsa fide valentiores facti, quod credimus intelligere mere- ilum duplicitēmo mur: non iam hominibus sed ipso Deo intinsecus mentem nostram remur, autoritate firmante atque illuminante? Hęc certe sunt Augustini verba: ex quibus atq; ratione, cōpore cuius colligete promptum est, non hanc sancto viro fusile mentem, vt autoritas, re autē fidem quam Scripturis habemus, à nutu arbitriō Ecclesie suspende- ratio p̄fress̄, &c. tet, sed tantum vindicaret, quod nos quoque vetum fatemur, eos qui Itaq; quanquā bō nondum Spiritu Dei sunt illuminati, Ecclesiae reueientia ad docilitatērum authoritatis tem induci, vt Christi fidem ex Euāgeliū discere sustineant: atque ita importit, emulitit- hoc modo Ecclesiae auhoritatem isagogen ellē quia ad fidem Euāgeliū dini videatur ēsse prepararunt. Nam, vt videmus, priores certitudinem longē alio fun- salubrior, ratio ve- damento vult ēsse sufficiat. Alioqui non nego quin sc̄pe Maniches eos rō aptior erudit̄: Ecclesiae vniuersitatis consensu vrgeat, dum Scripturam, quam illi reprehēdantem quia nullus hant, vult approbare. * Vnde illa aduersus Faustum exprobatio: quod hominū nō s̄t ex m- se Euāgelicā veritati non subdar, tamen fundatē, tam stabilitatē, tāra glo- peito p̄tus fit, &c. ria diffamata, & a tempore Apostolorum per certas successiones com- euent ut omnibus mendare. Sed nōquam eo spectat, vt pendere doceat quam Scripturis bona, magna, occul auhoritatem deficiuntur, ab hominum definitione aut decretione, aut in- ta discere cupienti quod in causa plurimum valebat, vniuersale Ecclesiae indicium profi- bus, nō aperiat nisi in quo aduersariis erat supētor. Si quis pleniorē huius approbationis iannam nem desiderat, libellū eius legat De vultūtate credēd: vbi repeties, non Cōf. ab imp̄is etiā iacent Prophete & Apostoli vel reūmen suum, vel quecumque si sem lo- extirpāt, Scriptū cōuentibus conciliant, neque insitūt rationib;: sed factū Dei no- rām a Deo p̄dūt men proficiunt, quo ad obsequium cogatur totus mundus. Nunc viden- se: nō alia tanta dūm quomodo non opinione tantūm probabili, sed liquida veritate quād spiritū san- p̄teat, non temerē, nec fallaciter obtendi Dei nomen. Iam si conscienti optime

* Lib. 32. tate nitendum.

Lic. t̄suppetat alia 4 Tenendum quod nuper dixi, non antē stabiliū doctrinā fidem, multa argumenta, quam nobis indubie persuasim nō, authorem eius esse Deum. Iaque que fidem faciunt lumen scripturæ probatio p̄ssim à Dei loquētis persona sumitur. Non Cōf. ab imp̄is etiā iacent Prophete & Apostoli vel reūmen suum, vel quecumque si sem lo- extirpāt, Scriptū cōuentibus conciliant, neque insitūt rationib;: sed factū Dei no- rām a Deo p̄dūt men proficiunt, quo ad obsequium cogatur totus mundus. Nunc viden- se: nō alia tanta dūm quomodo non opinione tantūm probabili, sed liquida veritate quād spiritū san- p̄teat, non temerē, nec fallaciter obtendi Dei nomen. Iam si conscienti optime

optimè consultum volumus, ne instabili dubitatione perpetuò circumferantur, aut vacillent, ne etiam hafcent ad mininos quosque scrupulos, altius quām ab humanis vel rationibus, vel iudiciis, vel coniecturis tuncordib⁹ nostris, petenda est hæc persuasio, nempe ab arcane testimonio Spiritus. Verum Deum esse qui loquidem est, si argumentis agere libeat, multa posse in medium proferri quatinus in lege, Pro quaē facile euincant, si quis est in cœlo Deus, Legem, & Prophetias, & Evangelium ab eo manasse. Imò quanuis docti homines & summo iudicio prædicti contrà insurgant, & omnes ingenij vites conferant atque ostentent in hac disceptatione: nisi tamen ad perditam impudentiam obduruerint, extorquebitur illis hæc confessio, manifesta signa loquentis Dei cōspici in Scriptura, ex quibus pateat cœlestem esse eius doctrinam: c paulo post videbimus, omnes scripturæ sacræ libros quibusque alii scriptis longissimè præcellere. Imò si putos oculos, & integros sensus illuc afferimus, statim occurret Dei maiestas, quæ subiecta reclamandi audacia, nos sibi patere cogit. Præposterè tamen faciunt qui disputando concedunt solidam Scripturæ fidem adstruere. Equidem tametsi nec summa dexteritate, nec facundia polleo: si tamen mihi certamen esset cum vasermis quibusque Dei contéptoribus, qui in labefactanda Scriptura & leites & faceti videri appetunt, non difficile mihi fore confido obstreperas eorum voces compescere, ac si utihs in resellendis eorum cauillis: ssei labor, non magno negotio quas in angulis iactantias mussitant disuterem. Verum si quis factum Dei verbum assertat ab hominum maledictis non protinus tamen quam requirit pietas certitudinem corribus infiget. Quia opinione tantum state videtur religio profanis hominibus, nequid stulte aut leuite credant, ratione probari sibi cupiunt, ac postulunt Mosch & Prophetas diuinitus loquitos esse. Atquicstimo nūm Spiritus omnī ratione præstatius esse respondeo. Nam sicut Deus solus de se idoneus est t. sis in suo sermone: ita etiam non antē fidem reperiet sermo in hominum cordibus quām interiore spiritus testimonio obsignetur. Idem ergo Spiritus qui per os Prophetarum loquutus est, in corda nostra penetrat necesse est, vi persuadat fideliter protulisse quod diuinus erat mandatum. Atque hæc connexio aptissimè ab Isaia ponitur in his verbis, Spiritus meus qui in te est, & veiba quæ posui in ore tuo & seminis tui, in perpetuum non deficiet. Bonos quosdam male habet quod dum impune obinurmutant in apij contrà Dei verbum, non ad manum suppetat clara probatio. Quasi verò non ideo vocetur Spiritus & sigillum, & atra ad cōfirmandam piorum fidem, quia donec mentes illuminet, si imperiū multa fluctuationes fluuant.

5 Mane itego hoc fixum, q̄ os Spiritus sanctus intus docuit, solidè acquisiebat in Scriptura, & hanc quidem esse àuctoritatem, neque demonstrationi & rationibus subiecti eam fas esse: quam tamen meretur apud nos certitudinem, Spiritus cōfirmatio consequi. Et si enim reverentiam sui sibi vltiō maiestate cōciliat, nunc tamen demum serio nos afficit quum per Spiritum obligata est cordibus nostris Illus ergo virtute illuminati, iam nō aut nostro, aut aliorū iudicio credimus, à Deo esse Scripturam: sed supra humanum iudicium, certo certius constituimus (non secus ac si ipius Dei numen illic intueremur) hominū misericordio, ab ipsissimo Dei ore ad nos fluxisse. Non argumenta, non verissimilitudine, quibus iudicium nostrum incumbat: sed ut tei extra existimandi aleam posse, iudicium ingeniumq; nostrum subiectimus. Non id quidem qualiter solent inter lum tem incognitam attipere, que mox perspecta displaceat: sed quia in expugnabilem nos veritatem tenere, probè nobis consciū sumus. Neque qualiter superstitionibus solent miteri homines captiuam mentem addicere: sed quia non dubiam vim numeri.

nis illic sentimus vigete ac spirare, qua ad patendum, scientes quidem ac volentes, viuidiustamen & efficacius quam pro hum nō aut voluntate, aut scientia trahimur & accendimur. Itaq; optimo iure per Isam clamat Deus, Prophetas cum toto populo sibi esse testes quia vaticiniis

Isa. 43. 10: *Confirmatur rur-
bus id ipsum pluri-
bus Ircis ex Isa. 2.* edo&i. indubie tenebant absque fallacia vel ambiguitate. Ex quo enim esse Deum. Talis ergo est persuasio que rationes non requirat: talis notitia, cui optimaratio constet, nempe in qua securius constari iusque mens quiescit quam in multis rationibus: talis denique sensus, qui nō ex ecclesiasticalatione nascinequeat. Non aliud loquor quam quod apud te experitur fidelium: nusquam ve, nisi quod longe infra iustum rei explicationem verba subsidunt. Pluribus nunc supers deo, quoniam haec de te alibi tractandi locus iterum se offeret: tātū nō nunc sciamus, veram demum esse fidem quam Spiritus Dei cordibus nostris obsignat. Imo una hac ratione contentus est modestus et discilis lector: promittit Isayas omnes renouata Ecclesiarum filios, Dei fore discipulos. Singulari prius legio illi: Deus solos electos dignatur, quos à toto humano genere discernit. Etenim quodnam vera doctrina initium est nisi prompta alacritas ad audiendam vocem Dei atque Dei audiri postulat per os Mosis, sicuti scriptum est, Ne dicas in corde tuo, Quis aescendet in celum, aut quis descendet in abyssum? Ecce sermo est in ore tuo. Si hunc intelligentie thesaurum filii suis recondi: um esse Deus voluit, nihil mirum vel absurdum si in hominum vulgo cernitur tanta inscita & stupiditas. Vulgus nō in proprio praeceptu etiam quosque, denec in Ecclesiarum corpus insufluerint. Adde quod Isayas non exuaneat modo, sed iudicet etiam qui domestici censeti volebant, Propheticam doctrinam in certitudinem fore admonens, simul causam addit. Quia non renelabitur omnibus brachium Dei. Quoties ergo nos conturbat credentium paucitas, ex operato veniat in mentem, non alios comprehendente Dei mysteria nō quibus datum est.

Isa. 54. 13.**Dent. 30. 10.****Isa. 53. 1.**

Probantes, quatenus fieri humana ratione satisficiat suppetere ad
fabiendum Scripturam fidem.

C A P . V I I I .

**Ordinata divinae
sapientie dispensatio,
mobil terrarum redi-
lens doctrinae pse-
udaria partium omniū
inter se cōfīnīs. &
principiū conti:ptu-
bilium verborum hu-
militas sublimis re-
gūcōrūstis myste-
riis laquent, scien-
daria sunt admini-
cula ad stabilien-
dam Scripturam fi-
dem. Quid pefire
m̄ proficitur e.
tū in testamēti sū-
ptoribus cōfūlrat
jūtū.**

HABE C DISI certitudo adhuc quolibet humano iudicio & superior & vidi, scilicet Scripturæ authoritas vel argumentis munietur, vel Ecclesiarum consensu stabilicit, vel aliis praesidiis confirmabit. siquidem nō si hoc iacto fundamento, suspensa semper manet. Sicut, contra, ubi semel communis forte exemptam religione ac pro dignitate amplexisumus, quæ ad eius certitudinem animus uoluntatis inferendam & negligend. m̄ non adeò val. bant, tunc capitulum a sunt administricula. Minim enim quantum confirmationis ex eo accedit, dum intēiore studio reputimus quam ordinata & disposita illuc appareat diuinæ sapientiae dispensatio, quam cœlestis vbique & nihil terrenum redolens doctrina, quam pulchra partium omnium inter se consensio, & euāmodi relata quæ ad concilium tam sciptis maiestatem conueniunt. Tum vero solidius adhuc confirmantur corda nostra dum cogitamus rerum magis dignitatem quam verborum gratia, in eius admiracione nos rapi. Nam & hoc non sine eximia Dei prouidentia factum est, vt sublimia regni cœlestis mysteria sub contemptibili verborum humilitate bona ex parte tradentur: ne sisplendidoire eloquentia illustrata solent, cauillarentur impij, solam eius vim hic regnare. Nunc quum inculca illa, & tātū nō rūdis simplicitas maiorem sui reverentia excitet quam villa rhetorum facundia, quid iudicare licet nisi potentiori Scripturæ facta vim veritatis constitue, quam ut verborum arte indiget? Non ergo absq; ratione

Apostolus

Apostolus Dei virtute, non humana sapientia, fundatam esse fidem Corinthiorum arguit, quod sua inter eos prædicatio, non per suafaciens humanæ sapientiæ verbis, sed ostensione Spiritus & potentie commendabilis fuisse: siquidem ab omni dubitatione vindicatur veritas, ubi non alienis suffulta prædictijs sola ipsa sibi ad se sustinendam sufficit. Hoc autem virtus quam propria sit Scripturæ, inde liquet, quæ ex humanis scriptis quamlibet artificiis expolitis, nullum oratione perinde ad nos afficiendos valet. Lege Demosthenem, ac Ciceronem, lege Platonem, Aristotolem, aut alios quovis ex illa cohorte: uitium in modum, fateor, te alienum, oblebatibunt, mouebunt, rapient: verum inde si ad sacram istam lectiōnem te conferset, velis nolis, ita viuidè te afficiet, ita corrūpi penerabit, ita medullas insidiebit, ut præ istius sensus efficacia, vis illa Rhetorum ac Philosophorum propè evanescat: ut promptum sit perspicere, dum quiddam spirare sicut Scripturas, que omnes humanæ industrias dotes ac gratias tanto inter se allo superent.

2. Fato quidem Prophetis non nullis elegatis & nitidum, immo etiam splendidum esse dicendi genus: ut profanis scriptoribus non cedat eorum facundia: ac talibus exemplis, voluit ostendere Spiritus sanctus non sibi defuisse eloquentiam dum rudi & crassi styllo alibi usus est. Exterum siue Davidem, Iosuam & similis legis, quibus suavis & iucunda fuit oratio, siue Amos hominem pecuationis, Ieremiam & Zachariam, quorum asperior sermo rusticitatem sapit, ubique conspicua erit illa quam dixi Spiritus maiestas. Nec me lateo, vi satan in multis est Dei simulacrum, quod se fallacissim ludidine melius intinuet in animos simplicium, ita impios erroris quibus inimicos homines fidebat, astute spartiis in culto sermones & ferē bubato. & saepe obsoleta loquendi formis usi sunt, ut sub hac litera regere tuas amposturassi quod in manis & putida sit affectatio, vident omnes in medio eti sensu proximo. Quantum vero ad sacram Scripturam attinet, quamvis in ita atrocere conentur proterui homines, constat tamen sententia iis refertam esse quod humanitus concepi non potuerint, inspicere ut sit guli Propheta: ne in reperiatur qui non longe excelsa rit humanum modum: ut palato prouisus catere censendi fiat quibus insipida est eorum doctrina.

3. Tractatur alii hoc argumentum copiosè: quod sit ut pauca tantum Item Scripturæ, an delibate in præfusis sufficiat, que ad unam totius cause in imitem factumque, si quā alia ciuat. Præterea quæram attingi, non parum habet ponderis ipsa Scriptura antiquitas, tanta vicinque Graecis scriptores de Agyptiaca theologia brisant recentiores multa tabulenter nullum tamen existquam religionis monumentum libris Mosis, quis exstat quod non in Moysi, sed longe inferius. Neque Mōses nouum Deum omnino miniter unitus quod de aeterno Deo longa temporum serie à Deum non committit patribus quod per manus traditum acceperant Israhelite, proponit. Quid inficiatur, sed Deum enim aliud agit, quod datur ad te Iusippos revocet eum abraham in iustum? Petrum Israhelitum. Quod si rem fraudulam attulisset nullus est accessus: sed oportuit libertationem à servitate, in qua detinebantur, rem omnibus notam ac tritam esse: ut audita eius mentio protinus omnium animos erigeret. Quia etiam de quadringentorum annorum numero probabile est fuisse eodam Nunc reputandum est, si tam alio exordio Moses (qui tamen ipsi tanto intervallo temporum superat altos omnes scriptores) reperit doctrinam sue traditionem, quantum vetustate Scriptura facta inter alias ostunes emineat.

4. Nisi forte Agyptis ceterè liberat vetustatem suam extendentibus ad sex annorum nullam ante creatum mundum. Sed quum propheta etiam quibusque semper ludibriis fuerit eorum garrulitas, non est eius in eius rebus reuersus laborem. Cetera autem Josephus contra Appionem b. iiiij.

testimonia memoratu digna ex antiquissimis scriptoribus, vnde colligere licet, gentium omnia consensu doctrinam in Lge proditam ab ultimis seculis fuisse celebrem, quanvis neque lecta neque vere cognita tuerit. Iam nequa haeret apud malignos suspicio, ne qua e iam imp. robis cauillandi esset ansa, utriusque periculo optimis remediis Deus occurrat.

Gen. 9.5.16.

Quid Moës Leri patris sui dedecet?

tiasset Jacob de posteris suis, quomodo tribum suum nobilitas mo eam notat aeterna infamia: in persona Leui: Simeon, inquit, & Levi fami Aaronis fratris, quia in consilium eorum non venit tanquam a mea, nec in arcu eo rum lingua mea. Certè potuit de cœsus illud silere, non tantum ut patitur non subiectus, suo parceret, sed ne seipsum cum tota familia aspergeret euidem ignoproprios filios non minix parte. Quomodo suspectus esse poterit qui piumum familiam x encubuit, argumēta qua oriundus est, auctore spiritus sancti oraculo dicitur bilem fuisse sunt, in libris eius ultrò prædicans, neque priuatum sibi consulit, neque recusat subire in uimibil esse ab homine confitimus.

Nam. 12.1.

etiam impium Aarons germani fratris & Mariae sororis murmur commemorat, dicimusne ex carnis suæ sensu loqui, an patere spiritus sancti imperio? Adhæc quum summa eius esset auctoritas cur si I emius summi Sacerdotij non relinquit filii suis, sed in ultimum locum eos abegat? Pauca tantum ex multis delibero: sed in ipsa Lge psalmi occurrit multa argumenta quæ vendicent plenam fidem, ut ab iure contiouerteria Moses quasi Dei Angelus è cœlo prodeat.

Item miracula o-

5 Iam verò tota etiam insignia quæ refertur mitrecula totidē sunt Legis ab ipso latè prodita que doctrinae sanctiones. Nam quod nube abreviuntur in legi pro-

Evo. 24.5.

pius fuit in montem: quod illic usque ad diem quod drag. limum humano

mulagatione, quan-

contubernali exemplus fuit: quod in ipsa Legis promulgatione facies e-

tato reliquo tempore;

ius tanquam solariibus radiis fulgebat: quod vnde in cœbant fulgebat,

Evo. 24.29.

tonitrua & fragores toto ætere exaudiabantur: tuba eti. in nullo hu-

Evo. 19.16.

anno ore inflata clangebat: quod tabernacula ingrediens nube opposita ex-

Evo. 40.34.

cipiebatur à conspectu populi: quod horrendo Core, Dathan & Abiron,

Nam. 16.24.

totiusque imp. & factionis exitio tam mirificè videntur aucti. suis autho-

Nam. 20.10.

ritas: quod lapis virga percussus flumen protinus erectus quod Mani cœ-

Nam. 11.9.

lo ad eius preicationem deplorat: nonne hinc Deus ipsum cœlitus com-

Miracula ministrantur. mendabat tanquam indubium Prophet. m? si quis obiciat, me sumere pro confessis quæ controversia non careant, humus cauilli facilis est solutio. Nam quum hec omnia pro concione publicauerit Moses, quis sin-

geni locus fuit apud ipsos reium gestatum oculatos testes? Sic ille et prodidisset in medium, ac populum infidelitatis, et inuincitatem, ingratitudinis aliorumque scelerum coarguens, suam doctrinam sub ipsorum

conspicuā iactasset sanctitatem fuisse ijs miraculis quæ ipsi non quam vi-

dissent.

Pro M. jis, rel. tēp. 6 Nam & hoc notatu dignum, quo ictus noster de miraculis simul o-
re eius in populo & diosè coniungi quæ totum populum stimulare ad reuelationem poterant
data, cum ergo nos si vel in minimis fuisse loco oralio: unde apparet non aliter ut subscripti
poterint prophetae fuisse adductos, nisi quia plus fuisse contacti erant sua experientia. Ceteri
scriptori, calumna utrum quoniam res erat illustrior quam ut pro fanis scriptoribus liberum
fuisse magister arti esset negare edita fuisse à Mose miracula, calumniam illis suggestis pa-
bus à M. fuisse: ter mendicis i. magicis artibus adscribens. Sed quæ coniectura in gumi
quæ calumna fuisse insimulat quæ tantopere ab hac superiore ratione abhorret, ut lapidi-
m. simis rationibus obviare iubeat qui tantum cœsulerit magos & aruspices? Ceteri nemo
refutatur.

Evo. 7.11.

impator præstigit s. ludit qui non obstopet facere vulgi animos stud. at cap-

Evo. 11.6.

itan. la fame causa. Quid autem Moses & fratrem Aarone nihil es-

Evo. 16.7.

se clamans, sed tantum exequi quæ Deus prescripsit, satis absurgit omnem

certe

cere potuit ut Man è cælo quotidie pluens, ad populum alendum sufficeret: si usque iusta mentita reperitum haberet, ex ipsa putredine disfere, incertitudinem suam diuinatus puniri? Adde quod multis seruis probationibus sic examinata passus est Deus seruum suum, ut nunc obstrependo nihil proficiant impiobi. Quoties enim superbe & petulantem nunc surrexit totus populus, nunc quidam inter se conspirando, sanctum Dei seruum cuerte conati sunt, eorum furorem præstigis eludere qui potuit? Et tamen palam docet, hoc modo sanctitatem in omnia secula fuisse eius doctrinam.

7 Adhuc q[uod] tribui Iuda in persona Patriarche Jacob assignat principium, quis n[on] get spiritu propheticō factū esse: præsertim si item ipsam, Iacob personam, ut tenuerunt comprobata fuit, cogitationi nostræ subiungimus? Finge Mosen quenq[ue], tribui Iuda primum esse vaticinij authorem: ex quotam seru[er]tum hoc memorie principatum asserit prodidit, prætereunt anni quadragecenti quibus nulla est in tribu Iuda gratia, & quod roscetti mentione. Post Saulem inaugurate videtur regia potestas in tribu Beniamini residere. Quum à Samuele vnguitur David, quoniam eius trans ferenda ratio apparet? Quis regem sperat, ex plebeia hominis pecuarij domo exitum? Et quin illic septem essent fratres, quis minimo natu honorem destinasset? Quia deinde ratione ad spem regni peruenit? Quis seru[er]tum post amorem humana arte vel industria vel prudentia gubernatam fuisse vocationem millibus contigerit) dicat, ac non potius vaticinij cœlestis complementum esse? Similiter que argumenta sunt, de Gentibus in fœdus Dei cooptandis, obscurè licet, prædictis, cum post Deum ipsum esse quod duo fratribus annis, hoc diabolus in libris Mosis legatur. et annis, hoc diabolus in libris Mosis legatur.

8 In reliquis autem Prophetis multò etiamnum clarius id certinatur.

Pauci tantum exempli deligam, qui in omnibus colligendis nimis est. Quod Isaías predi- set labor. Quum Isaías tempore pacatum esset regnum Iuda, immo quoniam in Iudeam capta in Chaldaia aliquid præsidii sibi repositum putaret, de excidio urbis post uitatem, & eorum pulique exilio, concionabatur Isaías. Ut demus nondum satis clatuni redemptione anthropi specimen fuisse diuini instinctus, multò ante prædicere quæ tunc vide. re Cœ. 10: (qui centebantur fabulosa, tandem vera appatuérunt) quæ iamē simul de redemi- fuisse post illius mortione vaticinia edit, unde nisi à Deo profecta fuisse dicimus? Cyrū no- tē anno natus (et) minat, per quem subiugend: erant Chaldaei, & populus in libertate remesse. quod Ieremias an- rendus. Elaq: si sunt anni pluscentum ex quo ita vaticinatus est Prophete, tequā populū abdu- tū, priusquam nescieret Cyrus: nam hic centesimo demum anno iut erit cunctus p[ro]f[er]bit ex citer post illius mortem natus est. Nemo diuinari tunc poterat fore alio anno rēpus quem Cyrum, cui cum Babylonis bellum futurum esset, qui tam potēti 70. quod Ierem. & monachia sub manu suam redacta, finem Israëlitici populi exilio in Ezec. locis alter ab ponet. Nuda hec narratio, sine ullo verborum otnatu, nonne indubia altero lige disti, esse Dei oracula, non heminis conjecturas, que Isaías loquitur, planè de. indubius ut in con- monstra? Rursus quum Ieremias prius aliquanto quam populus abducere fuit: quod Dan. retur, annis 50: tunc ita finire tempus cæptum erat, rediūmque & liber prædictus de rebus sua talem indicet, nonne à Spiritu Dei gubernati eius linguam oportuit? tunc ad ann. 6. O. Cuius impudentiæ erit negare talibus documentis sanctitatem fuisse Pro. documenta sunt cer- pheratum authoritatem, adeoque implerum esse quod ipsi iactant ad vin- tissima a filiis Israëli. doc- dicandam sermonibus suis fidem? Priora ecce venientur, noua annuntio, dabo librum Pro. antequam oriantur, nota vobis faciam. Omitto quod Ieremias & Eze- pheticorum annib[us] chiel, quum tam procul essent disti, ramen eodem tempore prophetantes. Ista. 45.1. Etas in dictis omnibus perinde consentiabant acsi mutuò alter al eti di. Ista. 25.11. 11. de rebus futuris prophetias ita contextit, acsi historiam de rebus gallis & Ux. 2. 5.

pallim notis scriberet? Hæc si probè meditata habeant pīj homines, ad compescendos impiorum hominum latratus abundē instructi erunt: clarius enim est ista demonstratio q̄ rām vt v̄lis cauillis sit obnoxia.

Contea prophetas 9 Seio quid in angulis obſtrepant quidam nebulones, vt in oppugnanda Dei veritatem acumen ingenij sui ostentent. Quærunt enim, quis qui querunt, qui nos certiores fecerit à Moſe & Prophetis hæc fuisse scripta que sub eorum nominibus leguntur. Quinetiam questionem mouere audent, fucritne vñquam aliquis Moſes At si quis in dubium reuocet fucritne vñquā vel Plato aliquis, vel Aristoteles, vel Cicero quis non colaphis aut flagellis castigādat talem infamiam dicat? Fuit Lex Moſis celestis magis prouidentia, quām hominum studio mirabiliter conseruata. Et quanquam negligenter Sacerdotum ad breue tempus sepulta iacuit, ex quo ius rex Iohannes eam inuenit, per continuas et totum successionis inter manus hominum versata est. Neque vero quæſi in ignoram aut nouam protulit Iohannes, sed quæ ſemper vulgata fuerat, & cuius tunc celebitas et memoria. Dicatur etiam templo volumen prototypon: dicitur regis archititus deſcriptū inde exemplar: tantum hoc acciderat quod Sacerdoce Legem ipsam ex ſolenni more publicare defierint, & pojulius etiam ipſe vñſita am leſticiem neglexet. Quis quōd nullum ferē ſeculum preteriit quo non conſirmata renouataque fuerit eius ſinctio? n̄ ijs incognitus erat Moſes qui Dauidem traſtabant? Verū, vt de omnibus ſimil loquar, certe certius est ipſorum ſcripta non aliter peruenire ad posteris, quām de manu in manum, vt ita loquaciter, perpetua annorum ſeriat partibus tradita, qui partim loquentes audierat, partim recenti memoria diſcebat ab auditoribus, fuisse ita locutus.

1 Mach. 1.5. 10 Imo quod ex Machabœorum historia obieciunt ad eleuandam Aduersari coſdem Scripturam, ſidem, tale eſt vt nihil adeam ſtabiliendim excogitati potius querentes, unde ad aptius. Primum tamen quem obſeruant colorē diluamus: deinde in nos priuenienti eos retor quebinus quim in nos machinam erigunt. Quum Antiochus, exemplaria libri in quiunt, libros omnes iuſſet concremari, vnde prodierunt quia nūc Scripture, quās habemus exemplaria? Ego autem vicissim interrogō in qua officina tam Antiochus iuſſerit citō fabricari potuerit? Conſtat enim post ſedatam feuitam mox exponit univerſari, titile, & à pīs omnibus qui in eorum doctrina eſt uacatis, milititer eos plaudi a mirabili nouerant, ſine conteruſia ſuſſe agitos. Quinetiam quim omnes Diſprouidentia impij, quali facti coniuratione, iudicata proterue infame erint, ne illis per tota ſecula mo vñquā illis ob iecre a pīs eſt filiam librorum ſuppositionem, conſtruandy inter Nam q̄ dīſc, neque, eorum opinionē, ſit religio Iudaica, Moſen tamen eos hostes, & tam ipſius eſte a hōrem fatentur. Quid ergo aliud quām proteruiam ſuam ſancto perſequiatio

plus ſuicinam produnt illi blaterones, dum ſuppoſitios libros eleuentur, quorum ſacra vetuſas historiarum omni iam conſueta approbatur? Sed ne refellendis timi pūcidiſ calumnijs, ustra plus operæ impediam, potius hic reputemus quāntam Dominus conſervandi veſti ſui curim habet, quando iſuū extreuelentia ſuauit in tyranni, quā ex preſenti incendio præter ſpem omnium eripuit: quōd pīs Sacerdotes diabolique tanta conſtantia intuixit, vt non dubitauerint diſſauit. In hinc vice ſuę dilpenſio, ſi opus fore, redemptum, ad posteros tranſmittere: quod acceſſuā tot pītū lūmē ſeſtūlū conquiſtionem fruſtatus eſt. Quis inſigne ac immensum Dei opus pon agnoscit, quōd ſacra illi monumenta que pītū ſuauit ubi impij perſuaderant, mox quādi pītū ſuauit, & quidem maiore cum dignatione? Seqnūa eſt enim Græca interpretatio quæ pītū ſuauit, obtempera vulgaret. Neque in eo tantum apparuit mirabiliter quōd ſeſtūlū ſuauit, tabulas Dei à ſanguinatij Antiochii ad R̄is vindicauit.

uit, sed quod inter tam multiplices gentis Iudaicæ clades, quibus subinde attrita & vastata, mox propè ad internectionem redacta fuit, salutem tamen superstitione manserunt. Lingua Hebreæ non ignobilis modò, sed propè incognita iacebat: & certè, nisi religioni consultum voluisse Deus, in totum periret. Quantum enim ex quo reuersi sunt ab exilio Iudei, à lingue patriæ genuino vsu desciuerint, ex eius seculi Prophetis apparet: quod ideo oratū utile est, quia ex hac comparatione clarius elicetur Legis & Prophetarum antiquitas. Et per quos salutis doctrinam in Lege & Prophetis comprehensam nobis Deus seruauit, vt Christus suo tempore patesceret? Per infestissimos Christi ipsius hostes Iudeos, quos inerito Ecclesiæ Christianæ librarios Augustinus ideo appellat, quia nobis subministrarunt lectionem cuius ipsi usum non habent.

11. Potè si ad nouum Testamentum venitur, quām solidis fultu*Trium Euāgelista-*
ris nititur eius veritas? Historiam humili abiectoque sermonē tres E-*ri sermonis simpli-*
uangelisti recitant: fastidio est multis superbis ista bimpticitatis: nempe *et sc̄ælestia myste-*
quoniam ad precipua doctrina capitula non attenuant, ex quibus colligere facile esset eos supra humanum captum de cœlestibus mysteriis dis-*ria continentis, loā-*
serere. Certè quicunque iōgenui podois gutta prædicti etunt, lecto pri-*nis oratio gratibus*
mo capite Luca pudescent. Iam Christi conciones, quatum summa à *sententias ē sublimi-*
tribus illis Euangelistis perstringuntur, omni contemptu eorum scripta *torans, in Petri &*
facilè eximunt. Iohannes autem ē sublimi tonans, quos non cogit in *Pauli scriptis relin-*
obsequiū fidei, eorum peruvicationi quolibet fulmine validius proster-*cens ex cœlestis mai-*
nit. Prodeant in med. u. n. omnes isti saluti censores, quibus summa vo-*stas, Matth. ei inspe-*
luptas est Scriptura reuertentiam ex suis & aliorum cordibus excutere: leg-*rata vocatio à mei-*
gant Iohannis Euāgelium: velint n. l. lat, illuc reperient mille sententias *sa, Petri & Ioānis*
quæ saltē eorum socordiam expergesantur: inquit quæ eorum consciencias ad cohibendos eorum risus horribile iniuriant cauterium. Eadem Pauli & Petri ratio est, in quorum scriptis quanvis maior pars excutiat, ipsa tamen cœlestis maiestas deuinatos sibi omnes & quasi constrictos tenet. Vnum verò hoc eorum doctrinam super inundum satis supérque atollit, quod Matchætus ad mensuræ suæ questum ante affixus, Petrus & Iohannes in nauiculis suis versari, omnes etiā idiotæ nihil didicent in hominum schola quod alii traderent. Paulus verò non tantum ex professo hoīste, sed etiam sequo & sanguinario, conuersus in nouum hominem, subita & insperata mutatione ostendit cœlesti imperio se con pulsum, doctrinam quam oppugnauerat, isti tere Negant canes isti Spiritum sanctum super Apostolos de ipsum esse, vel saltē historię fuleri abiogerentes tamen palam clamitat à Spiritu suis edocetos, qui ante in ipsa plebe contemptibiles, repente de cœlestibus mysteriis tam magnifice dilecti ceperunt.

12. Adde quod alia quoque sunt optimæ rationes cur pondere suo non cœteat Ecclesiæ consensus. Neque enim pro minimo ducendum est, ex quo Scriptura publicata fuit, tot seculorum voluntates constanter in eius obedientiam consensisse: & sic unque mitis modis eam vel optimere, vel euincere, vel inducere prorsus & ex hominum memoria obliterate Satan cum toto mundo conatus fu, semper tamen instat palmae superiorē euatiſſe, & h. expugnabilem persistisse. Siquidem nemo fieri è excellentiore ingenio vel sophista, vel rhetor olim fuit, qui vim suam aduersus ipsam non intenderet: nihil tamen profeccevit omnes. In eius excidium vniuersa terra potuit se animavit, & in sumum abierunt omnes eius conatus. Quomodo tam valide undequaque impedita restituit, non nisi humano fratre praedictio? Quin magis hoc ipso à Dō-

Tot seculorum tamen variarum gētiū, & tam diuīforū animorū consensus in amplectēda fert pīca, rāca etiam quorundam picturæ cuius autoritatē apud nos debet confirmari.

esse conuincitur, q̄ reluctantibus humanis omnibus studijs, sua tamen virtute vsque emerſerit. Adde etiam huc, quod non vna ciuitas, nō gens vna in eam recipiendam & amplexandam conspirauit: sed quam longe latēque patet terrarum orbis, variarum gentium, quibus aliqui nihil inter se communiue erat, sancta cōſpiratione suam authoritatē adepta est. Porro quum plurimum nos mouere debeat talis conuenientia tam diuersorum animorum, & rebus omnibus aliqui inter se dissidentium, quando eam non nisi coelesti numine conciliatam apparet: non patrum tamen gravitatis illi accrescit, dum intuemur in eorum pietatem qui sic conueniunt, non omnium quidem, sed quibus, ceu luminibus, fulgere Ecclesiastiam suam Dominus voluit.

Item tot martyrum 13 iam quanta securitate nos ei doctrinæ nomen dare par est, quam sanguis qui pro e- tot sanctorum viorū sanguine sancti in ac testificatam videmus? Illic confessione mori pro semel suscepta non dubitarunt mortem animose & intrepide, at- tē firmo & sobrio que adeò magna alacritate, oppere: nos cū tali arribabone ad nos trāmissam, qñ non certa & inconcassa persuasione suscipieremus? Non ergo est mediocris Scripturæ approbatio, tot testium sanguine fuisle obli- gnata: præsertim dum reputamus, eos mortem ad reddendum fideli te- timonium oppertiisse, non fanatica intemperie (qualiter interdum errati spiritus solent) sed firmo constantique, sobrio tamen, Dei zelo. Aliæ sunt nec paucæ nec invalidæ rationes, quibus sua Scripturæ dignitas ac maiestas non modò afferatur pijs peccotibus, sed aduersus calumniosos torum technas egregiè vindicetur: sed que non satis per se valeant ad fir- mat illi fidem comparandam, donec eius reverentiam coelestis Pater, suo illic nomine patefacto, omni controversia exinit. Quare iuni verè demū ad salutificam Dei cognitionem Scriptura satisfaciens, vbi int̄iori Spiritus sancti persuasione fundata fuerit eius certitudo. Quia vero ad ea confirmandam humana extant testimonia, sic inania non erunt, si pre- cipuum illud & summum, velut secundatia nostræ imbecilitatis adminicula, subsequantur. Sed inepi faciunt qui probari volunt infidelibus, Scripturam esse verbum Dei: quod, nisi fide, cognosci nequit. Merito itaque Augustinus, qui pietatem & pacem mentis debere præcedere ad- dendi.

De utilitate cre- dendi.

13 lam quanta securitate nos ei doctrinæ nomen dare par est, quam sanguis qui pro e- tot sanctorum viorū sanguine sancti in ac testificatam videmus? Illic confessione mori pro semel suscepta non dubitarunt mortem animose & intrepide, at- tē firmo & sobrio que adeò magna alacritate, oppere: nos cū tali arribabone ad nos trāmissam, qñ non certa & inconcassa persuasione suscipieremus? Non ergo est mediocris Scripturæ approbatio, tot testium sanguine fuisle obli- gnata: præsertim dum reputamus, eos mortem ad reddendum fideli te- timonium oppertiisse, non fanatica intemperie (qualiter interdum errati spiritus solent) sed firmo constantique, sobrio tamen, Dei zelo. Aliæ sunt nec paucæ nec invalidæ rationes, quibus sua Scripturæ dignitas ac maiestas non modò afferatur pijs peccotibus, sed aduersus calumniosos torum technas egregiè vindicetur: sed que non satis per se valeant ad fir- mat illi fidem comparandam, donec eius reverentiam coelestis Pater, suo illic nomine patefacto, omni controversia exinit. Quare iuni verè demū ad salutificam Dei cognitionem Scriptura satisfaciens, vbi int̄iori Spiritus sancti persuasione fundata fuerit eius certitudo. Quia vero ad ea confirmandam humana extant testimonia, sic inania non erunt, si pre- cipuum illud & summum, velut secundatia nostræ imbecilitatis adminicula, subsequantur. Sed inepi faciunt qui probari volunt infidelibus, Scripturam esse verbum Dei: quod, nisi fide, cognosci nequit. Merito itaque Augustinus, qui pietatem & pacem mentis debere præcedere ad-

Omnia pietatis principia crederunt fanaticos, qui posthabita Scriptura, ad renunciationem transiuerunt.

C A P V T I X.

Contra fanaticos qui posthabita sēri- ptor, electione, & sunt. Emerserunt enim nuper vertiginosi quidam, qui spiritus magi- doctrina, Sp̄r̄tum sterium factuosissimè obtinentes, lectionem ipsū omnem respūnt, & iadlat. & ad rem eorum irident simplicitatem, qui emotuam & occidentem, vt ipsi vo- lationes transfor- cant, literam adhuc conseclātur. Sed velim ab ipsis scire quisnam sit iste lat. Vnde Calvini spiritus, cuius asylatu eo sublimitatis euhentur, vt Scriptura doctrinam in Instructione ad ceu puerilem & humilem despiceremus. Nam si Christi spiritum esse uerius libertinos, respondent, per quam ridicula est eiusmodi securitas: siquid in Apostolos cap. 9. & 10. Christi, aliōsq; in prima Ecclesia fideles nō alio spiritu illuminatos fuisse, vt opinor, concedat. Atqui nullus eotū verbi Dei contemptū inde dicit, sed vnuſquisq; potius maiore reverentia imbutus fuit, quē admodum eotū scripta luculentissimè testatur. Et sanè sic per os Isaiae praedictū fuerat. Neq; enim vbi dicit, [Spiritus meus qui in te est & verba quę posui in ore tuo, nō discedent ab ore tuo, neq; ab ore seminis tui in perpetuū] veterem populu exterrit doctrinæ astringit ac si clementarius esset: quin potius veram hanc & plenari sub Christi regno felicitatem nouit Eccl̄ix

clesiæ fore docet, ut nō minus voce Dei quām Spīitu regatur: vnde colligimus, nefando sacrilegio diuelli ab istis nebulonibus quæ inuiolabili nexu Propheta coniunxit. Huc adde quod Paulus in tertium vsque cœlum raptus, non deslitus tamen proficeret in doctrina Legis & Prophetatum: hecū & Timo h̄ u· singulatis præstanti⁹ i doctorem hortatur vt 1.Tim.4.13. lectioni attendat. Ac memoratu dignum est elogium illud quo Scripturam ornat, vt ille esse ad docendum, monendum, arguendum, quò perfecte redditur seru⁹ Dei. Quim diaboli furoris est caducum vel temporalem Scripturæ vsum fingere, que ad ultimam vsque metam filios Dei deduci? Deinde & hoc mihi responderi ab ipsis velim, an aliū hauserint spir. tu ab eo quem d. scipulis suis Dominus promittebat. Tametsi extrema insanita vexantur, non tamen consta. tanta vertigine puto raptari vt id iactare aū sint. Qualem autem fore promitendo denūtiabat nempe qui non à seipso loqueretur, sed suggereret eorum animis & instilla⁹ ret qu e ipse per verbum tradidisset Non ergo promissi nobis Spīitus officium est, nouas & inauditas reuelationes consingere, aut nouum doctrinæ genus procudere, quo à recepta Euangeli⁹ doctrina abducantur: sed illam ipsius, quæ per Euangeli⁹ commendatur, doctrinam mētibus nostris obsignare.

2 Vnde facile intelligimus, Scripturæ & lectioni & auscultationi esse studiōe incumbendum. siquem à Spīitu Dei vsum ac fructum percipere i ber (sicuieriam laudat Petrus eorum studium, qui attenti sunt ad Propheticam doctrinā, qu e tamen videri poterat loco cessisse post exortum Euangeli⁹ lucem) contrà verò, si quis spīitus, præterita verbi Dei sapientia, aliam doctrinam nobis ingerit, eum meritò vanitatis ac menda ejus suspectum esse debere. Quid enim? quum se Satan in Angelum lucis transfigueret, quam authoritatē habebit apud nos Spīitus, nisi certissima nota discernatur? Et sanè perspicue⁹ nobis designatus est voce dominica: nisi qui i sponte in suum exitium errare affectant miseri isti, dum Spīritum à seipso potius quām ab ipso querunt. At verò indignum esse causantur, Spīritum Dei, cui subiicienda sunt omnia, Scripturæ subiacere. Quasi verò sit hoc ignominiosum Spīritui sancto, sibi esse vbique patrem & conformem, ubi pet omnia constare, nusquam variare. Equidem si ad humanam, vel angelicam, vel alienam quāvis regulam exigenter, censendus tum esset, in ordinem, adde eti⁹ in si placet, in seruitutem redigi: sed dum sibi ipsi comparatur, dum in seipso consideratur, quis ideo dicet interrogari ei in iuriam? Atqui ita ad exūmen reuocatur, fateor: sed quo saepius apud nos maiestatem sancti volu. t. Nobis abunde eis debet, simul atque se nobis insinuat. Verū ne sub titulo suo Satani spīritus obcepit, in sua imagine quam Scripturis impressit, vult à nobis recognosci. Scripturarum author est: vauius dissimilis que esse nou potest. Quilem igitur se illic seinel pro. lidit, talis perpetuo mane t, oportet. Hoc contumel osum illi non est: nisi forte honorificum ducamus à seipso desciscere & degenerare.

*Refutatio obiectio⁹
nis ab ipsis allata⁹,
Indignum esse, Spī-
ritum Dei, cui sub-
iicienda sunt omnia,
Scripturæ subi-
acere.*

Act. 10.25. cultu, diuini honoris profanationem fecum trahit: Idem & i. Cornelio videre hec. Neque enim tam male prosecerat in pietate, quin sursum in cultum vni Deo tribueret. Quod ergo se coram Petro prodernit, non facit certe hoc animo ut cum adoret loco Dei: fuerit tamen Petrus ne hoc faciat, prohibet. Cur, nisi prius nquam tam articulatè homines inter Dei & creaturarum cultum discernunt, quin promiscue transferant ad creaturam quod erat Dei proprium? Proinde si volumus vnum Deum habete, meminerimus de tritulum quidem ex eius gloria delibandum, quin

Zach. 14.9. retineat quod sibi proprium est. Itaque Zacharias, vbi de Ecclesiis reparacione conciona: ur, distinxit exprimit non modo unam fore Deum, sed unum quoque fore eius nomen: nequid scilicet cum idolis commune habeat. Qualem vero cultum exigat Deus, ilibi suo ordine videt i. ut. Nem Lege sua voluit prescribere hominibus quid fas sit ac nefas, & ideo ad certam normam eos strigere, ne quisque sibi permetteret cultu quenlibet comminisci. Sed quia non expedit multa in seundo operari: lectores, patrem illam nondum attingo: hoc tenere sufficit, quecumque pietatis officia aliò transferuntur quam ad unicum Deum, sacrificio nota carere. Ac primùm quidem supersticio diuinos honores vel Soli & alias stellis, vel idolis affinxit: deinde sequita est arbitrio, quod mortales Dei spoliis ornando, quae quid sacrum erat profanare aula est. Et quoniam stabat principium illud colere summum numen. Genius tamen, dicitur, minoribus, aut heroi bus mortuis promiscue sacrificia offere vnu receperunt. Adeò in hoc vicium procul us est Iaphus, ut quod sibi vni secundè vendicat Deus, communicetur cum magna turba.

Vnicam Dei existiam ab ipsis creatione traditam Scripturis, que tres in se personas continet.

CAP. XIII.

**Scriptura traditam
Dei existitum in
vulgo & in confusione.**

Quoniam de immensa & spirituali Dei essentia traditur in Scripturis, non modò ad euertendam vulgi delitum, sed etiam ad fidandas proficiens Philosophia argutis valere debet. Scitè sibi unius ex Veteribus rituale, non ratione dicente yesus est. Denique esse quicquid videmus, & quicquid non videmus.

Augst

Atqui hoc modo in singulas mundi partes diuinitatē trans fusam esse *rulgi deliria*, sed finxit. Etsi autem Deus, vt nos in solitudo contineat, parcē de sua essentia propheta *oligia* dicitur differit, duobus tamen illis, quæ, dixi epithetis tam crassas imagina- *lōgīphīa argūtū* tiones tollit, quām repūnit humanae mentis audaciam. Nam certe eius iterum Manichæus immenſitatem terrete nos debet, ne eum sensu nostro metiri tentemus: Spi- *errōrem de deo vel* ritualis verò natura quicquam de eo teneat, aut carnale speculati ve *principis & An-* tūt. Et Eodem percutet quod Sapiens domiciliū sibi in cœlo assignat. Etsi ethiopimorphatus nimirum, vt est incomprehensibilis, terram quoq; ipsam implet: quia tamen de Deo corpore re- mentes nostras pro sua tarditate subsidere in terra videt, merito, vt puerit, gruiem & inertiam exutiat suptā mundum nos attollit. Atq; hinc con- cedit Manichæorum error, qui duo principia statuendo, diabolum fecerunt Deo patrem fecerunt. Certè hoc fuit & Dei unitatem abrumpere, & restringere imminens. Nam quod abuti testimonis quibusdam ausi sunt, urpis infirmitate suit: sicuti ipse error execrabilis insanie. Anthropo- morphitus etiam, qui Deum corporeum ex eo sunt imaginari, quod os, aures, oculos, manus, & pedes Scriptura. Illi sepe ascribit, facile refutatur. Quis enim vel patrum ingeniosus non intelligit Deum ita nobiscum, cœu nutrices solent cum infantibus, quodammodo balbutire? Proinde tales loquendi formæ non tam ad liquidum exprimit qualis sit Deus, quām eius notitiæ in tenore nostre accommodant: quod ut fiat, longe infra eius altitudinem descendere necesse est.

2. Sed alia quoque speciali nota qua propius possit dignosci, se desi- gnat. Nam ita se prefigat vnicum est, vt distincte in tribus personis con- siderandum proponat, quas nisi tenemus, nudum & inane duntaxat Dei nomen sine vero Deo in cerebro nostro volitat. Tertio nequis tripli- cem Deum somniet, aut putet tribus personis licerari simplicem Dei essentiam querenda hic nobiserit: brevis & facilis definitio quod nos ab omni errore expediat. Ceterum quia vocem personæ od os exigitant nonnulli quali humanitas inventam, qua equa & id faciant, prius vi- dendum. Filium Dei Apostoli charactem hypostaseos Patris nomi- nans, haud dubie aliquam Patris subiectum assignat in qua distinetur à Filio. Nam pro essentiā in accipere (sicuti fecerunt & euidam interpetes, ac si Christus, yclat sigillo impressum cera, Patris in se substantiam representaret) non durum medo, sed absurdum quoque est. Nam quoniam sim- plix & inuidetur in essentia Dei, qui totam in se continet, neque por- tionē aut defluxu, sed integra perfectione, in proprietate inēpte dicetur eius char. Aer. Sed quia Pater, quanvis sea proprieitate distinctus, se totum in Filio explicit, optima ratione dicitur inā hypostasin reddi: ita in eo conspicuum. Cui apte convenit quod inox adoitur, esse splen- dum gloriam. Cetero ex Apostoli verbis colligimus propter eum in Patre hypostasin quā in Filio resulget. Unde enim tuus faciliter elicetur Filius hypostasis, quæ cum à Patre & flingua: Ia. ē in Spiritu sancto ratio: quia & Deum esse statim probabimus, & tamen alioquin a latere censeret necesse est. Ita portio distinetur non est essentia, quām nefas est dicere multipli- cem. Ergo si fidem obtinet Apostoli testimonium, sequitur tres in Deo esse hypostases. Idem quoniam expresserunt Latinus Personæ vocē, ni- mij latitudine quæcumque perciecūt, ut de re clara iuxati. Si verbum de verbo transferre libet, tunc substantia dicitur. Multi eodem sensu substanciam dixerunt. Nec verò solis Larinianis in vsu fuit Personæ nomen, sed Graci finitier, forte testandi consensu causa, docuerunt tria *προσωπα* in Deo esse. Qui tamen siue Graeci siue Latini verbo inter se differentur: probè consentiunt in rei summa.

3. Nunc vt de persona oblatrent heretici, vel quidam nimis morosi *Potentius* & co- abiltepani se non admittere hominū arbitrio confitum nomen, quem *Poynter* nominat.

hac materia dam nobis excusare non possint tres dici, quorum quisque insolidum sit Deus, nant & rejiciunt nec tamen plures esse deos: quemam est ista improbitas improbitate ver propter nonitatem. ba que noui aliud explicavit quam quod Scripturis testatum consignatumq; est? Satius foret, inquit, non modo sensa nostra, sed verba eti un intra Scriptura fines cōtinete, quam exoticas voces spargere quae e dissen tionum ac iurgiorum seminaria futura sint. Sic enim languet circa verborum pugna: sic veritas altercando amittitur: sic charia oboe ti xando dissoluitur. Si verbum exoticum appellat quod tandem syllabis cōpositum in Scriptura ostendi non possit, ini quam sane legem nobis imponunt, qua damnatur omnis interpretatio que Scriptura contextu non consarcinatur. Sin exoticum illud est quod curie exegi cum superflitiose defenditur, quod ad contentionem magis quam ad ex dilicationem valer, quod vel importunè vel nullo fructu usurpat, quod sua asperitate prius aures offendit, quod à verbi Dei simplicitate abstrahit: eorum sobrietatem toto animo amplectit. non enim minori religione de Deo nobis loquendum quam cogitandum sentio: quando & quicquid de eo à nobis cogitamus, stultum est, & quicquid loquamur, insulsum. Est autem modus aliquis seruandus: petenda certa ex Scripturis & cogitandi & loquendi regula, ad quam & mentis cogitationes omnes & oris verba exigantur. Sed quid vetat quo minus quae cōpria nostro perplexa in Scripturis impediāque sunt, ea verbis planioribus exemplem, quae tamen religiosa & fideliter ipsius Scripturæ veritati sequiant, & parcem modesteq; nececcita occasionē usurpentur? cuius rei non defunt satis multa exempla. Quid autem, vbi Ecclesiastim summa necessitate virgeri ad usurpandas Trinitatis & Personarum voces cōprobatum fuerit, quis verborum nouitatem tum reprehendar, nonne meritò iudicetur lucem veritatis indignè ferre, ut qui tantum hoc reprehendant, veritatem planam ac dilucidam reddi?

4. Huiusmodi autem verborum nouitas (si ita appellanda est) tum potissimum vbi venit dum aduersus calumniatores afferenda est veritas, qui tergiuerando ipsam eludunt: quod hodie plus saepe exprimitur, quibus plurimum est negotiū in expugnandis pure sanæque doctrinæ hostibus: adeo obliquo & volubili flexu lubitici isti angues effugiant, *Voces quas dñi nr̄i* nisi fortiter premantur, & deprehensivæ regeantur. Sic veteris variis præmis excoxitare eorum uorum dogmatum certaminibus exagitati, quid sentit et coacti sunt exenti sunt, sciri docebant quæcquisa perspicuitate edisserentur: ne obliqua subterfugia impis relinqueret, ad affrendantur, quibus verborum inuolueret errorum etant latebant. Atius fatebatur veritatem conservari Christum Deum, & Filium Dei, quia eidem cibis oraculis reluctari tra rafra quæsdam non poterat, & quasi probè defunctus consensum aliquem cum aliis si homines quæcquisi mulabat. At interim non desinebat iactare Christum creatum esse, & interservire ipsam initium habuisse, ut reliquias creatureas. Quod flexilem hominis vestimenta latebant: si contra tiem è latebris extraherent veteres, vlt̄a progressi sunt, Christum pro Arianis nomine cibis nuntiantes aeternum atri Filium, Patrique consubstantiam: Ilici cibis, contra saepe effebuit impietas, dum nomine cibos pessime odire & execrari Abellium, præputiani cœperunt. Quod si principio confessi essent synecidè & exanimis vel personarum Deum, non inficiari essent Patri esse consubstantiam. Quis probos illos triū. *Vnde s̄l. 16.* viros inseparati audiat quasi rixatores & cōtentiosos, quod ob voculam

vnam tanto disceptandi seruore incaluerint, & Ecclesia quietem turbaverint? At vocula illa distinguunt inter pures fidei Christianos & facti legos Arianos. Surrexit postea Sabellius, qui Patis, Filij, & Spiritus sancti nomina ferre pro nihilo duebat non distinctionis alius cuius causa posita esse disputans, sed diuisa esse Dei attributa, cuiusmodi plurima habentur. Si in certam ventum esset farebat se credere Patrem Deum, Filium Deum, Spiritum Deum: sed postea elabi promptus etat, nihil se aliud

aliud dixisse quām si Deum fortē, & iustum & sapientē vocasset. Itaq;
recinebat aliam cantilenam, Patrem esse Filium, & Sp̄ritū sanctū esse
Patrem, nullo ordine, nulla distinctione. Probi doctores, quibus tū pie-
tas cordi erat ut hominis improbitatem strangerent, reclamabant verē
agnoscendas esse in Deo vno tres proprietates. Atque ut se contrator-
tuosas versutias aperta simpliciōe veritate munitent, affirmarunt verē
in vno Deo subsistere, seu (quod idem erat) in Dei unitate subsistere per-
sonarum Trinit. item.

5 Si ergo temerē non sunt inuenta nomina, cauendum est ne ea re-
pudiādo superbe temeritatis arguantur. Utinam quidem sepulta essent,
constaret modū hęc inter omnes fides, Patrem, & Filium, & Sp̄ritū esse
vnum Deum: nec tamen aut Filium esse Patrem, aut Spiritum Filium,
sed proprietate quada n̄ esse distinctas. Neque verò tam præcisa sum au-
stertate, vt eb̄ nudas voculas digladiati sustine. m. Animi. id uerto enim
veteres, multa alioqui religione de his rebus loquētes, nec inter se, nec
singulos etiam secum vbiique consentire. Quas enim Hilarius formu-
las à Concilis usurpatas excusat? Quò licentia interdum proflit Augu-
stinius? Quām absimiles sunt Gr̄eci Latinis? Sed huius variationis exem-
plum vnam sufficiat. Nomen ἵππου τούτου quum reddere Latini vellent, tūs in vsu vocū,
dixerant Consumentialem, vnam esse Patris & Filij substantiam indi-
cantes, atque ita substantiam usurpantes pro Essentia. Vnde & Hiero-
nymus ad Damasum, sacrilegium esse dicit, tres in Deo substantias præ-
dicare. Atqui plus centies apud Hilarium reperties, tres esse in Deo sub-
stantias. In vocabulo autem Hypostaseos quām perplexus est Hierony-
mus! Ven. num enim subesse suspicatur, quum nominantur etes in Deo
hypostaseis. Et si quis pio sensu hic voce vtatur, impropiam tamen lo-
quitionem esse non dissimulat, si tamen sincerè ita loquuntur, ac non
potius quos oderat Episcopos orientis, sciens ac volens grauare studue-
rit iniusta calumnia. Certe hoc parum īgenue afferit, in omnibus pro-
phanis scholis οὐσίαν nihil aliud esse quām hypostasin, quod ex co-
muni tritōque vsu paſſim refellitur. Modestior & humanior Augusti-
nus, qui etsi nomen hypostaseos in hoc sensu Latinis auribus nouū esse
dicit: adeò tamen Gr̄ecis suam loquendi consuetudinem non eripit, vt
Latinos etiam qui phrasin Gr̄ecam imitati fuerant, placide toleret. Et
quod etiam à Socrate de ipsi scribitur libro sexto Historię tripartitę, eō
tendit, quasi ab imperiis hominibus sit perpetram ad hęc tem accom-
modat. Quia idem Hilarius magno crimini ducit hereticis, quod eo.
rum improbitate cogitat subiecte pericula humani eloquij quāmen-
tium religione contineri oportuerat, non dissimularis quin id sit agere
illicta, ineffabilia loquor, inconcessa presumere. Paulò post multis ad-
huc excusat quod audet præferre noua nomina. Nam vbi posuit nō torē
nomina, Patrem, Filium, & Sp̄ritum: subiectit, extra significantiam ser-
monis esse, extra sensus intentionem, extra intelligentia cōceptionem,
quicquid vltra queritur. Ac alibi fœlices Gallie Episcopos prædicat, qui
aliām nec excusissent, nec receperint, nec omnino nouissent cōfessionem,
quām veterem illam & simplicissimam quā ab ætate Apostolorum
apud omnes Ecclesiastas recepta fuerat. Nec absimilis est Augustini
excusatio, necessitate extortam fuisse hanc vocem propter humani elo-
quij in re tanta inopium, non vt exprimeretur quod est sed ne tacretur
quomodo tres sint, Pater, Filius, & Sp̄ritus. Atque hęc sanctotum vir-
orum modestia monite nos debet, ne tam seuerē velut censorio stylo
protinus notemus eos qui in verba à nob̄is concepta iutare nō intimo-
dū ne aut faſta, aut proterui, aut malitioso astu id faciant: sed expendat
ipſi vicissim quanta necessitate adacti sic iocuamur, vt paulatim virili

De Hieronymi Hi-
larij & Augu-
stini dicens senten-
tias in vsu vocū,
Essentia, Substan-
tia Hypostaseos &
ceteras.

lib. 5. de trinit. ca.
8, c. 9.

lib. 2. de trinit.

de cunctis lib.

loquendi formæ tandem assuefiant. Cauere etiam discant, ne, vbi occur-
rendum est ex vna parte Ariianis, ex altera Sabellianis, iuri vir sacerdoti ter-
giuersandi anam præcidi stomachantur, nonnulli cum suspicione in-
iciant vel Arrii confessos discipulos, vel Sabellii. Dicit Arius Christum es-
se Deum: sed iniustitiam factum esse & initium habuisse. Dicit vnum, cum
Patre: sed enim in suorum aures insuffrat, vniuersum esse ut ceteros nulli, les,
quanquam singulari prærogatiua. Dic consubstantialem: deit. xxi. & vee-
sippi latuam, & tamen nihil addis Scripturis. Dicit Sabellius Patrem,
Filium, & Spiritum nihil in Deo distinctum sonare. Dic tres esse, voca-
ferabitur te nominare tres deos. Dic in vna Dei essentia personat Tri-
nitatem: dixeris uno verbo quod Scriptura loquuntur, & inane in loqua-
citatem compresceris. Porro si quos tam anxia constringit superstitio
ut hæc nomina non ferant: nemotamen iam, vel si rumpatur, inficiat
poterit, quum vnum audimus, intelligendam esse substantię vniatem:
quum tres audimus in vna essentia, personas notati in hac Trinitate.
Quo non fraudulenter confiso, verba nihil moramur. Sed expeditus pri-
dein sum. & quidem sepius, quicunque de verbis pertinaciis ligant, fo-
uere occultum virtus: ut magis expediat eos vltro prouocare, quam in
eorum graziam obscurius loqui.

Quid personam ro- 6. Cæterum omisla de vocibus disputatione, jam de re ipsa dicere ag-
eret, cum de tri-
greditur. Personam igitur voco substantiam in Dei essentia, quæ ad alios
intitatedifficitur, & relata, proprietate incommunicabili distinguitur. Substantia nomine
de errore Ser-
jul quiddam intelligi volumus quam essentiam. Si enim Sermo fini-
niti in acceptione pliciter esset Deus, interea non haberet aliquid proprium, perperam di-
minus vocis sic, 22. xix. Iohannes faisse semper apud Deum. Vbi continuo post addit, Deum
Iohann. 1. 1.

quoque fuisse ipsum Sermonem, ad vnicam essentiam nos reuocat. Sed
quia apud Deum esse non potuit quin consideret in Patre, hinc emergit illa
substantia, quæ est in dividuo nexu cum essentiæ coniuncta est, nec po-
test separari, specialem tamè habet notam quæ ab ipsa distinguatur. Nam
ex istis substantiis vnaquamque dico ad alias relatas proprietates di-
stingui. Relatio hæc diseitate exprimitur: quia vbi simplex sit Dei mentio
& inde infinita, non minus ad Filium & Sp. ritum pertinet nomen hoc
quam ad Patrem. Simul autem atque Patet cum filio consertur, sua quenq;
proprietas ab altero discernit. Tertiò quicquid singulis proprium esse, in-
communicabile esse affero, quia in Filium cōpetere vel transfigeri non po-
test quicquid ad notam discretions tribuitur Parti. Neq; verò mihi disipli-
cet Tertullianus, finito, modò dextre sumat: scilicet quandam in Deo di-
spositionem vel econsumiam, quæ de essentiæ vnitate nihil metet.

Filius Dei est proba- 7. Filius quam tamen longius progediar, probanda erit & Filius & spi-
ritus, qui Patris res-
titutus sancti deitas: deinde, ut inter se differant, videbimus. Certe quæ Dei
bonum & sapientia
verbum nobis proponitur in Scriptura, abs. id summum fuerit imaginari
& dictum est. fluxum duntaxat et evanidam vocem, quæ in aetatem emula prodeat ex-
tra ipsum Deum: cuiusmodi & oracula Patribus edita, & prophetæ o-
mines fuerunt: quin perierua magis Sapientia indicetur apud Deum re-
sidens, unde & oracula & prophetæ omnes prodierunt. Non enim ini-
nus (vnde Petrus) loquuntur sunt spiritu Christi veteres Prophetæ quoniam Apo-
stoli, & quicunque postea ecclæsiem doctrinam administravit. Quia
vero nondum maniflatus erat Christus, necesse est sermonem inteligi
ante secunda ex parte genitum. Quod si Sermonis sunt ille Spiritus,
cuius origina fuerunt Prophetæ, in lude colligimus verum fuisse Deum.
Atque hoc in modi creatione latè claram docet Moses, sermonem illum
inter medium statuens. Cui enim differt narrat Deum singulis operi-
bus creandis dixisse, fiat hoc vel illud, nisi ut imperuestigabilis Dei glo-
ria in imagine sua reducat? Naturess & gaudulis hoc eludere promptum
est,

1. Pet. 1. 11.

Heb. 1. 2.

esset, vocem accipi pro iussu & imperio. sed meliores interpres Apo-
stoli, qui tradunt per Filium secula esse condita, & portare omnia po-
tentia sua verbo. Hic enim videmus verbum pro nutu vel mandato Fi-
lii jace p*ro*, qui ipse aeternus & eternalis est Patis Sermo. Nec vero sanis *Proph. g. 22.*
& modestus obscurum est quod dicit Silomon, vbi sapientiam inducit a
Deo ante secula genitam, & terii creationi & cunctis Dei operibus pre-
fisi letem. Nam temporium quandam Dei nutum fingere, stultum ac
fridolum esset; quia tunc exercere voluit Deus sicum aeternumq; suum
consilium, atq; etiam aliud occultius. Quod etiam spectat dictum illud *Iohann. 5. 17.*
Christi, Pa. et meus & ego v*s*p; ad hunc diem operaruntur. Se enim a pri-
mo manu exordio a*pro*luum in opere cum Patre fuisse affirmans, aper-
tus explicat quod brevius attigerat Moses. Sic ergo Deum fuisse loquu-
tum colligimus ut Sermoni in agendo sue essent partes, atq; ita vtriusq;
combinans esset operatio. Multo autem omnium clarissime Ioannes, *Iohann. 1. 5.*
quam Sermonem illum qui ab initio Deus apud Deum erat, rerum o-
minum causam simul cum Deo Patre statuit. Nam & solidam permane-
tenter; Verbo attribuit essentiam, & aliquid peculiare assignat, & di-
lucide ostendit quomodo Deus loquendo mundi fuit creator. Ergo
vt omnes diuini us profecte reuelationes verbi Dei titulo nomine insigniu-
tur, ita verbum illud substantiale summo gradu locare conuenit, ora-
culturum omnium scaturiginem, quod nulli varietati obnoxium, perpe-
tuu*rum* idemque minet apud Deum, & Deus ipse est.

8. Hic obltre, sunt nonnulli canes, qui quum suam illi divinitatem pa-
lida erat, non auctoritate etiam suffurantur. Dicunt enim, tum *Contra quos filios ca-*
deum in sermonem esse capilli, quia Deus in mundi creatione factum
suum aperuit. Sed nimis inconsideratae substantiae Dei nouationem *nes qui aeternitate*
quidam attulere ei ceperunt. Ab existentia operis ipsius (quale est quod coeli
& terrae Creator vocatur) ita nullo nomen agnoscit pietas vel admittit,
quod Deo aliquid nouum in seipso accidisse significet. Nam siquid fuisse
ad identitatem, concideret illud Iacobi, manare defutum omne donum *Filius Dei clavis*
perfectum, & descendere a Patre lumen, apud quem non est translu-
tatio, vel conuentionis obumbratio. Nihil ergo minus fetendum quam
principium fingere illius Sermonis qui & Deus semper fuit, & postea mun-
di opifex. Sed argute scilicet rotiocinantur, Mosen narrando Deum esse
primum loquuntur, simul innueat nullum antea in ipso fuisse Sermonem
quo nihil magis est negatorium. Neque enim quia manifestari ali-
quid certo tempore incipit, colligendum propterea etat, namquam prius
fuisse. Ego vero longe secus cœclido, quum in ipso momento quo dixit
Deus, Fiat lux, Sermonis virtus emergetur & extaret, ipsam multò ante
fuisse. Quoniam dum autem si quis inquiet, nullum exordium teperiet,
Neque enim certum temporis spatium terminum it quum dicit ipse, Pater
illius a filium gloria quam apud te initio possedi, antequam iaceretur
mundi fundamenta. Neque hoc præterit Iohannes: quia antequam ad
mundi creationem descendat, principio Sermonem apud Deum fuisse
dicit. Constitutus ergo rursum, Sermonem extra temporis initium
Deo conceptum, apud ipsum in perpetuo reteatifici, unde & aeternitas, & ve-
ra effictio, & diuinitas eius comprobatur.

9. Esi autem Mediatoris personam nondum attingo, sed differto *Maria refutacionis*
v*s*p; in eum locum vbi de redemptione agetur: quia tamen sine contro-
Scriptura inter omnes confundare debet, Christum esse illum Sermonem carnis *Scriptura que Dei*
indutum, hoc optime coaercent quaecumque deiratem Christo allertut te-
timonia. Quam dicitur Psalmus 45. Solum tuum (Deus) in seculum & *tamen Christi alle-*
v*erum*: *perpetuum et* *vetus testamentum*. V*erum* p*ro*terius, manifestatur *et* *dei*, non enim Elohim copetere ei ipsi in Angelos & *Vnde fidel. 10.*

- summam potestate. Atque nusquam extat similis in Scriptura locus, qui thronum eternum creaturæ erigat. Neque enim si expliciter Deus vocatur, sed eternus quoque Dominat. Deinde nemini defitur hic titulus, nisi cum adiectione, qualiter Moses forte dicitur Pharaoni in Deum. Alij in genitivo casu legunt, quod nimis insipidum est. Fatoe quidem sepe dominum vocati quod singulat præstantia eximium est; sed ex contextu facti huius durum illud esse & coactum, imo ne quaquam quare. Verum si non cedat eorum pericula, certe non obscurè à Iesaiâ idem Christus induetur & Deus, & summa potentia ornatus, quod unius Dei proprium est. Hoc est, inquit, nomen quo vocabunt eum, Deus fortis, Pater futuri seculi, &c. Oblitrant hic quoque Iudei, & sic lectionem inueniunt. Hoc est nomen quo vocabit eum Deus fortis, Pater tu uir, &c. ut hoc dunt a taxat Filio reliquum faciant, Principem vocati pacis. Sed quod sum tot epitheta in Deum Patrem hoc loco congregarent, quū prophete consilium sit Christū insignibus notis, quae fidem in eo nostram edificent, ostendere? Quare dubium non est quin eadem ratione Deus fortis nunc vocetur, qua paulo ante Immanuel. Nihil autem dilucidius Ieremiæ loco quæsi potest, hoc forte nomen quo vocabitur gerumen Davidis. Iehouah iustitia nostra. Nam quoniam doceant ipsi Iudei vobis alia Dei nomina nihil quam epitheta esse, hoc solum quod ineffabile dicunt, esse substantium ad exprimendam eius sentiam: colligimus Filium unicum esse Deum & eternum, qui alibi pronuntiat gloriam suam non daturum alteri. Latebras quidem hic capiant, quia & altari à se exituero nomen illud imposuerit Moses, & Ezechiel cuius tati nouæ Ierusalem. Sed quis nō videt altare extus in monumentum, quod Deus sit exaltatio Mosis? nec Hierosolymam insigniri Dei nomine, nisi ad extandam Dei præsentiam? Sic enim Propheta loquitur, Nomen ciuitatis ex illi die Iehouah ibi. Moses verò in hunc modum, Edificauit altare, & vocauit eius nomen, Iehouah exaltatio mea. Sed manus scilicet certamen restat ex alio Ieremiæ loco, ubi hoc ipsum elogium ad Ierusalem referit his verbis. Hoc est nomen quo vocabunt eam, Iehouah iustitia nostra. At quia tantum absit quin hoc sit monum officia veritatis quæ defendimus, ut magis sufficiatur. Quoniam enim antea Christum esse verum Iehouah testatus esset, unde fluit iustitia, nique pronuntiat, Ecclesiast D: i hoc via sensuam, ut domine ipso gloriari queat. Itaque priore loco fons & causa iustitia ponitur: deinde additum effectus.
10. Quod si non satisfaciunt haec Iudei, tam frequenter Iehouam statui in Angelis persona, non video quibuscauillis eludatur. Angelus apparuisse sanctis Patribus dies ut Idem sibi nomen eternum Dei vendicat. Si excipiat qui spiam, personam quæ in sustinente respectu hoc dici, minime ita solent nodus. Nonque enim servus, sacrificium offerit sibi permittens, suum Deo honorem etiperet. Atque Angelus panem te manducaturum negans, subiecto sacrificium Iehouæ. Deinde vero se illum Iehouam esse te ipsa probat. Itaque Mannah & eius vox ex hoc signo non Angelum modò, sed Deum se vidili: colligunt Vnde vox illa, M: niemur quia Deum vidimus. Dum vero responderet uxor Si voloisset nos occidere Iehouah, non suscepisset: eniam nostra sacrificium: certe Dei daretur qui Angelus auctor dicitur est. Adde quod ipsa Angelus responsio dubitationem tollit, cui de nomine in quo interrogatur, quod est mirabile? Quo magis deterrabilis fuit Serue: i: impertis, dum aletum Deum non quam patræ facte Abrahæ & ab his Patribus, sed eius loco adoratum fuit Angelum. Recite autem & prudenter orthodoxi Ecclesiæ Doctores sermonem Dei esse interpretationi sunt principem illum Angelum, qui iam runc proletrio quodam fungi coepit Mediatoris officio. Et si enim nondum

dum erat carne vestitus, descendit tamen quasi intermedius, ut familia-
rius ad fidèles accederet. Proprio igitur communicatio dedit ei Angeli
nomen: interea quod suum erat, retinuit, ut Deus esset ineffabilis glo-
ria. Idem sibi vult Ose is, qui post quam recensuit luctam Iacob cū An- *Ose.e.14.5.*
gelo, Iehouah, inquit, Deus exercituum, Iohouah, memoriale nomen e-
ius. Iterum oggannit Seruetus, Deum gestasse personam Angeli. Quis
verò non confirmet Propheta quod à Mose dictum fuerat, Ut quid in-
terrogas de nomine meo? Et confessio sancti Patriarche satis declarat *Gen.32.29.30.*
non fuisse creatum Angelum, sed in quo plen i deitas resideret, quum di-
cit, vidi Deum facie ad faciem. Hinc etiam illud Pauli, Christum fuisse *1.Cor.10.4.*
populi ducē in deserto: quia eti non dum aduenierat humilitationis tem-
pus, figuram tamen pre posuit: aeternus ille Sermo eius officij cui desti-
natus erat. Iam si absque contentione expenditur caput Zcharie secun-
dum, Angelus, qui autem Angelū mittit, idem mox pronuntiatur Deus
exercituum & ei summa potentia adscribitur. Innumerata testimonia o-
mitto in quibus tutò acquiescit fides nostra, quāvis Iudeos non admo-
dum moueant. Nam quā dicitur apud Isaram, Ecce Deus noster iste: *Isa.25.9.*
hic est Ichou ih: expectabimus eum & seruabit nos: oculatis patet mon-
strati Deum qui in salutem populi denū exurgit. Et emphaticè demon-
strationes his posuit: non alio siunt hoc trahi quā ad Christum. A-
pertior etiamnum & solidior locus Malachie, ubi venturum Dominam *Malach.3.1.*
torem, qui tunc experebatur, ad templum suum promittit. Certè nō nisi
vni summo Deo factum frui templum, quod tamen Propheta Christo
vendicat. Vnde sequitur eundem cīle Deum qui semper adoratus fuit at-
pud Iudeos.

II Nouum autem testamentum innumeris testimoniis scatet. Ideo *Testimonia ex Ha-*
danda est opera ut breuiter pericū feligamus pauca quā omnia con-
getamus. Quānus autem de eo loquuti sint Apostoli, ex quo iam exti-
no testamento, qui-
bus Filiū deitas pro-
batur.
Isa.8.14.
terat Mediator in carne: quicquid tamen adducam, probandæ eius &
terre dentati aptè conueniet. In primis istud est singulare animi induc-
tione dignū quod Apostoli, quæ de eterno Deo prædicta erant, in Christo
vel iam exhibita, vel oī in repræsentanda docent. Nam ubi Isayas *Rom.9.23.*
Dominum exercituum Iudeis & Israëlitis in petram scandali & lapidem
offensionis fore vaticinatur, id Paulus afferit in Christo esse im-
pletum. Dominum ergo illum exercituum Christum esse declarat. Simi-
liter alibi, Oportet, inquit, nos omnes scimel fisti ad tribunum Christi, Sciri
ptum est enim. Mihi flectetur omne genu, & omnis lingua iurabit mi-
hi, id quā apud Isam de se Deus prædicet, Christus te ipsa in se exhi-
beat: consequitur illum ipsum Deum esse cuius gloria traduci aliò non
potest. Quod etiam aī Ephesiō ex Psalmis citat, in Deum vnicē cōpete. *Ephes.4.8.*
re liquet, Ascendens in altum duxit captiuitatē: cum ascensionem e-
iusmodi adumbratam fuisse intelligens quā insigni aduersus exteris
gentes viatoris, potentiā suām exeruit Deus in Christo pleniū ex-
hibitan significat. Sic Iohannes gloriam Filii fuisse testatur, quæ *Ioh.19.1.14.*
per visionem reuelata fuit: quām tamen Propheta ipse Dei maiestatem *Isa.6.1.*
sibi visam scribat. Illa vero quæ Apostolus ad Hebreos in Filium con-
fert, non obscurum īst esse clarissima Dei elogia. Tu in principio, Do-
mine, fūdaisti cœlum & terram, &c. Item, Adorate eum omnes Angeli
eius. Neque tamen illis abutitur, quām ad Christum trahit. Siquidē quāc-
cunque in i salmis illis canuntur, solus ipse impletuit. Ille enim fuit qui
exurgens miserritus est Sionisile qui omnium gentium & insularum re-
gnūm sibi afferuit. Et cur dubitas: Iohannes Dei maiestatem ad Chri-
stum referre, qui p̄fatus fuerat, verbum semper fuisse Deum? Quid for 2. Cor.1.12:
midasset Paulus Christum in Dei tribunali collocare, tam aperto p̄x-
d.j.

- Rom. 9.5.** conjo eius diuinitatem ante prosequutus, vbi dixerat esse Deum in secula benedictum? Atque ut appareat quām sibi bene in hac parte cōsentiat, alibi etiam Deum in carne manifestatum esse scribit. Si Deus est in secula laudandus, ille est igitur cui soli omnē gloriā & honoreni debet, alio loco idem affirmat. Neq; verò id dissimulat: quin palam clamat, Quām in fortia Dei esset, non fuisse ductum repente loco si aqualem Deo se p̄ebuisset: sed vltro scipsum exinanivisse. Ac ne factum quempiam Deum esse impij obliterarent, vltro progreditur Iohannes: **I. Iohann. 5.20.** Ipse, inquit, est verus Deus, & vita æterna. Quanquam satis super nos est debet, Deum nominari: p̄fessum ab eo teste qui diserte nobis non plures esse deos assuerat, sed unum. Ille autem Paulus est, qui sic loquitur, Vt cunque multi nominentur di, siue in celo, siue in terra: nobis tamen unus est Deus, ex quo omnia. Ex eodem ore quam audiamus **A. 1. 20. 28.** Deum in carne manifestatum, Deum suo sanguine acquisiuisse sibi Ecclesiā: quid tecundum Deum imaginatur, quem illi nequaquā agno scit? Et minimē dubium est quin idea p̄is omnibus fuerit sensus. Thomas certe similiter Dominū & Deum suum apertè p̄adicando, vñicum illum esse Deum proficit quem semper adorauerat.
- Filius probatur** 12. Iam si ab operibus eius diuinitatem centemus quā illi in Scripturis adscribuntur, euidentius inde adhuc elucescet. Quām enim se ab initio vñacum Patre hactenus operati dicere, * Iudei ad alia eius dicta stupidissimi, senserunt tamen eum sibi diuinam potentiam usurpare. Ac propterea (vt Iohannes iefect) magis cum quaerant inter se, quod non sabbatum modò soluebat, sed & Patrem sibi diebat Deum, aequalē se faciens Deo. Quālis ergo erit stupor noster, nisi hinc eius diuinitatem plane astrui sentiamus? Etsanè prouidentia & virtute mundum administrare, nurūque proprie virtutis omnia moderari, (quod illi dat Apostolus) non est nisi Creatoris. Neque solam guberniū orbis prominam cum Patre participat, sed alia quoque singula officia, quā creaturis communicantur. Clamat Dominus per prophetam, Ego sum, ego sum, qui de leto iniuitates tuas propter me. Secundum hāc sententiam quam iniuriam interrogat Deo Iudei existimarent, eo quod peccata Christus remittebat, hanc potestatem sibi competeret nō tantum verbis alleruit, sed miraculo etiam comprobavit. Ergo peccatorum remissionis non ministerium, sed potestatem penes ipsum esse conspiciimus, quam à se ad alium transiit. Dominus negat. Quid haecas cordium cogitationes perconciari & penetrare, an nō solius Dei est? At eam quoque habuit Christus: vnde colligitur eius diuinitas.
- Filius deitas p̄batur** 13. In miraculis autem quām perspicue luculentē que appetat? Quibus est paria & similia tum Prophetas tum Apostolos edidisse fatetur: in hoc tamen plurimum est discriminis, quod in dona Dei suo ministerio dispensarunt, ille suam ipsius virtutem exertit. Vtus est quidem interdum preicatione, quā gloriā ad Patrem referret, sed videmus vt plurimum propriam eius virtutem nobis ostensam. Et quomodo non esset verus author miraculorum, qui dispensationē aliis sua autoritate committit? Nārāt enim Euangelista illum deditis Apostolis potestate mortuos suscandi, leprofoscendi, eiendi dāmones, &c. Illi autem sic iniuriero eiusmodi defuncti sunt, vt sauis ostenderent virtutem non alicunde esse quam à Christo. In nomine Iesu Christi (inquit Petrus) surge & ambula. Non mirum ergo si miracula sua obiecerit Christus, ad tenuendā fiduciam incredulitatem: vt pote quā virtute eius edita, amplissimum diuinitatis testimonium reddebat. Praterē si extra Deum nullus est falsus, nulla instituta, nulla vita Christus autem in se omnia concurrit, Deus certe ostenditur. Neque rābi quispiam oblicit, diffusam
- ex miraculis** &
alijs quibusdā: &
est. & c.
Act 3.6.
- Math. 9.4.**
- Math. 10.8.**
- Mar. 13.15.** &
6.7.
- Act 3.6.**
- Leb. 5.36.** &
10.37. & 14.

sam à Deo in ipsum vitam aut salutem: non enim salutem accepisse, sed ipse salus esse dicatur. Et si nemo bonus nisi solus Deus, quomodo esset *Matt. 19.17.* putus homo, non dico bonus ac iustus, sed ipsa bonitas & iustitia? Quid, *Iohann. 1.4.* quod à primo creationis exordio, teste Euangelista, in ipso vita erat: & ipse vita iam tum existens, etat lux honiūnum? Proinde talibus docu- *Iohann. 1.4.1.* mentis freti fidei in ipso nostrani & spem reponere audemus: quā scia- mustamen sacrilegū esse impietatem nū cuius si lucu in creaturis hę- treat. Creditis in Deum? inquit, & in me credite. Atq[ue] ita Paulus duos Isaie *Isa. 28.16, 17.18.* locos interpretatur, Quicunque sperat in eo, non pudebit. Item, Eccl ex 10. radice Iса qui consurgit ad regendos populos in ipso Gentes sperabūt. Et quid de ea te pluri Scripturae testimonia persequantur, quum toties *Rom. 10.15, & 15.* occurrit hęc sententia, Qui credit in me, habet vitam aeternam? Iam *12.* quā ex fide pendet in vocatio, illi etiam competit, quā tamen diuinæ ma- *Iob. 4.6.47.* ieistatis propria est, si quid aliud proprium habet. Dicit enim Propheta, Quicunque in te, ea erit nōmen Iehouah, saiuus erit. Alter verò, Turtur *Iob. 2.32.* fortissima nomen Iehouah: ad ipsam confugiet iustus, & seruabitur. Atqui in salutem inuocatur nomen Christi: sequitur ergo ipsum esse Iehouah. Porro in invocationis exemplum habemus in Stephano, quum di- *Pru. 18.10.* cit, Domine Iesu, suscipe spiritum meum: deinde in vniuersa Ecclesia, *Act. 7.59.* quē admodum Ananias testatur eodem libro, Domine, inquit, scis quan- *Act. 9.13.* ta hic intulerit mala sanctis omnib[us] qui inuocant nōmen tuum. Ac quod aperte intelligatur totam diuinitatis plenitudinem in Christo corporaliter habitare, facetur Apostolus nullam inter Corinthios aliam doct: in am prę se tulit. s[e]cundu[m] quām eius cognitionem, nec aliud quām ipsum prædicat se. Quale istud quæsto, & quantum est Filij duntaxat nōmen annuntiari nobis, quos Deus iubet in sui solius cognitione gloriati? Quis *Ierem. 9.23.* metam creaturā ipsam iactare ausit, cuius notitia vñica est nostra glo- riatio? Huc accedit quod salutationes Pauli epistolis præfixe eadem à filio precantur beneficia: quæ à Patre: quo docemur non modo illius intercessione ad nos peruenire que litigat celestis Pater, sed potentie communione Filii unius ipsum esse authorem. Quæ prædicta notitia certior hand dubiè solidiorque est qualibet otiosa speculatione. Illic enim pius animus Deum præsentissimum conspicit & pene attingat, ubi se vivificari, illuminari, setuari, iustificari, ac sanctificari sentit.

¹⁴ Quare iisdem etiam è fontibus præcipue ad deitatem Spiritus as- *Testimonia quibus* ferendam petenda est probatio. Et quidem minimè obscurum illud te- *probatur deitas* stimoniū Molis in creationi historiā, Spiritum Dei expansum fuisse *Spiritus,* super abyssos, vel materiam informem: quia ostendit non modo pul- *Gen. 1.2.* chitudinem mundi, juc nunc cœntur, vigore saluam *Spiritus* virtute: sed antequam accederet hic ornatus, iam tunc in fouenda illa confusa mole Spiritum fuisse operatum. Nullis etiam cauillis obnoxium est *Isa. 48.16.* quod dicitur apud Isaia, Et nūc Iehouah misit me & Spiritus eius: quia sumnum in mittendis Prophetis imperium cum Spiritu sancto com- *Sicut et Calvinus* municat, ex quo relucet diuina eius maiestas: sed optima, vt dixi, con- *Act. 20.28 illud,* firmatio nobis erit ex familiaritati vsu. Longè enim à creaturis alienum *Gregorius* *Dicit in qua* est quod illi Scripturae tribuunt: & nos ipsi certa pietatis experientia di- *cos Spiritus sanctus* scimus. Ille enim est qui vbiq[ue] te diffus omnia sustinet, vegetat & viui- *psuit Epiphyllos.* uiscat in celo & in terra. Iam hoc ipso creaturatum numero eximi- tur, quod nullis circumscribitur finibus. Sed suum in omnia vigorē trans- fundendo, essentiam, vitam, & motionē illis inspirare, id vero planè di- vinum est. Deinde si regeneratione in vitam incorruptibilem quavis pre- senti vegetatione superior est & multò excellentior, quid de eo cœendum est cuius ex virtute procedit? Iplsum autem non mutuatitio, sed proprio vi- gore regenerationis esse authorem Scriptura multis locis docet: neq[ue] d.ij.

I. Cor. 2.10. eius modò, sed future quoque immortalitatis. Deniq; in ipsum omnia
& 16. vt in Filium, conferuntur quæ maximè propria sunt Divinitatis officia.
I. Cor. 12.10. Siquidem etiam profunda Dei scrutatur, cui nullus est inter creaturas
Exod. 4.11. consiliarius, sapientiam & loquendi facultatem largitur: quin tamen
 Dominus Moli pronuntiet, id facere suum esse solius. Sic per ipsum in
 Dei participationem venimus, vt eius virtutē sentiamus erga nos quo-
 dammodo vitalificati, iustificatio nostra eius opus est, ab ipso est poten-
 tia, sanctificatione, veritas, gratia, & quicquid boni cogitari potest: quoniā
Cor. 12.11. unus est Spiritus, à quo profluit omne donorum genus. Nam digna in
& seq. primis nota est sententia illa Pauli, Quinvis diversa sint dona, & mul-
 tiplex variaq; distributio, eundem tamen esse Spiritum: quia ipsum non
 modò principium vel originem statuit, sed etiam auctorē, quod etiam
 clariū exprimitur paulo pōst his verbis, Omnia distribuit unus & idem
 Spiritus prout vult. Nisi enim esset aliquid in Deo subsistens, minime ei
 daretur arbitrium & voluntas. Clarissimè ergo Paulus Spiritum insignit
 diuina potentia, & in Deo hypostaticè residere demonstrat.

15. Nec verò quid de ipso Scriptura loquitur, à Dei appellatione ab-
Y. Cor. 3.16. stinet. Paulus enim nos eile templum Dei ex eo colligit, quia Spiritus e-
6.19. & 2. Co- ius habitat in nobis. Quod non est leviter prætereundum. siquidē quan-
inib. 6.16. toties promittat Deus te electum nos sibi in templum, non aliter im-
 pletur ea promissio quam eius Spiritu in nobis habitare. Certe, vt pre-
Aug. ad Ma- clare dicit Augustinus, si ex lignis & lapidibus templum Spiritui facere
ximnū Epif. iuberemur, qui cultus hic soli Deo debetur, clarū esset diuinitatis eius
66. argumentum: nunc ergo quanto clarius istud est, quod non templum il-
 li facere, sed nos ipsi esse debemus. Et Apostolus ipse nūc templum nos Dei
Ad. 5.4. esse, nunc Spiritus sancti eodem significatu scribit. Petrus verò Ananiam
 reprehendens quod Spiritui sancto mentitus esset, non hominibus me-
I. Ia. 6.9. titum esse dicebat, sed Deo. Atque vbi Isaías Dominum exercituum lo-
Act. 23. 25. quentem inducit, Paulus Spiritum sanctum esse docet, qui loquitur. Imò
26. quid passim dicant Prophetæ, verbis quæ proferunt, cīle Dei exercituum,
 Christus & Apostoli ad Spiritum sanctum referunt: vnde sequitur, verum
I. Ia. 63.10. esse Iehouah qui præcipuus est prophetarum auctor. Rursus vb: Deus
Matt. 12.31. se ad itam populi contumacia prouocatum conqueritur, pro eo Isaías
Mar. 3.29. Spiritum eius sanctum contristatum scribit. Postremò si blasphemia in
Luc. 12.10. Spiritum neq; in hoc seculo ne que in futuro remittitur, quoniam veniam
 obtineat qui in Filium blasphemauit, palam hinc affliritur diuina eius
 maiestas, quam lēdere vel immunuere, etiā nūn in expiabile est. Sciens ac
Psal. 33.6. volens supercedeo à multis testimonis quibus vni sunt veteres. Plausi-
 bilitate illis vnum est citare ex Davide, Veibo Domini cœli firmi sunt,
 & Spiritu oris eius omnis virtus eorum, vt probarent non minus Spiritus
 sancti opus esse mundum quam Filiū. Sed quoniam in Psalmis vñitatum
 sic bis idem repetere, & quoniam apud Isaiam Spiritus oris idem valeat at-
 que sermo, infirma illa ratio fuit. Itaque tantum patet attingere volui,
 quibus solidi uniterrent pietates.

Ephes. 4.5. 16. Quia aurem Christi aduentu clariū se patefecit Deus, ita etiam
Cogitadmodum. in tribus personis familiarius innotuit. Sed ex multis testimonis vnum
 Christi aduentu clara hoc nobis sufficiat. Nam Paulus hec tria sic connectit, Deum, fidem, &
 nos je patefecit Baptismum vt ab uno ad aliud ratiocinetur: népe quia una est filies, vt
 Deus autem etiā tunc inde vnum esse Deum demonstret: quia unus est Baptismus, inde quoq;
 in tribus personis vnam est: fidem ostendat. Ergo si in vnius Dei fidem ac religionem in-
 familiarius inno- tuamur per Baptismum, nobis necesse est utrum censeat Deum in cuius
 nomine baptizamur. Nec verò dubium est qui hac solenni nuncupatio-
 ne perfectam fidem lucem iam esse exhibitam testari voluerit Christus
Matib. 28.19. quoniam diceret, Baptizate eos in nomen Patris, & Filii, & Spiritus sancti.
 siquidem

siquidem hoc petinde valer atque baptizari in vnius Dei nomen qui solidam claritate apparuit in Patre, Filio, & Spiritu. vnde planè conitat in Dei essentia residere tres personas in quibus Deus vñus cognoscitur. Et sanè quum fides non circunspicere huc & illuc debeat, neque per varia discurrete, sed in vnum Deum spectate, in eum confertri, in eo hæretes ex eo facile constitutur quod si varia sint fiduci genera, plures etiam esse deos oporteat. Iam quia sacramentum est fidei Baptismus, Dei unitatem nobis confirmat ex eo quod vñus est. Hinc etiam conficitur, ut non nisi in vnum Deum baptizari licet: quia eius amplectimur fidem in cuius nomen baptizamur. Quid ergo sibi vult Christus, quum in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizari præcepit, nisi vna fide in Patrem & Filium & Spiritum credendum esse? quid aliud est, quam clarè testari Patrem, Filium, & Spiritum vñum esse Deum? Itaq; quum fixum illud maneat Deum vñum esse non plures, Verbum & Spiritum non aliud esse quam ipsam Dei essentiam constituimus. Et vero stolidissime inceptiebant Attiani, qui Filij dignitatem confitentes, Dei substantiam illi adimebant. Nec absimilis Macedonianos rabies vexabat, qui per Spiritum dona gratiæ duntaxat in homines effusa intelligi volebant. Nam ut sapientia, intelligentia, prudentia, fortitudo, timor Domini, ab ipso proficiuntur: ita vñus ipse est sapientia, prudentia, fortitudinis, pietatis Spiritus. Nec secundum gratiarum distributionem ipse diuiditur: sed vt cunque ille variè diuidantur, idem tamen & vñus manet, inquit Apostolus.

17 Rursum & quædam Patris à Verbo, Verbi à Spiritu distinctio Scripturis demonstratur: in qua tamen excutienda, quanta religione ac sobrietate versandum sit, ipsa mysterij magnitudo nos admonet. Ac sicut distinguitur distinctio mihis autem vehementer istud Grægotij Nazianzeni articulat, tuο φθέρω τῷ Πατρί αὐτῷ Βερβο, εἰν ονόματι, καὶ τοῖς τρισὶ τριπλασιαῖς τοῖς φθέροντος τριπλασιαῖς. Non possum vñum cogitare, quin trium fulgo. In Serm. de Sacra re mox circunfundat: nec tria possum distingui, quin subiectum ad vñum referar. Proinde & nos eam personarū Trinitatem ne imaginari in animum inducamus, quæ cogitationem seorsum distractam deuineat, ac nos ad illam mox unitatem reducat. Veram certè distinctionem insinuant Patris, Filii, & Spiritus vocabuli, ne quis nuda epitheta esse putet quibus à suis operibus variè designetur Deus, sed distinctione, non distinctione. Proprietatem Filio à Patre esse distinctam ostendunt loci quos tam circuimus: quia Sermo non fuisset apud Deum, nisi alius esset à Patre: neque gloriam suam habuisset apud Patrem nisi ab eo distinctus. Similiter Patrem à se distinguit, quum alium esse dicit quicunque sibi prohibet Atq; huc tendit quod alibi dicitur, Patrem per Verbum omnia creasse, quod nō potest, nisi ab ipso quodammodo distinctus. Præterea non descendit Pater in terrā, sed is qui à Patre existit: nō mortuus est, nec surrexit, sed qui ab eo missus fuerat. Neq; ab assumpta carne exordiū habuit hanc distinctionem, sed anteā quoq; vñigenitū in sinu Patris fuisse manifestum est. Quis enim asserere sustineat, eum deum in sinu Patris ingressum Filium, quoniā ē celo descendit ad suscipiédam humanitatem? Erat ergo antē in sinu Patris, & suam apud Patrem gloriam obtinebat. Spiritus sancti à Patre distinctionem Christus innuit, quum dicite eum à Patre procedere: à seipso autem quoties alium vocat, ut quum aliū consolatorem ab se mittendum denuntiat, & alibi sepius. Iohann.1.12, &c. 16, &c. alibi.

18 Enimvero ad vim distinctionis exprimendam similitudines à rebus humanis mutuati nescio an expediat. Solent id quidem interdum facere veteres: sed simul fatentur plurimum differre quicquid pro simili in mediis alterant, quo fieri ognis audaciam hic reformidem: ne dñi.

1. Cor.12.31.

Testimonia Scripturæ
distinguitur distinctio
mihis autem vehementer
Grægotij Nazianzeni articulat,
tuο φθέρω τῷ Πατρί αὐτῷ Βερβο,
εἰν ονόματι, καὶ τοῖς τρισὶ τριπλασιαῖς
τοῖς φθέροντος τριπλασιαῖς.
Non possum vñum cogitare,
quin trium fulgo.
In Serm. de Sacra
re mox circunfundat:
nec tria possum distingui,
quin subiectum ad vñum
referar. Proinde & nos eam personarū Trinitatem ne imaginari in
animum inducamus, quæ cogitationem seorsum distractam deuineat, ac
nos ad illam mox unitatem reducat. Veram certè distinctionem insinuant
Patris, Filii, & Spiritus vocabuli, ne quis nuda epitheta esse putet quibus
à suis operibus variè designetur Deus, sed distinctione, non distinctione.
Proprietatem Filio à Patre esse distinctam ostendunt loci quos tam
circuimus: quia Sermo non fuisset apud Deum, nisi alius esset à Patre:
neque gloriam suam habuisset apud Patrem nisi ab eo distinctus. Simili-
ter Patrem à se distinguit, quum alium esse dicit quicunque sibi prohibet
Atq; huc tendit quod alibi dicitur, Patrem per Verbum omnia creasse,
quod nō potest, nisi ab ipso quodammodo distinctus. Præterea non
descendit Pater in terrā, sed is qui à Patre existit: nō mortuus est, nec
surrexit, sed qui ab eo missus fuerat. Neq; ab assumpta carne exordiū
habuit hanc distinctionem, sed anteā quoq; vñigenitū in sinu Patris fuisse
manifestum est. Quis enim asserere sustineat, eum deum in sinu Patris
ingressum Filium, quoniā ē celo descendit ad suscipiédam humanitatem?
Erat ergo antē in sinu Patris, & suam apud Patrem gloriam obtinebat.
Spiritus sancti à Patre distinctionem Christus innuit, quum dicite eum à
Patre procedere: à seipso autem quoties alium vocat, ut quum aliū con-
solatorem ab se mittendum denuntiat, & alibi sepius.

Iohann.1.12, &c. 16, &c. alibi.

Iohann.1.13.

26.

Iul.iii.14.16.

*Distingui in scri-
ptura Patrī à Fili-
o & Spiritu, Spi-
ritum itiam ab v-
troque, tam ex or-
dinis obserua-
tione, quam ex pro-
prijs attributis.*

* *Vide August.
quæstione 18. in 83.
questionib.*

2. Pet. 1. 21.

liquid intempestiuè productum fuerit, aut malignis calumnia, aut ru-
dibus hallucinationis ansam præbeat. Quam tamen Scripturis nota-
tam distinctionem animaduicitimus, subterci non conuexit. Ea au-
tem est, quod Patri principium agendi, terumque omnium sors &
scatur:go attributus: Filio sapientia, consilium, ipsaque in rebus a-
gendi dispensatio: at Spiritui virtus & efficacia assignatur actionis. Por-
tò quanquam Patris aeternitas, Filii quoque & Spiritus aeternitas est,
quando nunquam Deus sine sapientia, virtuteque sua esse potuit, in a-
eternitate autem non est querendum prius aut posterius: nec est tamen
inanis aut superuacua ordinis obseruatio, dum primus recensetur
Pater, deinde ex eo Filius, postea ex utroque Spiritus. * Nam & mens
vniuersusque eò sponte inclinat ut primo Deum consideret, deinde
emergentem ex eo sapientiam, tum postrem virtutem qua consilij
sui decreta exequitur. Qua ratione, à Patre duntaxat existere dicitur Fi-
lius, à Patre simul & Filio Spiritus: multis id quidem locis, sed nus-
quam clarius quād cap. 8. ad Romanos, ubi scilicet idem Spiritus, nunc
Christi, nunc eius qui suscitauit Christum à mortuis, promiscue voca-
tur: neque iniuria. Nam & Petrus Spiritum Christi fuisse testatur, quo
vaticinati sunt Prophete: quum toties Scriptura doceat Spiritum fuisse
Dei Patris.

*Distinctionem per-
nari non impedit
simplicissimam Dei
unitatem & quos sen-
tudinibus Pa-
tritatem efficiunt
tare. Et tamē Fi-
lium à seipso Eff. n.
tiā habere. De. 4.
rio negante Filium
consubstantiale es-
se Patrī. Videlib.
4. cap. 8. fid. 16.*

*Iohann. 14. 10.
* August. Homil.
de temp. &c. de Tri-
nitate & col. ad Pa-
terficiū Epifl. 1-4.
Cycl. lib. 7. de Tri.
Identib. 3. Dialo.
. Aug. in Psal. 10. 9.
& Tract. in Ioh.
39. Aug. in Psal.
68.*

*Breviis summa co-
rum que de unitate
Dei illi traxerunt
& ponebant.*

19. Porrò simplicissimam Dei unitatem adeò non impedit ista di-
stinctio, vt Filium inde probate liceat vnum esse cum Patre Deum, quia
vno simul cum eo Spiritu cōstet: spiritum autem non aliud esse à Patre
& Filio dicens, quia Patris & Filii sit Spiritus. Siquidem in unaquaque
hypostasi tota intelligitur natura, cum hoc, quod subest sua vnicuique
proprietas. Pater totus in Filio est, totus in Parce Filius, quē idmodum
ipse quoque asserit, Ego in Patre, & Pater in me: nec vlla essentiæ diffe-
rentia sciungi alterum ab altero scriptores Ecclesiastici concedunt. His
appellationibus quæ distinctionem denotant (* inquit Augustinus) hoc
significatur quod ad se inuicem referuntur, non ipsi substantia quav-
num sunt. Quo sensu concilianda sunt inter se veterum sententiæ, quæ
se Patrī Videlib.
pugnare alioqui non nihil videtur. Nunc enim Patrem, Filij princi-
pium esse tradunt: nunc Filium à seipso & diuinitatem & essentiæ ha-
bete asseuerant, adeòque vnum esse cum Patre principium. Eius diuer-
sitas causam bene ac perspicuè explicat Augustinus alibi, quum ita lo-
quitur, Christus ad se Deus dicitur, ad Patrem Filius dicitur. Rursusque,
Pater ad se Deus dicitur, ad Filium dicitur Pater. Quod dicitur ad Filium
Pater, non est Filius: quod dicitur Filius ad Patrem, non est Pater: quod
dicitur ad se Pater, & Filius ad se, est idem Deus. Ergo quum de Filio sine
Patris respectu simpliciter loquimur, bene & propriè ipsum à se esse af-
fertimus: & idèo vnicum vocamus principium: quum vero relationem
que illi cum Patre est notamus, Patrem Filij principiū merito facimus.
In huius rei explicatione quintus liber Augustini de Trinitate totus ver-
satur Longe vero rurius est in ea quam tradidit relatione subtiliter, quam
subtilius penetrando ad sublime mystrium, per multas euaniendas specu-
lationes euagari.

20. Ego quibus cordi erit sobrietas, & qui fidei mensura contenti e-
runt, breuiter quod vnde est cognitu accipiāt: népe quū profitemur nos
credere in vnum Deum, sub Dei nomine intelligi vnam & simplicem
essentiam, in qua complicitè dimicantes personas vel hypostasis: idèoque
quoniam Patrī nomen ind. finitè ponitur, non minus Filium & Spiritum,
quam Patrem designavit: vnde autem adiungitur Filius Patri, tunc in me-
dium veritatis: ut, ita distinguimus inter personas. Quia vero pro-
prietates in personis cōducuntur, vnde Patre sit principium
& origo;

& origo: quoties mentio sit Patis & Filii simul, vel Spiritus, nomen Dei p̄cūliariter Patri tribuitur: hoc modo retinetur vñitas essentia, & habeatur ratio ordinis, quæ tamen ex Fili & Spiritu deitate nihil minuit. Et certè quum an' è visu fuerit Apostolos afferere Filium Dei illum esse quem Moses & Prophetæ testati sunt esse Iehouah, semper ad vnitatem essentia venire necesse est. Proinde nobis sacilegium detestabile est Filium vocari aliu n Deum à Patre: q̄ia simplex Dei nomen relationem non admittit, nec potest Deus ad seipsum dici hoc vel illud esse. Iam ^{1. Cor. 12. 9.} nomen Iehouæ indefinitè sumptum in Christum competat, ex Pauli etiam verbis patet. Propterea ter rogauit Dominum: quia vbi retulit Dei respondum, Sufficit tibi gratia mea, subiicit paulo post. Ut inhabitet in me virtus Christi. Certum enim est nomen Domini pro Iehouah illic esse positum: atque ita restringere ad personam Mediatoris, fruolum esset ac puerile: quando absoluta est oratio quæ Filium eum Patre non comparat. Et scimus ex recepta Cratorum consuetudine Apostolos passim nomen *κυριος* substituere in locum Iehouah. Et ne procul quærendum si exemplum, non alio sensu oravit D. minum Paulus, quām quo citatur locus Iocelis à Petro, *Quisquis invocauerit nomen Domini, saluus erit.* Vbi nomen hoc peculiariter Filio ascribitur, aliam esse rationē constabat suo loco: nunc tenere satis est, quum absolutè Paulus Deum rogasset, statim subiiceret nomen Christi. Ita & totus Deus à Christo ipso Spiritus nuncupatur. Nihil enim obstat quominus tota spiritualis sit Dei essentia, in qua Pater, Filius & Spiritus comprehendantur: quod ipsum ex Scriptura planum sit. Nam ut illic Deum audimus nominari Spiritum, ita & Spiritum sanctum, quatenus est hypostalis totius essentia, audimus dici & Dei esse, & à Deo.

21 Quoniam autem Satan, vt fidem nostram ab ipsis radicibus conuelleret, partim de diuina Fili & Spiritu essentia, partim de personali distinctione ingentes pugnas semper mouit: atque vt omnibus propè seculis impios spiritus excitauit qui doctores orthodoxos hac in parte vexarent, ita & hodie ex veteribus fauillis nouum ignem accendere conantur: hic peruersis quorundam dñiis occurtere operæ pretium est. Hactenus dociles in anuducere, non autem cum praefaciatis & contentiosis ministrum conferere maximè proposorum fuit: nunc autem veritas que placide ostensa fuit, ab omnibus improborum calumniis asserenda: et si præcipuum studium in hoc incumbet, vt habeant qui facile aperiatis, que Dei verbo aures dederint, in quo certo pede consistant. Equidem hinc, si quando alias in reconditus scripture mysteriis, sobrie multaque cum moderatione philosophandum: adhibita etiam multa cautio ne, ne aut cogitatio aut lingua vlt̄a procedat quā verbi Dei fines se protrahant. Quomodo enim immensam Dei essentiam ad suum modum mens humana definit, qua nondum statuere certo potuit quale sit Solis corpus, quod tamen oculis quotidie conspicitur? Imò vero, quomodo proprio ductu ad Dei usque substantiam excutiendam penetret, que suam ipsius minimè asequitur? Quare Deo libenter permittamus sui cognitionem. Ipse enim deum unus, vt inquit Hilarius, idoneus sibi testis est, qui nisi per se cognitus non est. Petitur enim autem si & taliter concipiemus ipsum qualiter se nobis patet: sic nec de ipso aliunde se ferabimur quā ex eius verba. Extant in hoc argumentum homiliae Chrysostomi quinque aduersus Anomœos, quibus tamen cohiberi Sophistarum aud. cia non potuit quin strata gatulitati laxaret. Nihilo enim modestius hinc se gesserunt quām vbiique solent. Cuius tenetioris infelicissimo successu admoderari nos decer, vt docilitate magis quam accumulatione in ista questione incumbere curse sit: nec in annum indu-

^{1. Cor. 12. 9.}^{1 Cor. 2. 6, 1 Cor. 2. 28}

In doctrina que est de unica Dei essentia & tribus personis magna moderatione & diligentie cautione opus est, ne aut cogitatio aut lingua vlt̄a verbi Dei fines procedat.

^{Liber 1. de Trinit.}

cāmus aut Deum vsqā inuestigate nisi in factō eius verbo, aut de ipso quicquam cogitare nisi p̄cuntem eius verbo, aut loqui nisi ex eō dē verbo sumptum. Quod si que subest in vna diuinitate Patris, Filii, & Spiritus distinctio (vt est cognitu difficultis) in geniis quibusdam plus faceret negotij & molestia & quam expediatur, meminerint labyriūthum ingredi hominis mentes dum sūx curiositati indulgent: atque ita regule sustineant cœlestibus oraculis, vt cunque mysterij altitudinem non capiant.

22 Texere catalogum errorum quibus olim tentata fuit fidei sinceritas in hoc doctrinæ capite, nimis longum esset, plenūque inutili tædo: ach eteticorū plerique crassis dilitis totam Dei gloriam in aggressi sunt obruere, vt satis else duxerint concutere ac turbare imperitos. Statim verò à priuī hominibus ebullierunt plutes seclæ qui partim lacerarent Dei essentiam, partim distinctionem quæ inter Petionas est, confundenderent. Porro si tenemus quod antē ex Sct. p̄tra satis ostensum est, simplicem & indiuiduam esse essentiam vnius Dei quæ ad Patrem, & Filium, & Spiritum pertinet: tursus Partem proprietate aliqua differre à Filio, & Filium à Spiritu: non Atrio tātū & Sabellio, sed aliis

Refutatio deliriorū Serueti in doctrina de unica Dei essentia & trib⁹ personis.

vetustis errorum authoribus clausa erit ianua. Sed quia nostro tempore exorti sunt phrenetici quidam, vt Seruetus & similes, qui nouis prefigiis omnia inuoluerunt, paucis eorum fallacias discutere operæ pretium est. Serueto nomine Trinitatis ita fuit exosum, immo detestabilis, vt Triunitarios omnes quos vocabat, diceret esse atheos. Omitto insulsas voces quas ad conuiciandum excogitauit. Hęc quidem speculationum eius fuit summa, tripartitum induci Deum vbi in eius essentia residere dicuntur tres persona, Triadēmque hāc esse imaginari, quia cum Dei unitate pugnet. Interca Personas voluit esse exteras quasdam idas, quæ verè non subsistant in essentia Dei, sed Deum nobis hac vel illa specie figurē: ac initio quidem nihil in Deo fusile distinctum, quia olim idem erat Verbum quod Spiritus: sed ex quo emersit Christus Deus de Deo, Spiritū etiam alium ex ipso Deum fluxisse. Etsi autem allegoris interdum fucat suas nēnias, vt quum dicit Sermonem aeternum Dei fusile Spiritum Christi apud Deum, & reluentiam idem, Spiritum fusile deitatis umbram: postea tamen utriusque deitatem in nihilum redigit, assertens secundum d̄ spensionis modum tam in Filio quam in Spiritu partem esse Dei, sicuti idem Spiritus substantialiter in nobis atque eam in lignis & lapidibus, Dei portio est. Quid de Mediatoris Persona blateret, suo loco videbimus. Prodigiosum verò hoc coimentum. Personam nihil aliud esse quam visibilem glorię Dei speciem, nō longa resurrectione indiget. Nam quum Iohannes nondum creato mundo λόγῳ fuisset Deum pronuntiet, longè ab idea discernit. Si verò tunc quoque & ab ultima aeternitate λόγῳ ille qui Deus erat, fuit apud Patrem, & propria sua gloria apud Patrem insignis fuit, non potuit esse externus esse aut figuratiuus splendor: sed necessariō sequitur fusile hypostasis: quæ in Deo ipso intus resideret. Quinquam autem non si Spiritus mentio nisi in historia creationis mundi, non tamen illuc inducitur ut umbra, sed essentialis Dei virtus, quom narrat Moses informem quoque illam massam fusile in eo suffulsa. Aeternum igitur Spiritum semper in Deo fusile appatuit, dum souendo sustinuit confusam cœli & terræ materiam, donec accederet pulchritudo & series. Certe non dum potuit effigies vel representatione Dei esse, vni formam at Seruetus. Alibi verò tuam impietatem apertius detegere cogitut, quod Deus aeterna sua ratione Filium sibi visibilem deceiens, hoc modo visibilem se exhibuit. Nam si hoc verum sit, non alia relinquuntur Christo diuinitas, nisi quatenus aeterno Dei decreto Filius est ordinatus. Adde quod

Iohann.1.1.

Iohann.17.5.

Gen.1.8.

quod spectra illa que in locum hypostaseon supponit sic transformat. ut nova accidentia Deo affingere non dubitet. Illud vero omnium maximè exercandum, quod tamen Filium Dei quam spiritum promisum creaturis omnibus primum est. Pates enim & partitiones palam afferit esse in essentia Dei, quantum unaqueque portio Deus est: prorsus vero spiritus fidelium coaternos dicit & consubstantiales Deo: quanvis alibi substantiam deitatem non tantum hominis anima, sed aliis rebus creatis assignet.

23 Ex hac lacuna prodit aliud non dissimile monstrum. Nebulones *Refutatio erroris* enim quidam, ut Seruitius impietatis inuidiam ac dedecus effugerent, *quarundam nebulae* quidem personas esse confessi sunt, sed ratione addita, quod Pater qui *lumen, Patrem vero* & proprium vnicus est Deus, Filium & spiritum formando, suam in *proprietate vnicum* eos deitatem transmisit. Nec vero absinent ab horrendo loquendi gene *essi Deum, qui Filius & Spiritum formando suam in* unde colligunt non aliud proprium Deum esse nisi Patrem. Atqui non obseruant, quanvis Dei nomen Filio quoque sit commune, tamen *ex parte eius* fuderit.

XIV Patri iure idem adscribi, quia fons est ac principium deitatis: id quo ut notetur simplex essentia vnitatis Excipiunt, si vere est Dei Filius, absurdum esse censeri personam Filium. Ego utrumque verum esse respondeo, Dei nempe esse Filium, quia Sermo est à Patre ante secula genitus (nondum enim de Mediatoris persona nobisfermo est) & tamen explicandi causa habendam esse rationem Personae, ut nomen Dei non simpliciter sumatur, sed pro Patre: nam si non alium censemus Deum quam Patrem, non obscurè deicitur Filius ab hoc gradu. Ergo quoties deitatis fit *Isa. 6.1. Job. 12.4f.* mentio, minimè debet antithesis inter Filium & Patrem, quasi huic tantum conueniat nomen vere Dei. Nam sanè Deus qui Isaia apparet, verus & vnicus fuit Deus: quem tamen Iohannes assertat fuisse Christum. Qui etiam per os Isaiae testatus est se fore in lapidem ostendit Iuda, vnicus erat Deus: quem Paulus Christum fuisse pronuntiat. Quum per Isam clamat, Vnde ego: mihi flectetur omne genu, vnicus Deus est: at qui idem Paulus Christum interpretatur. Huc accedunt quæ recitat Apostolus testimonia, Tu Deus fundasti celum & terram. Item, Adorent eum omnes Angeli Dei: quæ non nisi in vnicum Deum competit: quin tamen propria Christi elogia esse contendat. Nec valet cauillum illud, transferri ad Christum quod Dei proprium est, quia sit reluentia gloria ipsius. Nam quum ubique ponatur nomen Iehouæ, sequitur deitatis respectu ex seipso esse. Nam si est Iehouah, negari non potest quin idem sit ille Deus qui per Isam alibi clamat, Ego ego sum, & prater me non est Deus. Expendere etiam conuenit illud Ieremiæ, Dij qui non fecerunt celum & terram, pereant de terra que sub celo est: quando ex opposito sacerdoti necesse erit Filium Dei eum esse, cuius deitas sepiùs apud Isam probatur ex mundi creatione. Quomodo autem creator qui omnibus esse dat, non erit ex seipso, sed essentiam aliunde mutuabitur? Nam quisquis est, natum à Patre Filium esse dicit, à seipso negat esse. Reclamat autem Spiritus sanctus, illum Iehouah noruinans. Iam si demus totam essentiam esse in solo Patre, vel fieri partibilis, vel eripitur Filio: atque ita spoliatus sua essentia, titulatis solum erit Deus. Essentia Dei, si creditur illis nugatoribus, soli Patris conuenit, quatenus ipse solus est, & est Filius eius, natator. Ita diuinitas Filii quiddam erit abstractum à Dei essentia, vel divisione partis à toto. Iam concedant ex suo principio necesse est, spiritum esse solius Patris: quia sideriuatio est à prima essentia, quæ non nisi Patri propria est, iure non censemur Spiritus Filii: quod tamen refellitur Pauli testimonio, ubi communem Christo &

Patri facit. Adhuc si expungitur è Trinitate Patris persona, in quo à Filio & Spiritu differet, nisi quia solus est ipse Deus? Fatentur Christum esse Deum, & tamen à parte differte. Viciissim notam aliquam discretionis esse oportet, ne Pater sit Filius. Qui in essentia eam ponunt, manifeste in nihilum redigunt veram Christi deitatem: quæ sine essentia esse non potest, & quidem tota. Non differet certè Pater à Filio, nisi propriū aliquid habeat in se quod Filio commune non sit. Quid iam reperient in quo eum distinguant: Si in essentia est discretio, respondeant an non cum Filiō eam communicauerit. Hoc vero non potuit esse ex parte: quia dimidium fabtice Deum nefas esset. Adeo quod hoc modo fœde lacarent Dei essentiam. Restat ut tota & in solidum Patris & Filij sit communis. Quod si verum est, iam sanè quoad ipsam nulla erit alterius ab altero discretio. Si excipiant, Patrem essentiando manere nihilominus vincum Deum, penes quæ sit essentia: Christus ergo figurarius est Deus, ac specie tantum vel nomine, non re ipsa: quia Deo nihil magis propterea quām est, iuxta illud, Qui est, mihi me ad vos.

Exo. 5.14. 24. Fallsum quidem esse quod sumunt, quoties absolute sic Dei mentis corundem, quoties ptum est: & in illis ipsis quos pro se citant, turpiter produnt suam inco-
Dei mentio fit in Scripturis, nam nisi Patrem intelligi gitantiam, qui i illic Filij nomen opponit: unde appetat relativè acci-
 pi Dei nomen, idcōque restringi ad Patris personam: ac eorum obiectio vno verbo diluitur. Nisi solus Pater, inquit, verus esset Deus, suus ipse Pater esset. Neque enim absurdum est, propter gradum & ordinem Deum peculiariter vocari qui non solum genuit ex se suam sapientiam, sed Deus etiam est Mediatoris, sicuti plenius suo loco dissitam. Nam ex quo manifestatus est in carne Christus, Filius Dei vocatur, non tantum quatenus ante secula genitus ex Patre fuit æternus Sermo, sed quia Mediatoris suscepit pri sonam & munus, ut Deo nos coniungeret. Et quoniam Filiū à Dei honoretam audacter excludunt, scire velim, quum pro-

Matth. 19.17. nuntiat nullum esse bonum præter unum Deum, an se bonitate priuet. Non loquor de humana eius natura, ne forte excipiant, quicquid in ea boni fuit, ex gratia dono fluxisse: queto an Sermo aeternus Dei bonus sit necne. Si negent, sacris conuicta tenetur eorum impietas: fatendo se ipsis iugulant. Quod autem primo intuitu videtur Christus à se removere nomen Boni, sententiā nostram magis confirmat: nempe quum singulare sit vnius Dei elogium, quatenus ex vulgari more salutis fuerat bonus, falsum honorem repudians, bonitatem qua pollet diuinam esse admonet. Quarto etiam, ubi affirmit Paulus solum Deum esse immortalem sapientem, & veracem, an his verbis in ordinem mortalium, mortuorum & fallacium redigitur Christus. Non erit igitur immortalis, qui ab initio vita fuit ut Angelis immortalitatem conferret: non erit sapiens, qui aeterna est Dei sapientia: non erit verax ipsa veritas? Quarto præterea, Christum nunc adorandum cenieant. Si enim hoc iure sibi vendicat, ut fleatatur cotam ipso omne genus, sequitur illum esse Deum, qui in Lege vctuit quenquam alium præter se adorati. De solo Patre si accipi volunt quod apud Iacobam dicitur, Ego sum, ac nemo præter me, hoc testimonium in ipso respondeo, quando videmus Christo attribui quicquid Dei est. Nec locus est eorum cauillo, Christum in carne fusse existatum in qua exinanitus fuerat, & carnis respectu omne imperium illi datum esse in celo & in terra: quia etsi extenditur Regis & Iudicis maiestas ad totam Mediatoris personam, nisi tamen Deus manifestatus esset in carne, non potuit in tantum altitudinem extolliri quin Deus secum ipse pugnaret. Atque hanc controversiam optimè Paulus tollit, regalem Deo suis docens, ante quam se exinaniret sub forma serui. Por-

1. Tim. 1.17. 1. philipp. 2.10. rōzqua-

Isa. 44.6.

Et aequalitas ista quomodo staret nisi fuisset Deus ille cuius nomen est *Philip. 2.6.7.*
 Ia & Ichouah, qui equit super Cherubim, qui Rex est totius terræ, &
 Rex seculorum? Iam etsi non obstrepat non potest etip̄ Christo quod
 alibi dicit *Isaias*, *Hic est Deus noster, expectauimus eum: quando his* *Iz.25.9.*
 verbis aduentum Dei Redemptoris describit, qui non modò ab exilio
 Babylonico populum reducet, sed Ecclesiam plenè restitueret omni-
 bus numeris. Altero etiam cauillo nihil proficiunt, Christum fuisse
 Deum in Patre suo. Nam etsi fatemur ratione ordinis & gradus princi-
 piū diuinitatis esse in Patre, detestabile tamen esse dicimus commen-
 tum illud, solius Patris essentiam esse propriam, quasi Filij deificator es-
 set: quia hoc modo vel multiplex esset essentia, vel titulo & imagina-
 tione tenus Christum appellant Deum. Si concedant Filium esse Deum,
 sed secundum à Patre: iam in ipso genita & formata erit essentia, quæ
 est in Patre ingenita & informis. Scio multis natutis ludibrio esse quod
 ex verbis Mosis personarum distinctionem elicimus, vbi Deum sic lo-
 quentem inducit, Faciamus hominem ad imaginem nostram: vident
 tamen pīj lectores quām frigidē atque ineptē hoc velut colloquium in-
 duceret Moses, nisi subessent in uno Deo plures personæ. Iam quos al-
 loquitur Pater, certum est fuisse increatōs: nihil verò increatū, exce-
 pto ipso Deo, & quidem uno. Nunc ergo nisi concedant Patris, Filij &
 Spiritus communem fuisse creandi potestatem, & commune iubendi im-
 perium, sequetur Deum non intus secum ita loquutum esse, sed direxisse
 ad alios extraneos opifices sermonem. Denique locus unus duo simul
 eorum obiecta facile expediet. Nam quod pronuntiat Christus ipse,
*Deum esse Spiritum, ad Patrem solum testimoniū consentaneū non es-
 set, ac si Sermo ipse non esset spiritualis natura.* Quod si Filio similiter ut
 Patri conuenit nomen Spiritus, sub indefinito Dei nomine Filium com-
 prehendi colligo. Subiicit tamen continuo post, non alios probati culto
 tes Patri nisi qui eum in spiritu & veritate adorant: unde alterum conse-
 cutur, quia sub capite fungitur Christus officio doctoris, Dei nomen Pa-
 tri adscribere, non ut aboleat suam ipsius deitatem, sed ut gradatim nos
 ad eam attollat.

25 Sed in eo scilicet hallucinantur quod individua somniant, quo- *Falsum esse quod*
rum singula partem obtineant essentia. Atqui ex Scripturis docemus v- *idem in Dei essen-*
tia *num essentia* *liter Deum esse, id est que essentiam tam Filij quam Spiritus ita summant indiui-*
esse ingenitam: sed quatenus Pater ordinē primus est, atque ex se genuit dea quorum singu-
luam Sapientiam, merito, ut nuper dictum est, censetur principium & la partem obtinat
fons totius diuinitatis. Ita Deus indefinite est ingenitus: & Pater etiam *essentia*,
 persona respectu ingenitus. Stulte etiam putant se ex nostra sententia
 colligere quaternitatem statui, quia falsa & calumniosa cerebri sui com-
 mentum nobis adscribunt, quasi deriuatim singulam prodire ex una es-
 sentia tres personas: quum ex scriptis nostris h[ab]eat non abstrahere nos
 personas ab essentia, sed quanvis in ipsa resideant, distinctionem inter-
 ponere. Si sep[tem]tria essent ab essentia personæ, probabilis fortè esset eo-
 rum ratio: sed hoc modo Trinitas esset deorum, non personarum quas in
 se contingit unus Deus. Ita soluitur futile eorum quæstio, concutiatne
 essentia ad conflandi Trinitatem: quasi tres deos ex illa descendere i-
 maginemur. Quod excipiunt, Trinitatem igitur forte sine Deo, ex ea-
 dem insulsitate natecurunt: quia eis ad distinctionem non cocurrunt ut pars
 vel membrum non tamen personæ sine ipsa, vel extra ipsam: quia & Pa-
 ter, nisi Deus esset, non poterat esse Pater: & Filius non alius Filius, nisi
 quia Deus. Deitatem ergo absolute ex se ipsa esse dicimus, unde &
 Filiū, quatenus Deus est, fatemur ex seipso esse, sublato persona re-
 spectu: quatenus vero Filius est, dicimus esse ex Patre: ita essentia eius

*Gen.1.26.**Iohann.4.24.*

principio caret: personæ verò principium est ipse Deus. Et quidem orthodoxi scriptores, quicunque olim de Trinitate loquuti sunt, ad personas tantum retulerunt hoc nomen: quando non modò absurdus esset error, in ipsa distinctione complecti essentiam, sed nimis etassa impieras. Nam qui volunt tria concurrere, Essentiam, Filium, & Spiritum, eos filij & Spiritus essentiam exinanire palam est, alioqui partes inter se commissæ coinciderent: quod est in omni distinctione vitiosum. Denique si Pater & Deus synonyma essent, sic deificator esset Pater, nihil in Filio residuum esset præter umbram: nec aliud esset Trinitas quam coniunctio Dei unius cum duabus rebus creatis.

Responso ad eorū obiectionēs, 26. Quod obiciunt, Christum si propriè sit Deus, Filium Dei perpetram vocari, iam responsum est, quia sit unius persona ad alteram comparatio, nomen Dei non sumi indefiniè, sed restringi ad Patrem, quatenus deitatis est principium, non essentiando, ut fanatici nungintur, sed ratione ordinis. Hoc sensu accipitur Sermo ille Christi ad Patrem. Hæc est

Iohann. 17.3. vita æterna ut credant te ynum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Nam in Mediatoris Persona loquens, medium gradum teneret inter Deum & homines: neque tamen idèo imminuit eius maiestas. Nam eti seipsum exinanivit, gloriam tamen suam, quæ abscondita fuit coram mundo, non perdidit apud Patrem. Sic Apostolus ad Hebreos cap. 2, quanquam facetur exiguo tempore suis iniminutum infra Angelos, non tamen dubitat simili assertio, æternum esse Deum qui fuit terram. Tenendum igitur est, quoties Christus in persona Mediatoris Patrem compellat, sub hoc Dei nomine diuinitatem complecti, nra ipsius quoque est. Sic quum Apostolis diceret, Expedit me ascendere ad Patrem, quia Pater maior me est, non secundam diuinitatem tantum sibi tribuit ut sit quo id æternam essentiam Patre inferior: sed qui cœlesti gloria potitus, fideles colligit in eius participatione, in superiori gradu Patrem locat, quatenus differt conspicua splendoris perfectio, quæ in celo appetat, ab ea glorie mensuræ: quæ conspecta fuit in ipso carne vestito. Ea-

I. Cor. 15.24. dem ratione alibi Paulus Christum dicit ieditum Deo & Patri regnum, ut sit Deus omnia in omnibus. Nihil absurdius quam auferre perpetuitatem Christi deitati. Quod si nunquam desinet esse Dei Filius, sed idem manebit semper qui fuit ab initio: sequitur, sub Patris nomine unicam Dei essentiam, quæ virtusque communis est, comprehendendi. Et certè idèo ad nos descendit Christus ut ad Patrem attollendo, simul etiam ad se ipsum attolleret, quatenus unum est cum Patre. Nomen ergo Dei exclusiu ad Patrem restringere ut Filio auferatur, neque fas neq; rectum est. Nam & hac de causa verum esse Deum assertit Iohannes, ne quis secundo deitatis gradu sublidere putet infra Patrem. Ac miror quid sibi ve- lint isti nouorum doctorum fabri, dum Christum verum Deum confessi, mox eum excludunt à Patris deitate: quasi possit esse verus Deus nisi qui

Iohann. 5.20. unus est, aut translusa diuinitas non sit nouum aliquod figuramentum.

Responso ad locos quos in erroris suis confirmationem adducunt ex Irenæo, ubi Patrem Christi assertit esse unicum & æternum Deum Israel, vel pudenda infirmitas est, vel summa improbitas. Animaduertente enim debuerant sancto viro negotium & certainem fuisse cum phreneticis, qui Patrem Christi negabant illum esse Deum qui per Mosen & Prophetas olim loquitus fuerat, sed nescio quod spectum è labore mundi productum Itaque in hoc totus est, ut palam faciat non aliud predicari in Scriptura Deum quam Christi Patrem, & perperam aliud excoxitari, ac proinde nihil mitum si tories concludat non aliud fuisse Deum Israëlis quam qui celebratur à Christo & Apostolis. Sic etiam nunc, ubi diverso errori resistendum est, vere dicimus, Deum qui olim apparuit Patribus, nō aliud fuisse quam Christum.

stum Portò si quis excipiat fuisse Patrem, in prōptu erit responsio, dum pro Filij diuinitate pugnamus, nos Patrem inimicū excludere. Ad hoc Irenæi consilium si attendant lectors, celsabit omnis contentio. Quinetiam ex sexto cap. lib. 3. tota lis facile dirimitur, vbi in hoc vnum insit pīus vir, qui absolute & indefinitè vocatur in Scriptura Deus, illum esse verè vnicum Deum: Christum verò absolutè Deum vocari. Meminerimus hunc fuisse disceptationis statum, sicut ex toto progressu patet, ac præfertim libri secundi cap. 46. non vocari Patrem anigmaticè & parabolice qui verè non sit Deus. Addē quīd alibi coniunctina tam Lib. 3. cap. 9. Filium quām Patrem præd catum fuisse Deum contendit à Prophetis & Apostolis. Postea vero definit quomodo Christus, qui Dominus est omnium & Rex, & Deus, & Iudex, ab eo qui est Deus omnium accepit potestatem: nempe subiectionis respectu, quia humiliatus est usque ad mortem crucis. Inter ea paulo post affirmat, Filium esse opificem cœli & Cap. 12. eiusdem lib. terræ, qui Legem tulit per Mosis manum, & Patribus apparuit. Iam si quis blateret, Irenæo solum Patrem esse Deum Israël, regeram quod idé scrip- Cap. 18. & 23. eiusdem libri. tor aperte tradit, Christum vnum & eundem existere: sicut etiā ad eum refert vaticinū Habacuc, Deus ab Austro veniet. Eodem pertinet quod legitur cap. 9. lib. 4. Ipse igitur Christus cum Patre viuorum est Deus. Et eiusdem libri cap. 12. interpretatur Abraham credidisse Deo, quia factor cœli & terræ, & solus Deus sit Christus.

28 Tertullianum nihiloverius patronum sibi asciscunt, quia etiā assertio ad locos per interdum & spinosus est in suo loquendi genere, suminam tamen ex Tertulliano qui doctrinæ quam tuemur, non ambiguè tradit: nempe quū vnu sit Deus, bus in deum suum er- dispensatione tamen vel economia esse eius Sermonem: vnicum esse rationem facere nūtum Deum substantię vnitatem, & nihilominus vnitatem dispensationis my- tur. Sterio in Trinitatem disponit: tres esse non statu, sed gradu: nec substantia, sed forma: nec potestate, sed serie. Dicit quidem se defendere secundū à Patre Filium, sed non alium intelligit nisi distinctione. Visibilem aliqui Filium dicit: sed postquam in utramque partem ratiocinatus est, definir inuisibilem esse quatenus est Sermo. Denique Patrem sua persona determinari affirmans, alienissimum se probat ab eo commento quod refellimus. Et quanquam non alium Deum agnoscit quām Patrem, se ipsum tamen proximo contextu explicans, se non exclusivè loqui ostendit Filij respectu, quia negat alium esse à Patre Deum: idēque non violari monachiam personæ distinctione. Atque ex perpetuo eius consilio verborum sensum colligere promptum est. Contendit enim aduersus Praxeam, quanvis in tres personas distinctus sit Deus, non tamen fieri plures deos, neque discipi vnitatem. Et quia secundum Praxeū com- mentum Christus non poterat Deus esse quin idem esset Pater, ideo tan- topere de distinctione laborat. Quod vero Sermonem & spiritum vocat portionem totius, etiā dura est locutio, excusabilis tamen est, quando ad substantiam non refertur, sed dispositionem tantum & economiam notat quā solis personis conuenit, Tertulliano ipso teste. Inde etiam pēdet illud, Quot personæ tibi videntur, peruerissime Præzæ, nisi quot sunt voces? Sic etiam paulo post, Ut credant Patrem & Filium in suis quenque nominibus & personis. His arbitrio satis refelli posse eorum impudentiam qui ex Tertulliani autoritate fucum tentant facere sim- plicibus.

29 Et certè quisquis diligenter veterum scripta inter se conferet, non Iustini, Hilarii, aliud reperiet apud Irenæū quām quod ab aliis qui deinde sequuti sunt, Auguſt. contra ep̄. proditum fuit. Iustinus vnu est ex vetustissimis nobis autem per omnia runci errare fac- suffragatur. Obiectent tam ab illo quām à reliquis Patrem Christi vocari re hic etiā pro- vnum Deum. Idem Hilarius quoque docet, imò asperius loquitur, xter orthodoxa fidei,

nitatem esse in Patre. An ut Filio auferat Dei essentiam? At qui in eius fidei quam sequimur defensione totus est Nec tamē eos pudet mutila nescio quæ dicta excerpere, ex quibus persuadet Hilarium esse erroris sui patronum. Ignatium quod obtendunt, si velint quicquam habere momenti, probent Apostolos legem tulisse de quadragesima & similibus corruptelis: nihil nani illis, quæ sub Ignatij nomine edita sunt, putidius. Quo minustolerabilis est eorum impudentia, qui talibus laruis ad fallendum se instruunt. Porrò hinc veterum consensus clare perspicitur, quod neque in concilio Niceno Arius ex cuiusquam probati scriptoribus authoritate fucum facere ausus est: & nemo ex Græcis vel Latinis excusat à prioribus se dissentire. Augustinus, cui nebulones isti infestissimi sunt, quād sedulū excusserit omnium scripta, & quād reuerenter amplexus sit, dicere nihil attinet. Certe in minimis quibusque scrupulis ostendere solet cur ab illis discedere cogitur. In hoc etiam argumento siquid ambiguum vel obscurum legerit apud alios, non dissimulat. Quam tamen isti oppugnant, doctrinam pro confessio sumit ab ultima antiquitate sine controversia fuisse receptam. Neque tamen quid autē docuissent alii, ipsum latuisse, vel ex uno verbo constat, vbi dicit in Patre esse unitatem, lib. De doctrina Christiana primo, in garrire sui:unc fuisse oblitum? At quia libi ab hac calumnia se purgat, vbi Patrem vocat principium totius deitatis, quia à nullo est, prudenter scilicet expendens specia liter Patri adscribi Dei nomen, q[uod] nisi ab ipso fiat initiu[m], concipi nequeat simplex Dei unitas. His etiam demum, ut peragnosceret plus lectorum omnes calumnias discussas, quibus Satan haec tenus puram doctrinam peruertere vel obtenebare molitus est. Denique roiam huius doctrinæ summam si deliter esse explicatam confilo, si quidem modum curiositati imponant lectors, nec molestas & perplexas disputationes cupidius quam par sit, sibi accersant. Nam quos oblectat speculandi intempesies, minime placandas suscipio. Certe nihil astute præteri quod mihi aduersum esse putarem: sed dum Ecclesiæ adificatione studio, multa non attingere consultius visum est, quæ & parum prodescent, & lectors gravaret superuacua molestia. Quid enim disputare atque an semper generet Pater, quando stulte singitur continuus actus generandi, ex quo liquet ab externo tres in Deo personas substancialis?

In ipsa etiam mundi & rerum omnium creatione Scripturam certis notis discernere verum Deum à fictitijs.

Ist. 40.21. **Q** Vanquam falsorum deotum cui obibus socrdiam meritò ex-
brat Isaias, quod ex terra fundamētis & cœlōrum ambitu non di-
cident quisnam esset verus Deus : quæ tamen est ingenii nostri
dibeat, ne tam ad tarditas & hebetudo, necesse fuit, ne ad Gentium ſigmenta defluerent fi-
Gentium ſigmenta deles, expreſſius illis depingi vetum Deum. Nam quum euānida sit quæ
defluerant fidèles, apud Philosophos maxime tolerabilis habetur deſcriptio, Deum men-
biſtria creationis tem eti mundi ipsum familiariū à nobis cognosci operæ pretium est,
in ſcriptura extore ne ſemper in ambiguo vacillemus. Itaque historiam creationis extare vo-
luit, cui innixa Ecclesiæ fides non aliud Deum quereret, niſi qui propo-
natur. *& tempus* **ſitus** est à Moſe opifex mundi & conditor. Illic primò notatum est tem-
pus, vt continua annorum ſerie fidèles ad primam humani generis &
terum omnium originem peruenient: quæ aptiū vtilis est cognitionis,
non tantum ut prodigiosis fabulis, quæ in Ægypto & aliis terræ plagiis
olim graſſatæ ſunt, obuiam eatur, ſed eriam ut cognito mundi exordio,
clarius elucet Dei æternitas, nō ſque in ſui admirationem magis rapiat.
Neque

Neque verò mouere nos debet profana illa subsannatio, mirum esse cur *Refutatur profana non citius* *venerit Deo in mentem, cœlum & terram condere, sed otio-* *subsannatio;* *Cur* *sus immensum spatiū praterfluerit, quod ante plurima ætatum* *non citius* *Deus re-* *millia efficere posset: quum ad sex annorum millia nondum peruenie-* *rit in mentem &* *cœ-* *studiū mundi ad ultimum finem vergentis diuinitas. Nam cur tandem di-* *lans & terram cō-* *stulerit Deus neque fas est nobis inquirere, ne que expedit: quia si eo vs-* *dere.*

que penetrare contendat mens humana, centies in itinere deficiet: ne-
que etiam cognitu vtile esset quod D. us ipse, vt fidei nostræ modestiam
probaret, consultò voluit celatum esse. Ac scitè pius ille senex, quum
proterius quispiam ex eo per ludibrium quereret quid ante creatum
mundum egisset Deus, respon sicut fabricasse inferos curiosis. Hæc non mi-
nus graus quām secura admonitio compescat lasciviam, quia multost
tillat, adeoque impellit ad prauas & noxiæ speculations. Denique me-
miniterimus, Deum illum inuisibilem & cuius incomprehensibilis est sa-
pientia, virtus & iustitia, Mosis historiam speculi loco nobis proponere,
in quo viua eius effigies relucet. *Sicut enim nihil distincte cernunt *Vide cap. 6. scđ. 1.*
oculi vel senio obtuli, vel alio virio hebetes, nisi specillis adiuuentur: ita,
quæ nostra est imbecilitas, nisi nos dirigit Scriptura in Deo quæren-
do, statim euaneamur. Qui vero protinus sue indulgent, qui nunc
frustra monetur, sero horribili intentu sentient quanto satius fuerit ar-
cana Dei consilia reuerenter suspicere, quām blasphemias euomere qui-
bus cœlum obsecrarent. Et rectè Augustinus iniuriam Deo fieri conque-
ritur, vbi superior eius voluntate flagitur terum causa. Idem alt. *Lib. de Gen. cōtra*
Manich. *Iib. II. de*
bi pudenter admonet, non minus perperam de immensis temporum
quam locorum spatii questionem moueri. Certè quantumvis latè pa-
teat cœlorum circuitus, est tamen aliqua eius dimensio. Nunc si quis cum
Deo expostulet, quod centuplo superet vacuitas, annon plus omnibus
detestabilis erit petulantia: Eodem furoris profluiunt qui exagitant Dei
otium, quod eorum arbitrio mundum ante innumerâ secula non con-
diderit. Ut suę cupiditati morem gerant, extra mundum egredi affectant:
quasi verò intam ampla cœli & terræ circumferentia, non satis multa
occurrant quæ inestimabili suo fulgore absorbeant sensus omnes no-
stros: quasi int̄ sex annorum millia non satis multa docuimeta edide-
rit Deus, in quacumq; assidua meditatione mentes nostræ se exerceant.
Ergo libenter in meamus inclusi his cancellis, quibus nos circumscribere
Deus voluit, & quasi mentes nostras contrahere, ne vagandi licentia
diffuerent.

2. Eiusdem rationis est quod narrat Moses, non monento sed sex *et ab omnibus fe-*
diebus absolutum suis Dei opus. Nam & hac circumstantia ab omni- elitis deis differ-
bus fragmentis colligimur ad unicum Deum qui in sex dies opus suum di *naturæ rerum Deum,*
gescit, ne molestem nobis esset in eius consideratione occupari toto vite *narrari absolutum*
opus. Quæ inuis enim oculi nostri, in quancunque pattem se vertant, co *opus & rationis or-*
guntur in operum Dei intuitu versari: videmus tamen quām fluxa sit at- *pus & rationis or-*
tentio, & quām cito præteruolent si quæ nos tangant pīz cogitationes. to, sed fe diebus:
Hic iam obstrebit humana ratio, quasi a Dei potentia al eni fuerint *deinceps ordinē de-*
tales progressus, donec fabula ad fidei ol sequuntur quietem illam cole- *serib; pīpō ante*
re dicit, ad quam nos inuitat septimi diei sanctificatio. In ipso autem *sunne erat. Adā*
ordine terum diligenter considerandus est patetius Dei amor erga hu- *quid Dens man-*
manum genus, quod non antè creauit Adam quām mundum omni *duum omni bonitatem*
bonorum copia locupletasset. Nam si eum in terra adhuc sterili & va- *copia locupletasset.*
cua localasset, si vitam dedisset ante lucem, visus fuisset eius utilitati pa- *De quo vide jet.*
rum consulere. Nunc vbi solis & astrorum motus disposuit ad vsus hu- *23.*
manos, terram, aquas, ætem animalibus replenit, frugum omnium a-
bundantiam protulit quæ alimentis sufficeret: curam prouidi & sedisli

pattis familiâ suscipiens, mirificam erga nos suam bonitatem ostendit. Quæ breuiter tantum delibo, si quisque attenius apud se expendat, constabit Mosen certum viuus Dei creatoris testem ac præconem fuisse. Omitto quæ iam exposui, non de nuda tantum Dei essentia illuc fieri sermonem, sed eternam quoque eius sapientiam & Spiritum nobis proponi, ne alium Deum sonninemus quâm qui in illa expressa imagine vult agnoscere.

*Angelos esse Dei
creaturas licet Mo-
ses non exprimat in
historia creationis.*

3. Sed antequam de homini natura pleniùs dissetete incipiam, aliquid de Angelis inserere oportet: quia eti⁹ Moses vulgi tuditati se accōmodans, non alia⁹ Dei opera commemorat in historia creationis, nisi quæ oculis nostris occurunt: vbi tamen postea Angelos Dei ministros inducit, colligere facile licet eorum esse conditorem, cui suam operam & officia impendunt. Quanuis ergo Moses populariter loquens, non statim à primis rudimentis Angelos recensuerit inter Dei creaturas: nihil tamen verat quominus deserit & explicat de illis tradimus quæ alibi passim docet Scriptura: quia si Deus ex operibus suis agnoscere cupimus, minimè omitendum est tam præclarū & nobile specimen. Adde quodd̄ refutandis multis erroribus valde necessaria est hæc pars doctrinae. Multorum mentes ita persistinxit Angelicæ naturæ præstanti, ut putarent illis iniuriam fieri si unius Dei imperio subiecti quasi in ordinem cogerentur: hinc illis affectu diuinitas. Emersit etiam Manichæus cum sua secta, qui sibi duo principia fabricauit, Deum & diabolum: ac Deo quidem tribuebat bonarum rerum originem: malas autem naturas ad diabolū authorem referebat. Hoc delirium si mentes nostras enet implicias, non constaret Deo sua in mundi creatione gloria. Nam quina nihil magis Dei proprium sit quâm æternitas, & æterna ſex, id est, à ſcipo existētia, vt ita loquar: qui diabolo hoc tribuunt, nonne quodammodo eum diuinitatis ornant titulo? Nam vbi omnipotētia Dei, si diabolo tale conceditur impetum, vt illo invito ac repugante, quicquid voluerit exequatur? Quod autem unicum habent fundamentum Manichæi, nefisef fe aſcribi bono Deo ullius rei male creationem, id orthodoxam fidem minimè lredit, que non admittit aliquid esse in mundi uniuersitate malam naturam: quandoquidem nec prauitas & malitia tum hominis, tum diaboli, aut que inde nesciunt peccata, ex natura sunt, sed ex naturæ corruptione: nec quicquam omnino ab initio extitit in quo non & sapientia & iustitia sue specimen eſiderit Deus. His ergo peruersi commentis vt obviari eatur, alijs animos atollere necesse est quâm oculi nostri penetrent. Quo consilio verisimile est, vbi in symbolo Niceno vocatut Deus omnium conditor, res inuisibilis fuisse expressas. Modum tamen quem præscribit pietatis reguli tenere cur erit, ne altius quâm expedit speculando, letores à ſidei simplicitate abducti vagentur. Et certè quum utiliter semper nos doceat Spiritus, in quibus vero partum est momenti ad definitionem, vel subtileat proſlus, vel leuiter tanrum & cursim attingat: nostri quoque officij est, libenter ignorare quæ non conducent.

*De tempore vel orati-
ne quo creari fue-
runt iniquitate mis-
tempore vel ordine quo creari fuerint, contentionem mouere nonne per-
expedit, quando uicaciz magis quâm diligentia est?*

Tetram esse perfectam, & cœlos per- scriptura inibiles factos, cum omni exercitu eorum, narrat Moses: quid atunet anxiè per- tristis, quā pro contari quanto di- præter astra & planetas alij quoque magis reconditi regula ſiqui debet cœlestes exercitus esse cœperint? Ne longior sim, meminimus hic, vt in genit. inde Job 38.7. tota religionis doctrina, tenendam esse vani modestiæ & sobrietatis re- gula, ne de rebus obſcuris aliud vel loquamur, vel ſentiamus, vel ſcire euam

etiam appetamus quād quod Dei verbo fuerit nobis traditū. Alterum, ut in lectiōne Scripturæ, ius continenter querendis ac meditandis immo-remur que ad adificationem pertinent: non cur ositati aut rerum, inutilium studio indulgēamus. Et quia Dominus non in frivolis questionib; sed in solida pietate, timore nominis sui, vera fiducia, sanctitatis of-ficiis eradiare nos voluit, in ea scientia acquiescamus. Quia in obrem, si rite sapere volumus, relinquenda sunt nobis illa *ματαια ματαια*, quæ & ab o-tiosis hominibus de Angelorum natura, ordinib; multitudine absque Dei verbo traduntur. Scio hęc cupidiū à multis attipi, & maiori volu-ptati esse quā quę in vſu quotidiano sunt posita. Verum, nisi Christi disci-pulos esse nos piget, eim quā ipse methodum prescripsit, sequi ne pi-grat. Ita fiet ut eius magisterio contenti, à superfluis speculationib; à quibus nos renocat, non tantum abstineamus, sed etiam abhorreamus. Dionysium illum, quicunq; fuerit, nemo neguerit multa subtiliter & ar-gutè in ecclesiī Hierarchia disputasse: verūt si quis propriū excutiat, de-prehendet maxima ex parte meram esse garrulitatem. Theologo autem non irritando aures oblectare, sed vera, certa, utilia docendo, con-sciencias confirmare propositum est. Si librum illum legas, putas he minē de cœlo delaplum referre non quę didicis, sed quę oculis vidis. At qui Paulus, qui extra tertium cœlum raptus fuerat, non modò nihil talē prodidit, sed testans quoque est nefas eis homini loqui quę videbat arcata. Illa ergo nugatoria sapientia valere iusta, ex simplici Scripturæ doctrina 2. Cor. 12. 2.

considereremus quod de Angelis suis scire nos Dominus voluit.

5 Angelos esse celestes Spiritus, quorum ministerio & obsequio vti-Circœlestis Spiritus
tur Deus ad exequenda omnia quę decreuit, paſsim in Scriptura legitur: tu sicutur Ange-vnde & hoc illis nomen attinet, utrum est, q; illos veluti internuntios ad-hibet Deus ad eum hominibus manifestandū. Alię etiam quibus int̄fuguntur, Principatus, Domi-natur appellations, ex similitatione sumptuē sunt Exercitus vocat, quia Potestatus, Domi-ni satellites principem suum circundant, eius maiestatem exortant & conspicuum reddunt, & in star militum ad signum ducis sui semper in-teuti sunt, & ita parati sunt ac expediti ad capiendā illius iusta, ut simul ac annuerit, operi se accingant, vel potius sint in opere. Talem imaginē throni Dei, ad declinationē eius magnificentiam, quum alij Prophetae describunt, tum præcipue Daniel: vbi mille millia, & dec̄es mille myria das astit. Se dicit, quum Deus tribunal cōscendisset. Quoniam vero vim ac fortitudinem manus sue Dominus per ipsos mirabiliter exercitat ac de-clarat, inde Virtutes nominantur. Quia vero imperium suum in mundo Colos. 1. 15. per eos exercet ac administrat, ideo dicuntur nunc Principatus, nūc Po-testates, nūc Dominationes. Postremo, iusta in illis quodammodo resi-det gloria Dei, Throni quoque hac ratione appellantur. Quanquam de hoc postremo nihil velim aliterere: quia diuersa interpretatio vel equus, vel magis etiam congruit. Verūt hoc nomine omisso, prioribus illisq; peccatis Spiritus sanctus ad commendandam Angelici ministerij digni-tatem. Neq; enim equum est, sine honore præteriti ea instrumenta quibus numinis sui presentiam specialiter Deus exhibet. Quinetiam ob id non semel dij nuncupantur, q; in suo ministerio, "velut in speculo, diui-nitatem aliqua ex parte nobis representent. Tametsi enim mihi non dis-plicet q; veteres scriptores, vbi Scriptura Angelum Dei Abrahā, Jacob, Gen. 18. 1, &c. 12. 1, Mosi & aliis apparuisse commemorat, Christum faſe Angelum illū in-terpretantur: sopus tamen vbi de Angelis omnibus fit mentio, hoc no-men illis tribuitur. Neque id mirum videri debet: nam si principibus ac præfectis id honoris datur, quod Dei, qui summus est Rex & Iudex, vices gerunt in sua functione, longè maior causa est cur deferatur Angelis, in quibus diuinæ gloriae claritas multo abundantius eluet.

Dan. 7. 15:

Colos. 1. 15.

Ephes. 1. 21.

Gen. 18. 1, &c. 12. 1,

Ex 28. 10, 5. 14. Iu-

dic. 6. 14, &c. 12. 22

Vide cap. 15. 14

fine scilicet 3.

Psal. 82. 6.

Vide cap. 13. scilicet 7.

10.

De Angelis docet 6 Quod autem ad consolationem nostram fidicij; confirmationem scriptura, que ad facere maximè poterat, in eo docendo plurimum insit Scripturæ nrae cœlitatione nostrâ per Angelos diuinæ erga nos beneficentia dispensatores ess. & administratores confirmatiostris. Ideo que commemorat pro salute nostra ipsos excutare, suscipere rē p̄det nepe diu defensionem nostrâ, vias noltræ ditigere, solitudinem getare nequid ne erigat nos benefici aduersi nobis accidit. Vniuersales sunt sententiæ qua in primis ad Christiæ offensioffis stum, Ecclesiæ caput, deinde ad omnes fideles pertinent. Angelis suis tuis & administratores mandauit de te, ut custodiante in omnibus vinstuis In manibus portationis, illeque naras bunt te, ne forte offendas ad lapides in pedes tuos. Item, Manet Angelus modis Tunc Calu. Domini per circuitum eorum qui timent eum, & erunt eos. Quipus oderi rena Eccl. si erit bendit Deus, sese eorum quos custodiendos suscepit, tutelam Angelis formanderatione, scilicet delegate. Secundum hanc rationem Angelus Domini consolatur

Psal. 91.11. Agar fugitiuam, & dominæ sue reconciliari iubet. Pollicetur Abrahā seruo suo Angelum fore ducem itineris iphus. Jacob in benedictione Ephraim & Manasse precatur ut Angelus Domini, per quem liberatos fuerint ab omni malo, prosperari eos faciat. Sic Angelus protegendi Itaë. Ibid. 24.7. Ibid. 45.15. Litici populi castris praefectus fuit: & quoties voluit Israëlem Deus redire. Exod. 14.19. Exod. 23.20. merere manu hostium, Angelorum ministrio vindices excitauit. Sic deinde (ne plura commemorare necesse sit) Angeli Christo ministrantur, Indic. 1.1. & ei adfuerunt in omnibus angustiis. Eius est futuressionem mulieribus, 6.11. & 13.10. discipulis gloriiosum aduentum nuntiarunt. Itaque quo istud protestatio Matt. 4.11. nis noltræ munus impleant, contra Diabolum omnèque hostes nostros Lue. 2.43. depugnant, & vindictam Dei aduersus eos qui nobis infesti sunt, execuntur. Matt. 23.5.7. Quemadmodum legimus Angelum Dei, ut terribilem obſidio Lue. 2.4.5.9. ne lib. ratet, centum octoginta quinque millia in castris regis Assyrii v. 1.10. na nocte conſecrare.

2. Reg. 19.35. 7 Ceterum an singulis fidelibus singuli Angeli sint attributa ad eorum defensionem, pro certo afficerem non ausim. Ceterum quum Daniel An-

Nō visitatum. An gelum Persarum & Graecorum Angelum inducit, significat certos Angelos, quæque a stru. gelos regnū ac prouinciis quæque p̄tēs destinari. Christus etiam quum eis cuique sibi domine dicit Angelos puerorum semper videre faciem Patris, certos esse Angelos, quibus commendata sit eorum salus innuit. Sed ex eo nescio an colligi debeat, vnicuique præesse suum Angelum. Hoc quidem pro certo habitu, ut superius. Nam tantum vni Angelo vnumquemque nostrum eis curgat, sed inveniuntur eis quæque Angelos, sicut etiam in Singulis.

Dan. 1.13. De pluribus enim Angelis dicitur, quod Lazari animam in simum Abraham detulerint. Nec verò si uero ministro suo mostrarat Eli-sæus ot curtus 20. & 21. igneos qui peculiariiter illi destinati erint. Vnus est locus qui videtur ad id confirmandum alis paulo clarior. Nam quum Petrus e carcere edulcus pulsasset sores domus in qua congregati erant fratres, quum suscipi- 21. 16.10. Jue. 15.7. Jue. 16.23. 2. Reg. 1.17. All. 12.15. cari non possent eum esse, dicebant Angelum ipsius. Videtur hoc illis in mentem venisse ex communi conceptione, quod singuli sibi fidelibus p̄fides assignati sint tui Angelii. Quanquam hic quoque responderi potest, nihil obstat quominus vnumquemlibet ex Angelis intelligamus, cui Dominus tunc Petri curam mandafferit, neque tam propriece et per perpetuus eius cultos: quemadmodum vulgo imaginantur duos Angelos, bonum & malum, tanquam diuersos genios, singulis esse attribuitur. Neque tamen operari p̄petuum est anxiè inuestigare, quod seire nostrâ non nullum refert. Nam si eum hoc non satisfaciet, omnes celestis milie in oīd nes pro sa- lute sua excubias agere, non video quid proficeret ex eo postea si intelligat Angelum vnum peculiariter custodem sibi dñum. Qui vero ad vnu Angelum restringunt quam de vnoquoque nostrum curam Deus gerit,

magnam

magnum sibi & omnibus Ecclesie membris iniuriam faciunt: ac si de nihilo promissa essent illæ auxiliares copia, quibus vindique cincti & muniti animosius certemus.

Nihil facere prols. 13 Obiectari solent & alij quidam loci quibus ostenditur Deū inter ben arbitrij desiderium, reducto gratia sua subficio, explorare homines, & expectare quorū sibi locos, vbi sum conuentant sua studia: quāliter est apud *Oseam, Vadam ad hocum dicitur expellare meū, donec ponant in corde suo, & querant faciem meam. Ridiculus & speculator Deus, lumen (lumen) erat, si consideraret Dominus an Israel faciem suam quāsi quid facturi sint turus esset, nisi flexibiles fuissent animi, qui vtrouis suopote ingenio in homines.

Offic. 5.14.

speciem aspernantis ac proincitientis populum p̄t se ferre, donec viam in melius emendatit. Sed quid tandem ex talibus minus aduersarii elicent? Si volunt, populum à Deo derelictum conuersionem à seipso posse meditari, tota Scriptura reclamante id facient: si necessitatem Dei gratiā ad conuersionem fatētur, quid nobiscum litigant? At necesse riam ita cōcedunt ut suam homini velint seruatam facultatem. Vnde id probant? certè non ex loco illo, neque similib⁹ iahud est enim secede. e ab homine, & respicere quid sibi permisus relictus; agat: ihud, vites eius alijs quantulas vto modo imbecillitatis adiuuare. Quād ergo, dicet quispiam, insinuant iste formulæ? Respondeo perinde valere ac si ita loqueretur Deus, Quād loquidem nōnendo hortando, in repando nihil apud contumacem hunc populum proficitur subducā me pauisper, & cum afflicti tacitus finam. Videbo an aliquando eum post longas calamitates capiat mei recordatio, vt querat faciem meam. Abscedere autem Dominum procul, signat prophetiam submouere. Speculari ecquid facturi sint homines, significat tacitum & quasi se dissimularem afflictionibus variis eos ad tempus exercere. Vtrunque facit quā nos magis humiliet: citius enim cōtundere rem rerum aduersarum flagellis quām corrigeremur, nisi spiritu suo nos ad eam docilitatem componeret. Porro vbi Dominus intracta nostra peruicacia offensus & tanquam fatigatus, nos paulisper omittit (submoto scilicet verbo suo, in quo præsentia quādam sui exhibere solet) & experimentum capit quid se absente factur simus: inde falso colligitur, aliquas esse liberi arbitrii vites quas contemplaret & explorebat: quando non in alium id finem facit quām ut ad recognoscendam nostram v' de se nos adigit.

Hic & fid. 15. o-
Standū non facere prolibertate arbitrii patrōne, quod in Scriptura bona opera recantur Nostris, et mōs dicimus facere quod est in sancta placitione Deo, scilicet omnis bona opera in misericordiis ne quāsi in tenebris.

14 Pugnant etiam ex perpetua loquendi ratione quā tum in Scripturis, tum in hominum sermonibus obseruatur: siquidem bona opera nuncupantur nostra, & quod sanctum placitumque Domino est, non minus facere quām peccata perpetrare dicimur. Quād si peccata iure nobis imputantur, veluti à nobis profecta: certe & in iustitiā aliquid nobis assignandum eadem ratione erit. Neque enim consentaneum esset dissertationi vt ea diceteremur facere quibus agendis proprio motu inhabiles, instar lapidum à Deo mouemur. Ut ergo Dei gratiæ primas demus, nostram tamen operam vel secundariast tenere partes illæ loquitiones indicant. Si unum illud vrgentet, bona opera nostra nuncupati, ego vicepsim obicerem, panem nuncupari nostrum quem nobis dari à Deo posceimus. Quid ex possessioni titulo percipiemus, quām Dei benignitate ac gratuito munere nostrum fieri quod minimè alias nobis debetur? Ergo aut eandem in oratione Dominica ridcant absurditatē: aut ne propriū hunc habeant quod nostra vocant bona opera in quibus nihil habent proprium nisi ex Dei largitate. Atqui istud aliquāto est validius, quod nos ipsi Deū colere, tenue iustitiam, obedire Legi, bonis operibus studere Scripturam sepe affluitat. Hec quā sint propria mentis & voluntatis officia, quāmodo conueniret ad Spiritum hęc referri, & simul nobis

nobis tribui, nisi quædam esset studij nostrum diuina virtute cōmu-nicatio? His trias nullo labore nos exoluemus. si rite modū reputemus, quo in sanctis agit spiritus Domini. Extranea est illa similitudo qua nos inuidiosè grauans: quis enim ita desipit, vt hominis motionem à iactu la-pidis nihil a secrete autem? Neque vero quicquam simile consequitur ex nostra doctrina. In naturales hominis facultates referimus, appeti-ta, respicie: velle, nolle, eniti, resistere: tempe approbare v. initatem, re-spuere solidam bonum: velle malum, nolle bonum: eniti ad nequitiam, resistere iustitiam. Quid h̄c agit Dominus? si etiāmodi prauitate ut vult tanquam iusta instrumento, dirigit ic deliniat quo libuerit, vt per vi-tiosam manum bonum sum opus exequatur. Scelestum igitur homi-nem, qui Dei potentia sic seruit, dum libidini tantum suę obsequi studet, an cum falso conferemus, quod alieno impetu vibratum, nec motu, nec sensu, nec voluntate propria fertur? Videntis quantum sit discrimen. Quid vero in bonis, te quibus preicipua est quæstio? Vbi regnum in illis suum erigit voluntatem, ne vagis libidinibus sum deorsum raptetur, pro naturae inclinatione, per spiritum suum coheret: quo in sanctitate ac iustitiam propendeat, ad iustitiae sex regulam flebit, componit, for-mat, dirigit: ne titubet aut concidat, spiritus sui virtute flabit ac con-fimat. Quia ratio ac Augustinus, Dices mihi, inquit, ergo agimur, non agi-mus. Imo agis, & ageris: & tunc bene agis. si à bono agaris. Spiritus Dei qui te agit, agentibus adiutor est, non enim adiutoris praesertibit, quod & tu aliq. i. agas. Priore membro admonet actionem hominis non tolli spi-ritus sancti moru, qui à natura est voluntas, qua regitur ut ad bonum aspirat. Quod autem mox aliquantum, ex nomine auxili, posse colligi nos etiam aliquid agere, non conuenit ita accipete, quasi scorsum aliquid no-bis tribuat: sed ne foueat in nobis ignauam, sic Dei actione cum nostra conciliat, vt velle sit à natura, bene autem velle à gratia. Ideo paulo ante dixerat, Nisi Deus nos adiuuet, non modo non vincere, sed neque pu-gnare poterimus.

15 Hinc apparet, gratiam Dei (vt hoc nomen sumitur vbi de regene-ratione est sermo) esse spiritus regulam ad dirigendam ac moderandam hominis voluntatem. Moderari nō potest quin corrigit, quin reformat, quin renouet (vnde dicimus principium reg. naturae esse, vt quod no-strum est aboleatur) simul quin moueat, agat, impellat, ferat, teneat. Vnde vere dicimus illud in solidū esse omnes quæ inde emanant actiones. Interim non negamus verissimum esse quod Augustinus docet, non destruit gratia voluntatem, sed magis reparat in qua vtrunq; optimè constat: vt in-staurati dicatur hominis voluntas, dū correcta virtutis & peruetitatem ad veram iustitiam regulā dirigitur: & simul noua in homine voluntas dicatur creari, quia sic virtutia corruptaque est, vt nouum penitus ingenium induere necesse habeat. Nihil iam obstat quoniam rite agere dicamus quod ait spiritus Dei in nobis, etiam si nihil à seipso conferat nostra vo-luntas quod ab eius gratia separatur. Idēque memoria tenendum quod alibi ex Augustino citavimus, frustra quoddā satagere vt in hominis vo-luntate quicquam boni proprium repetiant; quicquid enim mixtura ex libeti arbitrii virtute afferre studet homines ad Dei gratiam, nihil aliud quam eius corruptio est: perinde ac si quis lutoſa & amara aqua vinum dilueret. Et si autem quicquid in voluntate boni est, ex inero spiritus in-stiauctu prouenit, quia tamen nobis naturaliter ingenitum est velle, non abs ea agere dicimus quotum laudem sibi iuste Deus vēdicit: primū, quia nostrum est eius benignitate quicquid operatur in nobis, modo nō à nobis esse intelligamus: deinde quia nostra est mens, nostra voluntas, nostrum studium, quæ ab eo in bonum diriguntur,

Hic & filii. 17. 18. 16 Quæ præteœa hinc inde testimonia corradiunt, mediocribus e-
19. oponuntur. id tiam ingenuis non multum facilius negotijs, que superiores modo so-
quot alia Scripturae luctiones probe imbibentur. Citant ex Genesi sententia illam, Sub te
rati testimonia, qui est appetitus eius, & tu dominaberis illi: quam de peccato interpretan-
bus gratia Dei habetur, ac Cain promitteret Dominus, non fore in animo eius vim supe-
fles abutuatur ad petiorem peccati, si in eo perdomando laborare vellet. Nos autem ma-
stabilitiendum liberi congruere dicimus ordini orationis, ut de Abele accipiat hoc di-
rum arbitrium.

Gon. 4.7.

Etum illuc enim iniuriam inuidig, quam in featuem Cain conceperat,
arguere propositum est Deo. id facit duplice ratione: quod frusta medi-
tabatur felius quo fratrem præceleret apud Deum. apud quē nullus est
honor nisi iustitia: deinde quod nimis ingratus esset iam acceptio Dei
beneficio, qui ne subiectum quidem suo imperio fratrem ferre posset.
Verum ne hanc interpretationem ideò videamus amplexari quod alie-
ta nobis contraria sit, deinceps sanè de peccato loquutum fuimus. Deum. Si
ita est aut promittit hoc Dominus, quod denuntiat, aut iubet. Si iubet,
nullum inde probationem facultatis humanae sequi iam demonstrau-
mos: si promittit, ubi promissionis complemetum, quando peccato, cui
dominari ipsum oportebat, Cain succubuit? Promissioni inclusum dicet
tacitam cōditionem, ac si die retrorsum victoriā reportaturum fuisset si cer-
taret: sed quis recipiat istas ambages? Nam si ad peccatum referatur ista do-
minatio, nemo ambigat imperium esse orationem, in qua non defini-
nitur quid possimus, sed quid vel supra potestatē debeamus. Quanquam
Rom. 9.16. & res ipsa & ratio Grammaticæ postulant, comparationem fieri Cain &
Abelis: quia primogenitus frater minori posthabitus nō fuisse, nisi pro-
prio scelere deterior.

17 Utuntur & testimonio Apostoli, quia dicit non esse volentis, nec
currentis, sed miserentis Dei: ex quo eliciunt, aliquid esse in voluntate &
conatu, quod per felicem imbecillum, misericordia Dei, adiutum, prospe-
ro successu non caret. Atqui si sobrie penitentem que illic causat tracte-
tur à Paulo, ista sententia non adeò incōsiderata abutetur. Scio eos
Orig. lib. 7. in epist. ad Rom. Hieronymus citare suæ expositionis suffragatores:
Eg. 1. in Pilgrim. posse Origenem & Hieronymum citare suæ expositionis suffragatores:
possem & illis vicissim Augustinū opponere: sed quid illi opinari sint
nolam nihil refert, si constat quid voluerit Paulus. Illic docet, iis demum
paratam esse salutem quos sua misericordia Dominus dignetur: tuinam
& in teritum manete quoscunq; non elegerit. Reproborum soritem sub
Pharaonis exemplo demonstrauerat: gratituta quoque electi onis certi-
tudinem Mosis testimonio confirmat, Miserebor cuius miserebor.
Concludit, non esse volentis aut currentis, sed miserentis Dei. Quod si
in hunc modum intelligatur, non sufficiere voluntatem aut conatum
quia tantæ mali sunt impates: parum conuenienter à Paulo dictum foret.
Proinde apage istas argutias, Non est volentis neque currentis: ergo
est aliqua voluntas, est aliquis cursus. Simplicior enim est mens Pauli,
Non est voluntas, non est cursus que nobis viam ad salutem compa-
rant: sola est hic Domini misericordia. Non enim aliter hic loquitur

Tit. 3. 4.

quam ad Titum, ubi scitibit apparuisse Dei bonitatem & humanitatem,
non ex operibus iustitia quæ fecimus nos, sed pro immensa eius mis-
ericordia. Ne illi quidem ipsi qui arguantur Paulum innuissile aliquā esse
voluntatem & aliquem cursum, quia negaverit esse volentis aut currentis, nulli ad eandem formam ratiocinari concederent, aliqua nos bona
opera fecisse, quia negat Paulus ex operibus quæ fecerimus, Dei boni-
tatem nos assequitos. Quod si virtus in hac argumentatione perspiciūt,
Ep. ad Tit. 3. aperiant oculos, & suam non catere simili fallacia cernent. Firmam esse
viam ratio illa qua nimirum Augustinus, Si ideo dictum foret non esse vo-
lentis, ut p̄ currentis quia non sufficiat voluntas nec cursus: posse in
contra-

contratiam partem retorqueri, non esse Dei misericordia, quia neque sola illa ageret. Quum hoc secundum sit absurdum, meritò concludit Augustinus, ideo esse hoc dictum quia nulla sit hominis voluntas bona, nisi præparetur à Domino: non quin velle debemus & curremus: sed quia virtus tua Deus efficit in nobis. Non minus inscitè torqueatur à quibusdam illud Pauli. Dei cooperatijs sumus, quod ad solos ministros restringi minimi dubium est: cooperarios autem vocari non qui ex se quicquam affirant, sed quoniam eorum opera virtutur Deus postquam idoneos reddidit instrucitus necessariis dotibus.

18 Ecclesiasticum p. oducunt, quem dubia authoritatis scriptorem esse non ignorarunt. At enim ut à nobis non repudietur (quod facere tam iure nostro nobis licet), quid ille testatur pro libero arbitrio? Dicit, hominem statim atque creatus fuit, relictum esse in manu consilij sui: data illi esse precepta, quæ si seruaret, ab illis vicissim seruaretur: ante hominem positi sunt vita & mortem, bonum & malum: quodcumque voluerit, ei datum iri. Esto acceperit homo à sua creatione facultatem adipiscendæ vitæ aut mortis: quid si ex aucto responderemus perdidisse? Ceteri animus non est contradicere Solomoni qui afferit hominem retinere ab initio creatum esse, ipsum sibi ascinitæ multas adiumentiones: verum quia homo degenerando, & sui & honorum omnium naufragium fecit, quicquid primæ creationi tribuitur, non protinus sequitur in vita tam ac degenerem naturam competere. Ergo non illis modò, sed ipsi quoque Ecclesiastico (quicunque tandem sit) respondeo. Si hominem vis instituere ut apud seipsum acquirenda salutis facultatem querat, tanti non est nobis tua authoritas ut vel minimi preiudicij aduersus indubitatum Dei verbum vicem obtineat: sin malignitatem carnis duntaxat coerce-re studes, quæ sua mala in Deum transferendo, vanam defensionem captare solet: ideoque respondes testitudinem homini inditam fuisse quod ipsum exitij sibi causam esse appareat, libenter assentio: modò mihi tu sum tecum hoc conuenias, iis ornamentiis quibus eum Dominus initio induerat, nunc sua culpa esse spoliatum: atque ita patiter fateamur medico nunc opus esse, non patrono.

19 Nihil tamen frequentius in ore habent quam parabolam Christi de viatore, quem semiuiuum latrones in via proiecerunt. Sub viatoris huius typo, calamitatem representari generis humani, scio vulgatissimum esse omnibus penè scriptoribus. Inde argumentum sumunt nostri aduersarij, non ita peccati ac diaboli latrocinio mutilatum esse hominem quin superstites retineat bonorum priorum reliquiæ: quandoquidem dicitur relictus esse semiuius. Vbi enim est illud vita dimidium nisi recte & ratione & voluntatis pottio aliena maneret? Primum, si nolim locundare ipsorum allegorij, quid obsecro facturi sunt nam præter germanum orationis Domini sensum, à patribus excogitatum fuisse nihil dubium est. Allegorij ultra procedere non debent quam præuntem habent Scripturæ regulam: tantum abest ut fundandis ullis dogmatis perse sufficient. Neque de sent rationes quibus possim, si lubeat, totum hoc commitem conuillere: neque enim dimidiā homini vitam relinquit Dei verbum, sed penitus interitile docet quantum ad beatæ vitæ rationem. Non semiuiuos diei sanatos Paulus, dum loquitur de nostra redēptione: sed quum mortui essentus suscitantes: non semiuiuos inclamat ad recipiendam Christi illuminationem, sed dormientes & sepultos: nec secus Dominus ipse, dum horam venisse ait qua mortui ad vocem suam resurgent. Qua fronte leuem allusionem tot claris sententiis opponentere Valeat tamen allegoria hæc pro certo testimonie: quid tamen à nobis extorquebūt? Semiuius est homo: habet igitur aliquid saluum: nempe

*1 Cor. 3, 7.**Eccles. 15, 14.**Eccles. 7, 30.**Ephes. 2, 5.
Ibid. 5, 14.**Iohann. 5, 25.*

habet mentem intelligentiam capicem: etiam si ad cœlestem spiritualēm: que sapientiam non penoret, habet nonnullum honestatis iudicium: habet aliquem diuinitatis sensum, utcunque veram Dei rationem non assequatur. Sed quōd illa recidunt: certe non efficiunt ut nobis illud Augustini, communibus etiam scholatum suffragans approbatum, admittatur. Adempta esse homini post lapsum gratuita bona unde salus dependet: naturalia vero corrupta polluta esse. Stet ergo nobis indubia ista veritas, quæ nullis machinamentis quaere fieri potest. Menem hominis sic alienatam prouersus à Dei iustitia, ut nihil non impium, contortum, secundum, impurum flagitiosum concipi. it. concupiscit, molitur: et peccati veneno ita penitus delibutum, ut nihil quād corruptum sacerdotem efflare queat. Quod si quippe iam interdum boni in speciem ostentant, mentem tamen semper hypocriti & fallaci obiquitate inuolutam, aut unum interiori peruersitate illigatum manent.

Homini perditō querendam in Christo redēptionem esse.

C A P V T VI.

*Inuidens nūbit esse
egozatione Dei crea-
turæ, nū ji ſa, cedat
etiam fidem ipsius in
vñigeniti persona Redemptor apparet Deus, qui homines peccato ſœ-
Christi & Patram, datos & corruptos pro ſuo opere non agnoscit. Ergo post quād excidi-
re redemptio no-
minus à vita in mortem, inutilis effettu illa Dei creatoris, de qua diffe-
bi pr. p. e. ſed in ruitus, cognitio, niſi ſuccederet etiam fides, Deum in Christo & atem
qui ueritatem ab nobis preponens. Etaq; quidem hic genuinus orto ut mundi fabrica no-
biſchola effet ad pietatem diſcedam: unde ad aeternam vitam & per-
mula ſci huius: ſed post def. & tionem quoque vnu-
tamus oculos, ſuſum & deoſum occurrit Dei maledictio, quæ dum in-
Duxit.*

QVAM in Adæ persona perierit totum humanū genus, nobis adeò egozatione Dei creaturæ, nū ji ſa, cedat etiam fidem ipsius in vñigeniti persona Redemptor apparet Deus, qui homines peccato ſœ-Christi & Patram, datos & corruptos pro ſuo opere non agnoscit. Ergo post quād excidi-
re redemptio no-
minus à vita in mortem, inutilis effettu illa Dei creatoris, de qua diffe-
bi pr. p. e. ſed in ruitus, cognitio, niſi ſuccederet etiam fides, Deum in Christo & atem
qui ueritatem ab nobis preponens. Etaq; quidem hic genuinus orto ut mundi fabrica no-
biſchola effet ad pietatem diſcedam: unde ad aeternam vitam & per-
mula ſci huius: ſed post def. & tionem quoque vnu-
tamus oculos, ſuſum & deoſum occurrit Dei maledictio, quæ dum in-
noxias creatureculas culpa nostra occupat & inueluit, desperitione animas
noſtras obtutat neceſſe est. Etsi enim multis adhuc modis paternum erga
nos fauorem extare vult Deus, ex mundi tamen conſpectu patrem col-
ligere non licet, vbi non intus intus virget conscientia, ostendit que iuſti in
peccato abdicationis cauſam effeſt, ne pro filiis nos censeat Deus vel repu-
tet. Accedit & ſocordia & ingratitudine: quia nec mentes noſtræ, vi ſunt
excusat, quid uerum ſit certum: & ut praui ſunt omnes ſenſus noſtri,
Deum malignè ſua gloria fraudamus. Itaque uenientum ad illud Pauli,
Quoniam in ſapiencia Dei nō cognouit mundus per ſapienciam Deum,
placuit Deo per ſtultitiam per educationis ſalios facere credentes. ſapien-
tiam Dei appellat magnificum hoc theatrum cœli & terre, innumeris
imitaculis refertum, ex cuius intuitu ſapiens Deum cognoscere dece-
bat: ſed quia tam mali illi profectimus, reuocat nos ad fidem Christi, quæ
ob ſtultiæ ſpeciem incedulis laſtudio eſt. Quanquam ergo humano
ingenio non respondet praedicatione crucis, humilitate tamen canit ampli-
et oportet, ſi ad Deum opificem noſtrum & ſuſorem, à quo ſumus alieni, redite cupimus, ut nobis iterum Pater. incipiat. Certe post la-
pſum primi hominis nulla ad ſalutem valuit Dei cognitione abſque Me-
diatore: quia non de ſua tantum etate loquitur Christus, ſed omnia ſe-
cula comprehendit, quem dicit hanc eſſe uitam aeternam, cognoscete
Patrem uerum uenientem Deum, & quem ille misit Iesum Christum. Quod ſe-
dior est eorum ſocordia, qui cœlum profaniſ & incredulis quibuslibet
pateſciunt, abſque eius gratia quem Scriptura paſſim docet uinciam eſſe
ianuam

ianuam qua in salutem ingredimur. Quod si quis ad Euangelij promulgationem illud Christi dictum refingere velit, in promptu refutatio est, quia omnibus & seculis & Gentibus communis fuit ratio illa, non posse absque reconciliatione placere Deo, qui alienati sunt ab eo, & maledicti pronuntiantur ac filii ire. Huc adde quod respondit Christus iulieri Samaritanorum: Vos adoratis quod nescitis: nos autem adoramus quod sci-
mus: quia salus ex Iudeo est. Quibus verbis & quibus Gentium religio-
nes falsitatis damnat, & rationem assignat, quia soli electo populo fue-
rit promissus regnator sub Lege: unde sequitur, nullum unquam Deo
cultum placuisse nisi qui in Christum respiceret. Unde etiam affimat Pau-
lus, Gentes omnes absque Deo fuisse, & spe vite orbatas. Iam quum do-
ceat Iohannes, vitam ab initio fuisse in Christo, & ab ea excidisse totum
mundum, ad fontem illum redire necesse est: atque idcirco Christus, quatenus
est propitiator, se vitam esse assertit. Et sane non ad alios quam Dei
filios pertinet cœlorum hereditas. Filiorum autem loco & ordine censem
minime consentaneum est qui non insiti sunt in corpus unigeniti
Filii. Et clarè testatur Iohannes, qui credunt in eius nomen, filios Dei sie-
ri. Sed quia de fide in Christum ex professo differere mihi nondum pro-
positum est, in transcurso attigit satis fuerit.

2. Ac proinde veteri populo nunquam se Deus ostendit propitium, *Hic & sic 3. & 4.*
neque spem gratiarum unquam fecit aliquis Mediatores. Omisso sacrificio Le-
gis, quibus palam & aperte edocti fuerunt filieles, non alibi quam in ex-
piatione que à solo Christo peracta est, querendam salutem esse. Hoc mox probatur, se
tantum dico, beatum & felicem Ecclesie statum semper in Christi per-
sona fuisse fundatum. Nam etsi Deus toram Abraham sobolem in secundum tamen semper in Chri-
stuo complexus est, prudente tamen ratiocina ut Paulus, Christum pro-
priè esse filium illud in quo benedicenda erant omnes Gentes: quando datur: quia &
scimus non omnes qui secundum carnem ex eo geniti sunt, reputatos ma-
electi populi fuisse in semine. Nam vt de Ioseph & aliis taceam, qui factum est ut ex doptio, & Ecclesiæ
duobus filiis Isaac, nempe Esau & Iacob fratribus geminis, quum adhuc conseruatio libera
in utero matris coniuncti essent, uno electo alter repudiaetur? Imò quia tamen in periculis, &
factum est ut primogenito reiecto, minor natu solus gradum tenuerit? *Instauratio post dis-*
*Vnde etiam contigit ut maior pars abdicaretur? Patet igitur in uno pre-*sipaturn, à gratia**

*cipiente capite censeri Abrahæ semen: nec salutem promissam constare do-*Mediatoris semper**

*nec ad Christum ventum fuerit, cuius officium est que dissipata erant col-*pendedebat meq; alibi**

ligere. Prima itaque electi populi adoptio à gratia Mediatoris pendedebat, sive unnum prius

*Quod etsi non adeò claris verbis exprimitur apud Mosen, vulgo tamen unquam fuit respo-*piis omnibus fuisse notum satis appareat. Nam antequam Rex in populo sita quam in Chri-**

creatus esset, iam Hanna Samuelis mater de piorum felicitate differens, sibi.

*in suo cantico sic loquitur, Dabit iherbit Regi suo Deus, & exaltabit cor-*Galat. 3.16.**

nu Messias sui. Quibus verbis intelligit Deum Ecclesiam sue benedicturum. Ambulabit

Sacerdos quem constituum coram Christo meo. Nec verò dubium est

quoniam celestis Pater in Davide eiusque posteris conspicui voluerit vivam

*Christi imaginem. Ideo piros ad Dei timorem horrari volens, iubet oscu-*Psal. 2.12.**

*lati Filium: cui scilicet hæc Euangelij sententia responderet, Qui non ho-*Iohann. 5.23.**

*norat Filium, non honorat Patrem. Itaq; licet decem tribum defectio-*t. Reg. 11.12. 34.**

*ne collapsum fuerit regnum, secundus tamen quod pepigerat Deus in Da-*uide & eius successoribus, stare oportuit, sicut & per Prophetas loquutus**

*est, Non secundum prorsus regnum propter David seruum meum & pro-*Iher. 32.**

pter Ierusalem quam elegi: sed filio tuo restabit tribus una: ubi secundum

*& tertium idem repetitur. Disertè etiam adscribitur, Affligam semen Di-*uidis: sed non cunctis diebus Aliquo postea temporis intervallo dictum**

est, Propter David seruum suum dedit lucernam Deus in Ierusalem, ut t. Reg. 15.4.

- 1. Reg. 11.34.* suscitaret ei filium, & saluam tueretur Ierusalem. Iam quum res ad interitum vergerent, iusfus dictum fuit, Noluit Deus dispergere Iehudah propter Dauid seruum suum, qui a loquutus etat ut daret ei lucernam & filius eius in perpetuum. Huc redit summa, præteritis omnibus aliis, *1. Psal. 78. 60.* uidem vnum fuisse electum, in quo beneplacitum Dei resideret: sicut idicitur alibi, Repulit tabernaculum Silo, & tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit: sed elegit tribum Iehudah montem Sion quem dilexit. Elegit seruum suum Dauid, ut pasceret Iacob populum suum, ha-reditatem suam Israël. Denique sic Ecclesiam suam seruare voluit Deus, ut eius incolunitas & salus a capite illo penderet. Ideoque exclaims Dauid, Iehouah fortitudo populi sui, robur salutum Christi sui. Et mox pre-
cationem addit, Serua populum tuum, & benedic ha-reditati tui: signi-
ficans Ecclesiam statum indiuiduo nexu cum Christi imperio conionctu-
1. Psal. 28.8. esse. Eodem sensu alibi, Serua Iehouah, Rex exaudiat nos quo die inuocabimus. Quibus verbis aperiens docet, fideles non alia fiducia confug: se ad Dei opem, nisi quia delitecebant sub Regis praesidio, quod ex alio
1. Psal. 118.25. Psalmo colligitur, Serua Iehouah, benedictus qui venit in nomine Ieho-
uah: vbi satis constat reuocari ad Christum fideles, ut se Dei manu saluos
1. Psal. 80.18. fore sperent. Eodem respicitalia precatio, vbi tota Ecclesia Dei misericor-
diam implorat, Sic manus tua super virum dexteram tuam, super filium ho-
minis quem consueasti (vel aptasti) tibi. Nam etsi populi totius dissipati-
onem deplorat author Psalmi, tamen instaurationem flagrat in solo
1. Thren. 4.20. capite. Vbi autem populo in exilium abducto, vastata terra, & rebus in
speciem perditis, Ecclesia cladem luget Ieremias, præcipue regni intetitu spem fidelibus præcisam esse queritur. Christus, inquit, spiritus oris no-
strici captus est in peccatis nostris, cui diximus, In umbra tua uenimus in-
ter Gentes. Hinc iam latit liquet, quia non potest Deus propitius humano
generi esse absq; Mediatore, sanctis Patribus sub Lege Christum semper
fuisse obiectum, ad quem fidem suam dirigerent.
- 3 Portò vbi rebus afflatis solarium promittitur, maxime vbi describitur Ecclesie liberatio, fiduciae & spei vexillum in Christo ipso præfigi-
tur, Egredens est Deus in salutem populi sui cum Messiah suo, inquit Ha-
bacuc. Et quoties de instauratione Ecclesie mentio sit apud Prophetas,
populum reuocant ad promissionem Dauidi factam de regni perpetuitate. Nec mirum, quia nulla fuisset alioqui fœderis stabilitas. Quo perti-
net insigne illud responsum Isaiae. Quum enim videtur ab incredulo re-
ge Achaz repudiari quod de soluenda oblidione Hierosolyma & pre-
senti salute testatus fuerat, quasi ex abrupto transiit ad Messiam, Ecce vir-
go concipiet ac pariet filium: oblique significans, quanuis Rex & popu-
lus sua prauitate reuiceret oblata sibi promissionem, acsi data opera
incumberent ad labefactandam Dei fidem, non forte tamen irritum fœ-
dus quin suo tempore veniret redemptor. Denique Prophetis omnibus
1. Isa. 55.3. cura fuit, ut Deum placabilem ostenderent, semper in medium proferre
1. Isa. 23.6. illud Dauidis regnum unde pendebat & redemptio & æterna salus. Sic
1. Ezech. 34.23. Isaías, Statuam vobiscum fœdus, misericordias Dauidis fideles, ecce teste dedi eum populis. Nempe quia in rebus perditis non aliter sperate poterant fideles, nisi teste illo interpolito, Deum sibi fore exotabilem. Eodem modo Ieremias ut desperatos erigat, Ecce, inquit, dies veniunt quibus sus-
citabo Dauid gerimen iustum, & tunc seruabitur Iuda, & Israël turò ha-
bitabit. Ezechiel autem, Suscitabo super oues meas pastorem vnu, nem-
1. 1. 37.25.26 pe Dauidem seruum meum. Ego Iehouah illis in Deum ero, & seruus
meus Dauid in pastorem: & percutiam cum iis fœdus pacis. Item alibi,
postquam de incredibili renovatione disseruit, Seruus, inquit, meus Da-
uid erit Rex eorum, & erit Pastor vnu super omnes, & fœdus pacis eret.

num percutiam cum ipsis. Pauca ex multis delibo, quia tantum lectores
volo admonitos, spem omnium piorum non alibi vñquam fuisse repon-
soram quam in Christo. Succinunt etiam alij omnes Prophetæ, sicuti a-
pud Oseam dicitur, Congregabuntur filii Iuda & filii Israël patiter, & po-
nent sibi caput vnum: quo i postea clarius ex̄ licat, Reuertentur filij Is-
raël, & in p̄uient Iehouah̄ Deum suum & Davidem Regem suum. Mi-
chias cuiam de populi reditu verba faciens, d̄serit exprimit, Transibit Mich. 2.13.
Rex ante ipsos, & Iehouah̄ in capite eorum. Sic Amos populi renouatio Amos 9.11.
nem promittere volens, suscitabo, inquit, in die illa tabernaculum Da-
uid quod collapsum est, & scipiam interruptiones, & subuersiones erigā,
nempe quia vnicum illud erit sal uis vexillū n, itera n in sublime emet
gēte regiam gloriam in famlia Davidis, quod in Christo impletum est.
Itaq; Zicharias, sicuti eius seculum Christi manif. stationi proprius etat, Zach. 9.
apertius exclamat, Lætate filia Sion, ubi la filia Ierusalem, ecce Rex tuus Psal. 28.8.
venit tibi iustus & seruatus. Quod loco Psalmi antē citato respondet, Iehouah̄ robu. salutum Christi tui, serua Iehouah̄: ubi salus à capite ad totum corpus extenditur.

4 His vaticiniis ita imbui voluit Deus Iudeos, ut liberationis peten-
dæ causâ, restâ oculos ad Christum conuertetent. Nec verò quanuis tur-
piter degenerasset, potuit tamen aboliri memória generalis illius prin-
cipij. Deum per manum Christi, sicuti Davidi pollicitus fuetat, fore Ec-
clesiæ liberatorem: atque demum hoc modo firmum fore gratuitum fœ-
dus quo Deus electos suos adoptauerat. Hinc factum est ut in ore pue-
rorum personaret canticum illud, quum Christus Hierosolymam pau- Mat. 21.7.
lo ante mortem ingressus est Hosanna filio David. Vulgo enim no' um
ac celebre fuisse apparet atque ex commuoī vsu petitum quod canebat
vnicum sibi restare misericordie Dei pignus in aduentu redemptoris.
Hac ratione Christus ipse discipulos, ut distinetè & perfidè credant Deo,
iubet in se credere: Creditis in Deum, & in me credite, inquit. Etsi enim Iohann. 14.1.
proprietà loquendo, à Christo fides à Patrem consenserit, significat tamē
eam, etiam si Deo ianuitur, paulum euanscere, n. si intercedat ipse me-
dius qui eam in solidâ similitate retineat: alioqui altior quoque est Dei Vide lib. 3. cap. 2.
maiestas quād ut ad eam penetrarent mortales qui tanquam vermiculi suēt.1.
per terram reptant. Quare illud vulgare dicitur sic admixto, *Deum esse *Vide I. 1. 1. lib.
fidei obiectum, ut tamen correctione opus habeat: quia non frustra vo- 4. cap. 18.
catur Christus inuisibilis Dei imago: sed hoc elogio monemut, nisi oc- Colossi. 1.15.
currat nobis Deus in Cntillo, non posse in fiduciam nobis innoscere.
Etsi autem apud Iudeos falsis commentis obrenebauerat scrib̄ quod
de Redemptore Prophetæ tradididerant, sumpsit tamen pro confesso Christus, quasi publico consensu receptum, non aliud rebus petitiis esse re-
medium, nec modum alijm liberandæ Ecclesiæ, quam Mediato exhibito.
Non fuit quidem vulgo cognitum ut decebat, quod docet Paulus, Rom. 10.4.
Christum esse finem Legis: quād tam eu verum sit ac certū, ex Lege ipsa
& Prophetis liquido patet. De si te nōdum diffiero, qui i. alib: oportuni. ot
erit locus: hoc modo fixum lectoribus maneat, Primus ad pietatem gra-
duis sit agnoscere Deum eis: nobis Patrem, ut nos rueretur, gubernet ac
foueat, donec colligit in æternâ hereditatem regni sui: hinc palam fieri
quod nuper diximus, salutificam Dei cognitionem abique Christo non
constare: id eo exordio mundi ipsum fuisse propositum omnibus
electis in quem respicerent, & in quo acquisceret eorum fiducia. Hoc
sensu scribit treuans Patrem, qui immensus est, in Filio esse finitum, quia
se ad modulum nostrum accommodauit, ne nientes nostras immensitate
sue gloria absforbeat. Quod fanatici non reputantes, vtilem sententiam
ad impium phantasma detorquent, acsi portio tantum diuinitatis à tota

1.Ioh.2.23.

perfectione de fluēs in Christo est: t: quām nihil aliud v: lit quām Deum in Christo solo comprehendēti. Omnino vētūm semper fuit illud Iohannis, Qui non habet filium, neque Patrem habet. Nam et si olim gloriati sunt multi summum numen, cœlestis & terræ opificem se coleat: quia tamen nullus illis erat M: dia: or, fieri non potuit ut Dei misericordiam vere gustarent, atque ita persuasi essent sibi patrem esse. Quia ergo caput non tenebant, hoc est Christum, euanida fuit apud eos Dei cognitio: unde etiam factum est ut in crassis fœdatisque superstitiones demū prolapsi, ignorantiam suam proderent. sicuti hodie Turcæ, quanvis plenis buccis prædicent cœli & terzæ creatorem suum esse Deum, substituant tamen in locum veri Dei idolum, dum a Christo abhorrent.

Legum fr̄isse datam, non que populum veterem in se retinaret, sed que sōuent sp̄em salutis in Christo usq; ad eius aduentum.

CAPUT VIII.

Terties repetita ex-

deris mentio apud

Mosen, ut ceremo-

niū ratio præseri-

ptatā in sacrificiis

quām in ablutioni

bus item iuxta faci-

dū in tribu Eom,

et regia dignitas

in David & postea

re lex etiā dicim

præceptū per Mo-

ses promulgata, sa-

pe cœdunt, legē

a. in religiosis

et mortis traditā, non

vniuersitas & figuræ

quibus rēpōde. it veritas) es erit prorsus lusoria. Qua-

sufficiatā vt vute

diligenter expenditur

locus ille, vbi Deus

Mosen iubet quæcunque ad ta-

renim, sed vt in

bernaclum pertinent formare secundū exemplar

quod ostensum ill-

litteris cordibus fo-

merit sp̄e fidutis in

Christo, usq; ad eiū

aduentū, et homi-

nis ad Christū que-

rendū preparare.

Act.7.44.

Heb.8.5.

Exo.25.40.

Exo.19.6.

Ex continua illa, quam re: ulimus, serie colligere licet, Legem non ideo post mortem Abrahæ quadringentis circiter annis fusse super-additam, vt electum populum à Christo abduceret: immo vi suspensiōs teneret animos usq; ad eius aduentum, accenderet etiam eius desiderium, & in expectatione confirmaret ne longiore mora deficerent. Legis nomine non solū decem præcepta, quā pīe iustēque viuendi regulam præstabant, intelligo, sed formam religionis per manum Mosis à Deo traditam. Neque enim datus est Moses legislator qui benedictionem generi Abr:ha promissum aboleret: immo videmus vt passim reuocet in me moriam Iudæis gratuitum illud fœdus cum patribus eorum percussum, cuius hætedes erant: acsi ad illud renouandum missus foret. Id clarissime ex ceremoniis patescatum fuit. Quid enim magis inane aut frivo-
lum quām homines, vt se Deo reconcilient, sœtidum nidorem ex adipi-
tione fœdū, legē pecudum offerte: vt fôrdes suas eluant, ad aquæ vel sanguinis aspersionē configere? Denique totus legalis cultus (si per se reputetur, nec contineat a Mōsi traditā, non vniuersitas & figuræ quibus rēpōde. it veritas) es erit prorsus lusoria. Qua-
sufficiatā vt vute
diligenter expenditur
locus ille, vbi Deus
Mosen iubet quæcunque ad ta-
renim, sed vt in
bernaclum pertinent formare secundū exemplar
quod ostensum ill-
litteris cordibus fo-
merit sp̄e fidutis in
Christo, usq; ad eiū
aduentū, et homi-
nis ad Christū que-
rendū preparare.

Nempe quia ad finem non attendunt, à quo si legales figurae separantur, vanitatis damnatio necesse est. Atqui ostendit typus ille, Deum non ideo mandasse sacrificia: vt cultores suos occuparet in terrenis exercitiis, sed potius vt altius et: geret eorum mentes. Quod etiam ex eius natura liquido consolare posset: quia, vt spiritualis est, non alio quām spirituali cultu oblectatur. Testantur hoc tot Prophetarum sententiae, quibus Iudeos so-
cordia arguunt, quod putent vñius esse apud Deum momenti quævis sacrificia. An quia Legi quequam detegate consilium sit? Minime: sed (vt erant veri illius interpres) hoc modo ad scopum oculos dirigi volueront, à quo vulgus errabat. Nam ex gratia Iudeis oblata certò colligitur legem Christo non fuisse vacuam: huic enim adoptionis fæm illis proposuit Moses, vt essent Deo in regnum sacerdotale: quod si sequi nō poterant nisi maior & præstantior quām ex sanguine pecudum reconci-
liaatio

Iatio intercederet. Qui enim minus consentaneum, quād Adæ filios, qui hereditaria labe nascuntur omnes peccati mācipia, in regiam dignitatem attollit, & hoc modo fieri glorificare Dei contiones, nisi at hunc illis proueniret tam præclatum bonum? Ius quoque sacerdotij quomodo apud eos vigere potuit qui virtutum fardibus abominabiles Deo erant, nisi consecrati essent in sancto capite? Quare eleganter Petrus illud Moses dictam conuexit plenitudinem gratiae, cuius gustum sub Lege perceperant Iudei, in Christo exhibitim esse docens. Vos estis genus electum, 1. Pet. 2. 9.

inquit, regale sacerdotium. Huc enim tendit vocum iuratio, plus adeptos esse quibus apparuit Christus per Euāgeliū, quād illorum patres: quia omnes prædiū sine sacerdotali honore & regio, vt Mediatore suo fieri, liberè in Dic conspectum pro sine audeant.

2 Atque hic obiter notandum est, regnum quod tandem erexitum fuit in familia Dauidi, esse Legis partem, & cōtineri sub Motis ministerio: unde sequitur, tam in toto genere Leunitico quād in posteris Dauidis Christum oculis veteris populi quasi in duplice speculo fuisse obiectum. Quia, vt nuper dixi, non aliter cotam Deo esse poterant vel reges vel saeculaires, qui & serui erant peccati ac mortis, & sua corruptione polluti. Hinc verillimum est pater illud Pauli, Iudeos quasi sub paedagogi custodia fuisse retentos, donec veniet semen ihu cuius gratiam data erat promissio. Nani quia nondum familiariter innotuerat Christus, similes fuerunt pueris, quorum imbecillitas nondum plenam rerum cœlestium scientiam facere poterat. Quomodo autem ceremonias ad Christum fuerint manuducti, antē dictam est, & ex pluribus Prophetarū testimonioris melius intelligere licet. Nam etiā nouis quotidie sacrificiis ad Deum placandum accedere ipsos oportuit, vñico tamen sacrificio scelerata omnia ex-

Galat. 3. 24.

piatum in promitti: Ilias: cui cœcinit Daniel. Sacerdotes ex tribu Levi *Isa. 53.*
deliquati sanctu irum ingrediebantur: ut de vñico sacerdote semel di- *Dan. 9.*
ctum fuit, uinciendo diuinitus electum esse qui sacerdos esse: in perpetuo *Psal. 110. 4.*
tuum secundum ordinem Melchi-tedech. Erat tunc visibilis oī: vñctio, *Rom. 10. 4.*
aliam fore Daniel ex visione pronuntiat. Ac ne pluribus infirmis, satis
prolixe & dilatè author epistolæ ad Hebreos à quartò cap. ad vnde-
cimum usque demonstrat nihil & manus esse ceremonias donec ad
Christum vñcum facerit. Quod vero ad decem præcepta spectat, tenen-
da similiter est Pauli admonitio, Christum esse finem Legis in salutem *2. Cor. 3.*
omni cedent: & altera, Christuanus esse spiritum qui literam per se motu
referat, vñficiat. Nam priore quidem significat iustitia doceri iustitiam
præcep. is, donec eam Christus & gratia ita imputatione & spiritu rege-
nerationis conficiat. Quare merito Christum vocat complementum Le-
gis, vel finem: quia nihil prodierit quid exigat Deus à nobis scire, nisi
sub iugo & onere intolerabili laborantibus & cypressis Christus succur-
ret. Aliibi Legem propter transgressiones potius esse docet: nem- *Galat. 3. 1.*
pe ut homines damnationis sunt conuicti & humiliari. Porro quia hoc
ad Christum querendum vera & vñica est præparatio, quæ cunctæ di-
uersis verbis tractat, probe intet se consentire. Sed quia disceptatio illi
fuit cum peruersis doctoribus, qui Legis operibus iustitiam nos mereri
siuegebant, vt eorum errorem refutaret, coactus est interdum nudam Le-
geni præcisè accipere: juxtam gratianę adoptionis sedere alioqui ve-
luta est.

3 Quomodo autem à lege morali edisti magis inexcusabiles redam- *Hic & si. 1. de-*
damur, ut nos ad veniam expetendam reatus sollicitor, breuitet cognos- *miseratur, alioqui*
cere operæ prieium est. Si verum est perfectionem iustitiae in Legi nosse *stū querendū pre-*
doceas: istud etiam consequitur, absolutam eius observationem perse- *paratur ut tibi de*
Etiam esse coram Deo iustitiam: qua scilicet homo iustus apud cœlestes tri- *com præceptum:*

qua nos peccato^r bunal censetur ac reputetur. Quia Moses Lege promulgata, non du^rum nostrum vnde bitat contestati eorum & terram quod proposuisset Israeli vitâ & mor^{bi} qui concurrit, ma^{is} tem, bonum & malum. Nec refugari licet quin iustam Legis obedienti^m inexcusabili^m tiam inaneat xeru^m salutis remuneratio, quemadmodum à Domino reddit, et ad rem^m promissa est. Kurtum tamen op^m repretium est recognoscere eam reatu^m i^m extenuandam opeaientiam pretemus. cuius merito concipienda sit illius remuneratio^m si lucia. Quantulum enim est, videre in Legis obseruanta positi^m vita eternâ p^mremium, nisi p^mterea constet an ea via peruenire ad vitam eternam nobis licet? Hac verò in parte Legis imbecillitas se profert: nam qui in nullo noctiū illa Legis obseruanta deprehenditur, à vita promissionibus exclusi, in solam maledictionem recidimus. Dico non quid fiat modo, sed quid necessarium sit: quum enim longè supra humanam facultatem sit Legis doctrina, potest quidem homo eminus spectare appositas promissiones, non tamen fructum ex iis aliquem colligere. Hoc ergo unum testat ut ab eorum bono suam misericordiam melius astmet, dum cogitat p^mrecessa spe salutis, mortem sibi certò immineat. Ex aduerso instant horrific^m functiones, quæ non paucos noctiū, sed omnes ad unum irretitos constingunt: instant inquam, ac inexorabilis asperitate nos persequuntur, ut p^mresentissimam in Lege mortem cernamus.

Promissiones Legis, p^mtestat cedit adiutori, non tamen frustra datus esse. Itaque si Legem duntaxat intuemur, nihil aliud possumus quam animum despondere, confundi, ac desperare, quum ex ea damnamur omnes, ac maledicamur: à beatitudine quam suis cultoribus proponit, procul arceamur. Ergone inquies, ita nos ludificatur Dominus? Quantulum enim à ludibrio abest, spem felicitatis ostentare, ad eam invitare & hottari, illi in testari nobis expositam, quum interim p^mclusus sit & inaccessus ingressus? Respondeo, Etiam si promissiones Legis, quatenus conditionales sunt à perfecta Legis obedientia dependeant, quam nullib^m petite est: non tamen frustra datus esse. Vbi enim didicimus irritas nobis fore & inefficaces, nisi gratuita sua bonitate, citra intuitum operū, nos Deus amplexetur, atque adeò illā bonitatem, nobis per Euangelium exhibeam, fide simus amplexati: ne ipsis quodam deest sua efficacia, etiā cum annexa conditione. Sic enim tum omnia nobis gratuitò confert ut hoc quoque ad cumulum suæ beneficentie adiungat, quod semiplenam nostram obedienti^m in non respuens, & quod deest complemento, remittens, perinde atque à nobis implera conditione, legalium promissionum fructum percipere nos facit. Sed hinc questionem, quia in tractanda fieri iustificatione plenus disputanda erit, non vltiā in praesens proseguemur.

Imp. Sibylli Iij. 1.

5. Quod autem impossibilem Legis obseruationem diximus, id est p^mconfutacionem, paucis verbis explicandum simus & confirmandum: solet enim vulgo p^mtructe Scriptu^m abridissima sententia videri: ut Hieronymus non dubitat anathema in scripturam expomat illi denuntiare. Quid visum sit Hieronymo, nihil moror: nos quid verū tibi inter operā sit inquiramus. Nuit uix hic longis ambigues de variis possibilitatibus generaliter inquit, nec in quibuslibet. Impossibilē appello quod nec fuit inquam, & ne in posterum posse videatur. Deinde confirmatione ac decreto iuste dicunt. Si ab ultima memoria repetatur scriptura adiuuio nesciitiam sanctorum exitus, dico qui corpore mortis circundatus, sic pulchritudo a leum dilectionis scopum pertigerit, ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, ex tota potentia Deum amaret: neminem rursum qui non concupiscentia laborauit. Quis reclamat? Video quidem quales nobis sanctos imaginetur solita superstitio, quotum scilicet putitati vix celestes Angeli respondere, ut sed repugnante tum Scriptura, tum experientiae ratione. Dico item, neminem post hac futurum, qui ad verū perfectionis metam peruenientius sit nisi corporis mole solitus. In hanc item primū suscep-

Suppetunt aperta Scripturae testimonia, Non est homo iustus super terram qui non peccet, dicebat Solomo. David autem, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Iob platinis locis item afficitur. Clatissime omnium Paulus, quod caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Nec alia ratione probat, omnes qui sub Lege sunt, Deut. 27. 26. maledictioni subiectos, nisi quia scriptum sit, maledictos omnes qui non permanescunt in omnibus eius mandatis: innuens scilicet, immo pro confessio assumens, neminem permanet posse. Quicquid autem Scripturis predictum est, id pro perpetuo, adeoque pro necessitate haberi dicitur. Eiusmodi argutia vexabant Augustinum Pelagiani, iniuriam fieri Deo non plus iubeat quam per eius gratiam praestate queant fideles. Ille videlicet Lib. de natu. & gen. geret calumniam, fatebatur posse quidem Dominum, si veller, hominem mortalem in Angelicam puritatem eucnethere: sed neque fecisti unquam, nec facturum, quod aliter in Scripturis assertum est. Id neque ego inficior: sed addo tamen, importunè de potentia Dei disputari contra eius veritatem: ideo cauillans non esse obnoxiam sententiam, si quis dicat fieri non posse quod non futurum Scripturæ pronuntiant. Verum si de verbo disputationis, Dominus regantibus discipulis quis possit salvus esse, respondet, Mat. 19. 25. apud homines id quidem impossibile, apud Deum vero omnia possibilia. Validissima etiam ratione id contendit Augustinus, nunquam in De spiritu & lito- hac carne reddere nos quem debemus legatum Deo amorem. Amorem, ratiōne, & sepe inquit, notitiam ita sequitur, ut Deum amare nemo perfectè possit qui alias. non cognitam prius ad plenum habuerit eius bonitatem. Nos dum in mundo peregrinamur, cernimus per speculum & in enigmate: sequitur ergo imperfectum esse nostrum amorem. Sit ergo extra contritionem, impossibile esse in hac carne Legis implementum, si naturæ nostræ impotentiam intuemur, quemadmodum & ex Paulo alibi adhuc Rom. 8. 3. stendetur.

Sed quod tota res melius patet, officium vestrumque Legis quam Legis moralis vestrum morale vocat, succincto ordine recolligamus. Porro tribus istis partibus, quantum intelligo, continetur: prima est, ut dum iustitiam Dei offerre: quoniam primū stendit, id est, quæ sola Deo accepta est, sive unumquemque iniustum ad expontum hic & moneat, certior faciat, conuincat denique ac condemnat. Sic enim offerit 7. 8. 9. nempe, pus est, & cum & ebrium amore sui hominem, ad notitiam simul & conuictum Lex iustitia, & quæ tensionem suæ tuti imbecillitatistum impunitatis adigit: qui inde nisi ratiōne Dei accepta nitas eius evidenter redarguantur, insana virium suatum confidentia inveniuntur, ostendens, nubibus flatus est, nec adduci unquam potest ut de earum tenuitate sentiat, quan sit in flatu speculis, in tisper eas arbitrii sui modo metitur. At qui simulac eas comparate ad Legem quoniam stram impossibilis difficultatem cœpit, habet illic quod fetociam minuat. Vt cunque sententia, tum ex hac nim ingentem de his opinionem presumperet, mox tamen eas sub tantumque iustitate, posse recte pondere anhelate sentit: deinde titubare ac labascere, tandem conciūtus ex ratiōne male dicere etiam ac despicer. Sic Legis magisterio eruditus, exuit illam, quæ prius distinxerat, complectit, atque antiam. Similiter altero, quo ipsum laborare dictum est, murmur quid in igno superbia morbo sanctus est. Quindiu iudicio suo state permittitur, hybrida Legis dicitur in poesin communisicut pro iustitia: quæ contentus, faciliter nescio qui gloriam in iustitiis bus iustitiis aduersus Dei gratiam eiigitur. Postquam vero ad Legis tristram examinatae vitam suam cogit, omissa commentio illius iustitiae, auctoritate ad tunc presumptione, immenso spacio se abesse à sanctitate certificatur, fusus in facie dico quod subiungit huius virtutis se abundare, quibus purus ante videtur. Tam profundis precursore, & inservient enim ac sinuosis recessibus absconduntur concupiscentia mala, ut homini corda delit lapponis aspectum scilicet fallant. Nec sine causa dicit Apostolus, se concupiscentiam, tam & centiam ignorare nisi Lex dicteret. Non concupisces: quia nisi per illam iniquitatis & gloria retegretur ex latetibus suis, occultius miserum hominem perdit quem id a biceps officium extitale eius telum sentiatur.

7 Ita Lex instat est speculi cuiusdam, in quo nostram impotentiam, tum ex hac iniuriam, postremò ex vitaque maledictionem contemplatur; quemadmodum oris nostri maculas speculum nobis representat. Quem enim ad sequendam iustitiam deslituit facultas, hic in luto peccatorum hæteat defixus necesse est. Peccatum continuo maledictio sequitur. Ideo quo maiori transgressionis deprehensoris coniunctus; Lex tenet, eo grauioris simul iudicij teos agit. Huc pertinet Apost. hi dictum, quod per Legem est cognitio peccati. Primum enim eius officium illic tantum notat, cuius experimentum est in peccatoribus nondum regeneratis. Huic coniuncti sunt isti, Legem esse subingressum ut abundaret peccatum, ac prouinde esse administrationem mortis, quæ itam operetur, & occidat. Eo enim magis haud dubie crescit iniurias, quo liquidore peccati intelligentia conscientia feritur: quod ad præuationem tunc aduersus Legillatorem contumacia accedit. Restat igitur ut itam Dei in peccatoris exitium armet: qui in nihil per se potest quam accusare, diminare, & perdere. Et quemadmodum scribit Augustinus, si desit Spiritus gratiae, in hoc tantum adeat ut teos faciat & occidat. Id autem quum dicitur, nec ignominia afficitur Lex, nec eius quidem excellentie quicquam derogatur. Si nō si voluntas nostra tota in eius obedientiam formata compositaque foret, planè iam ad salutem sufficeret sola ipsius cognitio: at quum natura nostra carnalis & corrupta cum spirituali Dei

¶ Mathe. 1.6. horatio, sancti choce, quia sanctus sum. Potio ex his duebus illis que

est apud

est apud Prophetam obtestatio dicitur, Filius honorat Patrem, & seruus Dominum Si ego Dominus, vbi timor si ego Pater, vbi amor?

15 Sequitur commemoratio beneficij que è validior esse debet ad nos conmouendos, quò magis detestabile, etiam inter homines, ingratitudinis flagitium. Recètis quidem beneficij tum Israelem admonebat, sed quod ob mirificam magnitudinem in æternum memorabile, ad posteritatem quoque valeret. Adhuc conuenientissimum est præsentia causa: innuit enim Dominus, eosè misera seruitute ideo liberatos ut se libertatis auctoritatem obedientia & obsequiū promptitudine colant. So-

let etiam (quò nos in verò sui vnius cultu retineat) certis epithetis sese insigne, quibus sacrum suum numen ab omnibus idolis ac diis committitius disceinat. Nam (vt anteā dixi) quæ nostra est ad vanitatem propter loco vel populus cum temeritate coniuncta, simulac nominatur Deus, mens nostra sibi cauere nequit quin ad inane aliquod commentum delabatur. Huius igitur malo remedio dum afferre vult Deus, ipse suam diuinitatem certis titulis ornat, atque ita nos quibusdam veluti cancellis circulcabit, ne huc aut illuc evagemur, & temere nobis singamus nouum aliquem Deum, si derelicto Deo viuo, idolum etigamus. Hactatione Exod. 3.6.

Prophetæ, quotiescum propriè designare volunt, illum vestiunt & qua si includunt iis notis sub quibus se populo Israelitico manifestauerat. Amos 1.2. Neque enim, quum Deus Abraham, vel Deus Israelis vocatur, quū in templo Hierosolymitano collocaatur inter Cherubim, & similes loquens Ista formulæ ipsum vni loco alligant, aut populo: sed in hoc duntaxat sunt posita: vt cogitationes piorum in illo Deo sistant, qui suo fœdere, quod cum Israele pepigit, sese ita repræsentauit ut ab eiusmodi idea defletere nullo modo liceat. Fixum illud tamen maneat, redēptionis fieri mentionem, quò alacrius Iudei se Deo addicant qui sibi iure eos vēdīcat. Nos autem (ne ad nos pertinere nihil id putemus) reputare conuenit, Aegyptiacam Israeli seruitutem typum esse spiritualis captivitatis in qua omnes vincēti cōfincimur, donec brachii sui virtutē liberatos in regnum libertatis noſ celestis Vindex traducit. Quemadmodum ergo, quāna dissipatos olim Israeli tas ad cultū nominis sui recolligere vellet, eos ab intolerabili, qua premebantur, Pharaonis dominatione eripuit: ita quibus hodie se in Deum esse proficitur, eos omnes iam ab extiali Diboli potestate assentit: quę illa corporaliter adumbrata fuit. Quam obrem nemo est cuius animus inflanimari non debeat ad auseitandam Legem, quam à summo Regē profectam audit: à quo vt suam originem ducunt omnia, ita eorum est vt finem suum viculum in ipsum deflent ac dirigant. Nemo, inquam, est qui non rapi debeat a ample-

xanum regulatorem, ad cuius obseruanda mandata peculiariter se delectu: a esse docetur: à cuius benignitate, cùm honorum omniū affluentiā, tū immortis virtus gloriam expectat: cuius mirabilis virtute ac misericordia è fauibus mortis se liberatum nouit.

16 Fundata & stabilita Legis sue auctoritate, præceptum primum edit, Ne habeamus deos alienos cor in facie sua Finis præcepti est quod Domini in populo suo solus vult eminere, & iure suo potest in solidum. Id vt siat, impietatem ac superstitionem quamlibet, qua diuinitatis sue gloria vel minuitur vel obscuratur, à nobis abesse iubet: atq; ea dem ratione, vero pietatis studio colit se à nobis: atque adorari præcipit. Et verborum simplicitas id fere sonat: siquidem habere Deum non possumus quin simul complectamur quæ sunt ei propria: quod ergo vetat habere alienos deos, eo significat ne quod sibi proprium est, alio transmitemus, item de Necifera. Etsi autem quod Deo debemus innumerā sunt, ad quatuor transferebamus. Item capita non inepie referentur. Adorationem, cui accedit tanquam Ecclesie.

Commemoratio be-
obedientiam sime-
Lors. hic & in fine
bnius fact. sup.

Scriptura Deū cer-
tis epithetis & no-
tis insignis, non ut
vni loco vel popu-
lo allget, sed risa-
bū eius numen ab
idolis discernat.

* Primi præcepti expositio: vbi effe-
ditur, adorationē,
fiduciā, invocatio-
nem gratiarū actio-
nem Deo infidū

cōpere: curumq;
actantillam quidē
alio derivant posse
fin ipsius gratia
tū, ut usus oculis
omnia patent.
* Caluia Catechis-
mos item de Necis-
feramus. Etsi autem quod
men capitā non inepie referentur. Adorationem, cui accedit tanquam Ecclesie.

Appendix spirituale conscientiae obsequium: Fiduciam, Inuocationem, Gratiarum actionem Adorationem voco venerationem ac cultum quem illi reddit quilibet nostrum, vbi se eius magnitudini submisit. Quare nō immerito eius partem facio, quod nostras conscientias eius Legi subiiciimus. Et lucia est, ex virtutum eius recognitione, acquiescendi in eos-ecuas: quoniam in eo sapientiam, iustitiam, potentiam, veritatem, bonitatem omnem reponentes, sola eius communicatione nos beatos existimamus Inuocato, sit mentis nostra, quoties vrgit vlla necessitas in eius fidem atque receptus opem, tanquam ad vnicum pr̄sidium. Gratiarum actio, est gratitudo, qua laus bonorum omnium illi tribuitur. Horum vni nihil patitur Dominus alio detinatur, ita omnia sibi in solidū exhibiti mādat. Neq; enim satis fuerit ab alieno abstinerē Deo, nīt in hoc ipso te contineas: quod nefatij quidam conēptores solent, quibus summum comp̄ndium est religiones omnes ludibrio habere. Atq; i præcedat opere vera religio, qua in D̄um viuentem animi referatur: cuius cognitione imbuti, ad suscipiendam, timendam, colendam ipsius maiestatem, ad amplexandam, honorandum eius communicationem, ad opem vbiique requirendam, ad iecognoscendam. Laudisque confessione celebrandam operam magnificentiam, in omnibus vīce actionibus, tanquam ad vnicum scopum, aspernatum caueatur prava superstitione, qua animi à vero Deo deflexi hue atque illuc, cœi in variis didicuntur deos. Proinde si uno Deo sumus contenti memoria repetamus quod antē dictum est, procul abigendus esse ficticos omnes deos, nec lacerandum esse cultum quem unus ille sibi vendicat. Quia ne tantillum quidē ex eius gloria delibata fas est, quin apud ipsum quecunq; ei propria sunt residat. Particula quæ sequitur, Cotam facie mea, indignitatē augeri: quod D̄us ad zelotypiam prouocatur quoties figura nostra substituius in eius locum: quemadmodum si impudica mulier, producto palam ante oculos mariti adultero, eius animum magis vreget. Quoniam ergo præsenti sua virtute & gratia testatum faceret Deus se populum quem elegerat respiceret, quo magis à scelere defectionis deterret, non posse nouos deos asciscer admonet, quoniam res sit ac spectator factilegij. Huic enim audacia platinum impietatis accrescit, quod in suis trans fugis Dei oculos ludificari se posse iudicat. Ex aduerso reclamat Dominus, quicquid stutimus, quicquid molimur, quicquid fabricamus, in conspectu suum venite. Puta sit ergo cōscientia, vel ab occultissimis apostoli cogitationibus, si religionem nostram approbate Domino libet. Siquidem in regnam & in cooptam diuinitatis lux gloriam non externa modo cōfessione requirit, sed in oculis suis, qui abditissimas cordium latebras intuentur.

PRAECEPTVM SECUNDVM.

17 Non facies tibi sculptile, neque similitudinem vilam eorum quæ in cœlo sunt sursum, vel in terra deorsum, vel in aquis quæ sub terra sunt. Non adorabis neq; coles.

Secondi præcepti expeditio: rbi de G. et imagines & huc vel pluram recte. 11. cap. 12.

Quem admodum proximo mandato Deum se unum esse pronuntiavit, præter quem nulli alii dij cogitandi aut habendi statuta qualis sit, & huc vel pluram recte. quo cultus genere honorandus, apertius etiamnum edicit: ne quid sibi permissibiliter to et carnale astringere audeamus. Finis ergo præcepti est, quod superstitiosis ritibus legitimum sui cultum non vult prolanari. Quare in summa, nos à carna-

¶ carnis libus obseruatunculis, quas stolida mens nostra, ubi Deum pro sui crassicie concepit, comminisci solet, in totum reuocat & abstrahit: ac proinde ad legitimū sui cultum, hoc est spiritualem & à se institutum, format. *Quod autem est in hac transgressione crassissimum vitium notatum idololatriam externam.* Ac du et quidem sunt mandati partes: prior licentiam nostram coeret, ne Deum, qui incomprehensibilis est, sub sensu nostro subiicere, aut illa specie representare audeamus. Secunda vetat ne imagines villas adoremus, religionis causa. Porro fortassis omnes breviter enumetar, quibus solebat à prophaniis & superstitionis gentibus figurari. Per ea que in cœlo sunt, solem, lunam, aliasq; stellas & fortasse aues intelligit: quemadmodum à Deuteronomio quarto exprimit mens suam mentem, tam aues quam astra nominat. *Quod non anno-tatem, nisi quosdam viderem ad Angelos impetrare referre.* Itaque reliqua membra, quia per se non sunt, pretermittor: ac iam **lib. i. satis aperte docuimus, quascunq; ex cogitat homo visibiles Dei formas, pugnare ex diametro cum eius natura: ideoq; simulac in medium prodeunt idola, corrumphi veram religionem & adulterati.*

18 Que ad hanc sanctio non patrum ad excutiendam discordiam valet debet. Minatur.

Se Iehouam esse, Deum nostrū, "Deum, æmulatorem, qui visitet iniquitatē patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, in iis qui oderunt nomen suum: faciat autem misericordiā in millia iis qui diligunt se, ac præcepta sua seruant.

Hoc verò perinde est ac si diceret se solum esse in quo habere debemus. Eo ut nos inducatur, potentiam suam prædicat, quia se impune contemni vel elcuari non patiatur. Poniut hic quidem nomen ē L, quod Deum significat: sed quia à fortitudine dicitur, quo sensum melius exprimerem, hoc quoque reddere non dubitui, vel contextui inserente. Deinde æmulatorem se vocat, qui consorte in ferre nequeat. Tertio, vindicem se futurum assertit suae maiestatis ac glorie, si qui eam ad creaturas aut sculptilia transferant: neque id bieui aut simplici vindicta, sed quæ in filios, nepotes & pronepotes se protendat, qui scilicet paternæ impietatis imitatores erant. Quemadmodum perpetuam quoque in longanissimam poteritatem iis misericordiam ac benignitatem suam exhibet qui se diligunt, ac Legem suam custodiunt. Personam mariti erga nos induxit, **sacratissimum est Deus quidem coniunctio qua nos sibi deuincit dum in Ecclesiis sicut recipit, facti cuiusdam coniugij instar habet, quod mutua fide sitre oportet Ipsi ut omnibus fidelis ac veracis matiti officiis defungitur, ita vicissim à nobis stipulatur amore ac castitatem coniugij leui: hoc est, ne animas nostras Satanæ, libidinai sedis que carnis cupiditatibus stuprandas protibutamus.* Vnde quum Iudorum apostoliam corripuit, eos proiecta pudicitia adulterii inquinatos conqueritur. *Iero. 2. Ergo ut maritus, quo ianctor est ac castior, eo grauius accenditur si vox eius animum ad iudeam inclinare videtur: Dominus, qui nos sibi in veritate desponsauit, adest. Similiter zelotypiam suam esse testatur, quoniam neglecti sancti sui coniugij putrate, scelentes libidinibus confunduntur.*

Dente. 4. 15.

**Cap. 11, § 12.*

*"Vel fortissimum nomen
huc Dei nomine à sor-
titudine ductum est.*

*Quando accidit carnut, tum verò præfertim dum numinis sui cultum, quem maximè illud q[uod] Deus reficit libatum esse decuerat, alio deuuumus, vel inficiimus aliqua superstitione: ne: Quando quidem hoc modo non tantum violamus datam in coniunctione nuptiali gratia hanc, sed ipsum nuptialem thorum inductis adulteris, polluimus.

& quartæ generatio: 19 *In comminatione videndum est quid sibi velut, quem se visitaturum edicit iniuriam patrum in filios, ad tertiam & quattuor generationes: & an talis rationem. Nam præterquam quod à diuina iustitia æquitate al enim filii a deo, & a me est penitentia alieni delicti ab inonte experere, Deus ipse quoque hoc se commissum affirma, ut si tu portet iniuriam patris. Ac quis ententer tamen hæc non semel repetitur, de peccatis autem scelerum in futura generationes protogadiat: sic enim scriptus illoquitur eum Moses,

Ezech. 8. 20.

Num. 14. 8.

Ioseph. 22. 18.

Isa. 29. 7.

Ezech. 12. 17. &

20. 3.

Ezech. 18. 20.

*De promissione pro-

priate Dei in e-

sterno deum exi-.

to in m. 2. ob iniuriam propria puniantur.

Genitores.

Iehouah, Iehouah, qui reddis iniuriam patrum in finium filiorum post eos. Nonnulli, dum in solvendo hoc modo ægrè desulunt, de peccatis duntaxat temporatus putant intelligendum: quas si filii sustinent pro parentum delictis, non est absurdum: quod sapientia in falorem infligitur. Quod vetum quidem est: nam Ezechie denuntiabat Isaias, filios eius regno: polliandos, & in exilium deportandos, ob peccatum ab eo perpetratum. Domus Pharaonis & Abimelech ob Iesum Abrahenum afflictur, &c. sed quum id ad questionem huius solutionem affertur, effugium est magis quam vera interpretatione. Grauiorem enim ultionem edicit hic & similibus locis quam in ea vita presentis terminos limitetur. Sic igitur acceptandum est quod iusta Dominii maledictione non modo in caput impiorum, sed in totam quoque familiam incumbat. Vbi incubuit, quid expediti potest, nisi ut pater Spiritu Dei destitutus, flagitiisissime vivat filius ob patris inequitatem simul ter à Domino derelictus, cùdem exiū sequatur viam? Nepos deum & pronepos, hominum detestabilium execrabilis semen, præcipite, & ostendit eos tuant?

20. Tunc inspicimus an talis vindicta diuinam iustitiam dedecet. Si vniuersaliter hominum natura est damnable: quos Dominus gratae suæ communicatione non dignatur, his paratum scimus esse interrum: nihil omnino propria iniuriate, non in uno Dei odio intereunt: nec villa inclinatur expositulatio, cur non aliud: um exemplo Dei gratia in falorem adiungatur. Quum ergo hec impiorum & flagitiosis interrogatur ob sceleris panitia, ut Dei gratia in multis generationes dominus eorum priuentur: quis ob iustissimum in hanc vindictam Deo criminationem intendat? At Dominus contraria pronuntiat, pœnam peccati pateri in filium non transirent. Obseruat quid illic agatur. Israelites, quum diu & afflidiuntur multis calamitatibus vexarentur, proverbiū iactare cooperant, patres suos comedisse vomac aceram, unde dentes filiorum obtusecent: quo significabant, admissa fuisse à parentibus peccata, quorum pœnas ipsi nulli alto: qui & immeterentes, penderent: implacabili magis Dei iracundia quam moderata: seueritate, his denuntiat Propheta, non ita esse: quia ob propria flagitia pœna: erit: neque Dei iustitia conuenire ut filius iustus ob sceleris patris nequitiam supplicium luat: quod neque in presenti sanctione habetur. Num si visitatio, de qua runc sermo est, adimpletur quum ab iniuriam familia gratia, lumen sue veritatis, & resiliqua salutis abundantia auferat Dominus: eo ipso quod excusat & derelicit: ab ipso filiis parentum vestigii insistunt, maledictiones ob pater-

na sceleris sustinent. Quod vero & temporariis miseriis subiiciuntur, & aeterno deum exiū, ita iusto Dei iudicio, non ob altera peccata, sed inordinate in m. 2. ob iniuriam propria puniantur.

21. *Ali ei ex parte offeratur promissio de propaganda in millesimæ genera-

nerationes Dei misericordia: quæ etiam frequenter in scripturis occur- *Gen. 17.7.*
 rit, & in solenni Ecclesiæ fœdere inseritur, Ego Deus tuus, & semini tui *Prov. 20.7.*
 post te. Quod respiciens Solomon, scribit filios iustorum post mortem
 eorum beatos fore: non tantum sine educatione ratione (quæ & ipsa
 certè momentum non minimum habet) sed ob istam in fœdere pro-
 missam benedictionem, quod Dei gratia in familiis piorum æterna re-
 fideat. Eximia hinc fideli bus consolatio, ingens impensis terror: nam si post
 mortem quoque memoria tum iustitiae tum iniquitatis tantum apud
 Deum valet, ut maledictio huus & illius benedictio in posteritate re-
 dundet multò magis in ipsis authoram cipitibus resudebit. Ceterum ni-
 hil obstat quod impiorum soboles interdum ad bonam frugem se recipit,
 fidelium soboles degenerari: quia non perpetuam hic regulam figere
 voluit Legislator, quia sua electioni derogaret. Nam ad consolationem
 iusti ac terrorem peccatorum sufficit non esse vanam ipsam aut ineffica-
 cem denunciationem, tametsi non semper locum habeat. Quemadmo-
 dum enim quæ paucis selectis in lignarum temporales poenæ, testimo-
 nia sunt diuinæ aduersus peccata iræ, & futuri olim in omnes peccato-
 res iudicij, tametsi multi impune usque ad vita finem evadant: ita quum
 exemplum unum edit Dominus istius benedictionis, ut filium in patris
 gratiam misericordia & benignitate sua prosequatur, docimètum præ-
 bet constantis & perpetuæ in tuos cultos gratia: quuni patris iniqui-
 tatem semel in filio persecutus, docet quale reprobos omnes iudicium
 ob sceleris propria mane: ita quam certitudinem potissimum hic specta-
 uit. Obiter etiam misericordia sua amplitudinem nobis commendat,
 quam in mille generationes extendit, quum quatuor duntaxat genera-
 tiones assignavit vindictæ.

PRAECEPTVM TERTIVM.

22 Non usurpabis nōmen Iehouæ Dei tui in vanum.

Finis præcepti est, Quod nominis sui maiestatem vult nobis esse sa- *Expositio tertii pre-
 crosanctam. Sunum tgitur erit, ne ipsam contemptim & irreuerenter ceptu: quo tria haec
 habendo profanemus Cui interdicto cohereret ex ordine præceptum, ut continentur, Ne
 eam religiosa veneratione prosequi nobis studio & cura sit. Itaq; sic ani- quid de ipso Deo co-
 mis & linguis comparatus esse nos decet, ut nihil de ipso Deo ciusque gitemus aut loqua
 mysteriis aut cogitemus aut loquamur nisi reuerenter & multa cum so- murnisi reverenter,
 brietate: ut in estimandis eius operibus nihil nisi erga ipsum honorifi- ne quid etiam de
 cum sapiamus. Hec, inquam, tria obseruate non oscitantur conuenit, eius verbo & ad-
 Vs quicquid mens de ipso concipit, quicquid lingua profatur, ipsius ex- rādis mysterijs, ne
 cellentiam resipiat, & sacre nominis eius sublimitati respondeat: deni- quid postremò de
 que ad extollendam eius magnitudinem aptum sit. Sancto eius verbo eius opribus.
 & adorandis mysteriis ne tenete præposteriæ, que abutamur vel ad am-
 bitionem, vel ad auaritiam, vel ad ludicra nostra: sed prout impressam
 gerunt nominis eius dignitatem, suum inter nos honorem ac pretium
 semper habeant. Postremò, eius operibus ne obloquamur aut deteste-
 mus, quæ admodum illi cætumeliosse solent obstrepare miseri homines:
 sed quicquid ab ipso memoramus factum, cum sapientia, iustitia, boni
 tatis elogis prædicemus. Id est nomen Dei sanctificare: ubi secus sit, vi-
 no prauoque abusu polluitur: quia capitur extra legitimum usum, cui
 soli consecratum erat: atq; ut nihil aliud, sua tamen dignitate exutum,
 contemptibile pululatum redditor. Quod si in hæc temeraria usurpan-
 di importunè diuini nominis facilitate tantum est mali: multò plus in
 m.ij.*

eo, si in nefarios usus conferatur, ut qui ipsum necromantiae superstitionibus, ditis deuot onibus, illicitis exorcismis, aliisque impiis incantationibus seruite faciunt. Iuramentum autem in mandato potissimum assumitur, in quo peruersus diuini nominis abusus maxime est detestabilis: quo inde melius absterrae mut ab omni in vnuie sum eius profanatione. Hic autem de cultu Dei recipi & reverentia nominis eius, non autem de auctoritate quae inter homines colenda est, in deo patre quod deinde in secunda tabula peritrium & falsum testimonium damnabit, quo leditur humana societas: superius autem esset repetitio si hoc præcepum tractaret de officio charitatis. Nam ipsa quoque distinctione hoc postulat, quia non sancta D[omi]n[u]s, verdictum est, duas Leges sue tabulas attribuit. Vnde colligitur hoc ius suu[m] sibi vindicate, ac rueri nominis sui sanctitudinem, non utrum docere quid homines hominibus debeant.

Iuramenti definitio: ubi ostenditur attestatio ad veritatem sermonis nostri constitutam. Quae enim maiori speciem cultus diuini in Deum probra continent execrationes, indignantur quae inter iuramenta censemantur.

Iust.19.18.

23 Primo loco habendum est quid sit iuramentum. Est autem Dei attestatio ad veritatem sermonis nostri constitutam. Quae enim maiori speciem cultus diuini in Deum probra continent execrationes, indignantur quae inter iuramenta censemantur. Eiusmodi attestationem, ubi ritè peragitur, speciem esse cultus diuini ostenditur multis locis Scripturar: ut quam Ieremia de Assyris & Agyptiis in fœderis societatem cum Israele vocationis vanetur, Loquuntur inquit, lingua Chanaan, & in nomine Domini iurabunt: hoc est, iurando per nomen Domini, confessionem religionis edent. Item quam de propagando eius regno loquitur, Quicunque benedic si, in Deo fidelium benedicet: & qui iurabit in terra, iurabit in Deo vero. Ieremias, Si etudisti, inquit, docuerint iurare populum in nomine meo, sicut docuerunt iurare per Baal, & dictebantur in medio domus meæ. Et meritò nomen Domini in seipsum nomen inuocando, nocte, in ipsum religionem dicimus testam: ne in ipso, aeternam esse & immutabilem veritatem confitemur: quem appellamus non modo tanquam præ alius idoneum veritatis testimoni, sed etiam eum eius auctoritatem unicum, qui abscondita in lucem proferre queat: deme ut coiolum cognitorem. Vbi enim desunt hominum testimonia, & Deum testimoni refugimus: ac praesertim ubi solleculandum est quod in conscientia latet. Qui ratione amari succenserit iis Dominus qui per alenos deos deierant: at iure id iuris iurant il genos, argumentum manifeste defensionis interpretatur. Filii tui dereliquerunt me, & iurant in his qui non sunt in. Ecce letis huius grauitate item, pœnatum comminatione declarat, desperdant eos qui iurant per nomen Domini, & iurant per Melchon.

Hic & scilicet 27.1.tra 24 Nam ubi intelligimus, sacramentis nostris Dominum iecesse velle statu, canendum ne nomini sui cultum eo maior aribenda diligētia, ne pro cultu vel coniunctu nostra tunctuam vel conemptum & vilitatem contineant. Cœtumelia est non cœtrant eorum leuis tibi per ipsum peccata uti vnde & profanatio applicatur in Legi. Quid hinc nomine Dei, est n[on] restat Dominio, ubi tua veritate fuerit, spolia usi: in Deo. scilicet de quod sit peccato. Sicut enim ipso iuratur certe, dum fas iuri suffragator & approbator constitutus. Quare loquuntur, dum Achaz ad confessionem, et adigere vult,

Ioseph.7.19.

Fili n[ost]ri, ait, da gloriam Domino Israeli: inuenisse scilicet, Dominum gravissime in honore si per eum peccatur. Neque mirum: non enim stat per nos quin mendacium factio eius nominis quodammodo mutatur. Quin loquutionem vult tam inter fidem eos fuisse, quoties ad sacramentum dicendum qui ipsum vocavit, constat ex similibus oblatione qua

Iohann.9.24.

vtratu[m] in Evangelio Iohannis pharisæi. Ad hinc eam ionem nos in 1. Sam.14.45. fitiunt formula quæ in Scripturis usurpatur, Vixit Dominus: Hæc 2. Reg.6.31. facit timidi Dominus & hæc addat: Tessis sic Deus in animam meam: 2. Cor.1.23. quæ ministrant Deum advocate nos non posse orationis nostræ testem quin

qui per iurij vltorem nobis imprecemur si fallimus.

25 Vile & vlgare redditur Dei nomen, quum veris quidem, sed superuacuis iuramenti adhibetur: siquidem accipitur hic quoque in vanum. Quare non satis fuerit à petitorio abstinere, ni simul meminerimus, iufitandum non libidinis aut voluptatis, sed necessitatis causa permissum & institutum: ideoq; extra licitum illius usum egredi qui rebus non necessitatis accommodat. Porro non alia prætendit necessitas potest quam vbi vel religione vel charitati est serviendum. Quia in te nimis licentiosè hodie delinquitur, eoque intolerabilius quod aſuetudine ipsa pro delicto imputari desit: quod certè apud Dei tribunal non patitur & stimatur. Passim enim promiscue tenetur Dei nomen in nugacibus colloquiis: nec male fieri putatur, quia in tantæ improbitatis posseſſionem longa & impunita audacia ventum est. Manet tamen ratum Domini mandatum: manet firma sanctio: & effectum olim suum obtinet, quia pecularis quædam vindicta in eos edicitur qui f. ultra nomen ipsius usurparint. Peccatur & alia in parte, quod in Dei locum sanctos eius seruos in iuramentis substituimus, manifesta impietate: quia sic diuinatis gloriam ad eos traducimus. Neque enim abs te est, quod specialiter mandato præcepit Dominus iurare per nomen suum: specialiter prohibuit ne per alienos deos iurantes audiamur. Et Apostolus Hebre. 6.13. idem liquide testatur, quum scribit homines in iuramentis superiorum Matth. 5.34. seipſis appellante: Deum, quia sua gloria maiorem non habebat, per se. Iac. 5.12. ipsum iurasse.

26 Hac iurisurandi moderatione Anabaptistæ non cōtentii, omnia *Contra Anabaptistæ* sine exceptione execrantur: quantam Christi genitale sit interdicendum, *pas. pbaturex Sciri* Ego dico vobis, ne iuratis omnino: sit autem firmo vester, est, est: non, paura, nō onnatur non: quod vlt̄a est, à malo est. Sed hoc modo incōsideratè in Christum rameta nobis intet impingunt: dum illum faciunt Patii aduersarium, & qui ad decretā e- dice, Christūq; in iustabroganda in terram descendet. Siquidem Deus & eternus in Lege Euāgelio nihil nun modo iuramentū, eum rem legitimam, permitit: (quod igit̄ abun tasse quoad regulā dē fore) sed in necessitate imperat. Christus autem se aſserit unum esse iurisurandi in Le- cum Patre, se non aliud aſſerre quam quod Pater m. induxit, doctrinæ preſcriptam. nam suam non esse à ſeipſo. & Quid ergo? Deū n̄ue ſibi contrarium fa- Exod. 20.11. cient, qui quod ſemel in morib⁹ p̄cipiendo aprobant, poſtea pro- Ioh. 10.7. libeat ac dannet? Sed quā in verbis Christi non nihil est difficultatis, Ioh. 10.30. ea pauhū p̄ experīdamus. Ille autem nūquām verūm allequemur nisi oculos intendamus in Christi ſcopum, & ad id quod illic agit animum aduerterimus. Illi non est inſtruū, Legem aut laxare, aut reſtingere, ſed ad veram ac germanam intelligentiam redire, p̄t, p̄t falsoſ ſcribaturum & Phaſicorum commentis valde deprauita fuerit. Id ſi tenemus, non putabim⁹ Christum damnaſe in totum iuramentum: ſed ea tantum quæ Legis regulam transgreduntur. Ex ipiſis conſtit, populum nihil tunc caueat ſolitum præter petitoria, quum non iis ſolis, ſed in manibus quoque ac ſuperiori iuramentis Lex in eradicar. Dominus ergo, certissimus Legis interpres, nō modo peccare, ſed etiam iurare, malum eſt admonet. Quomodo iurare? ne ē in vanum. Quæ autem in lege commendantur iuramenta ſalua & libera relinquit. Videntur ſibi validius pugnare quum mortdicus atripiunt particulam Omnino: juſ tamē non ad iurandi verbum refertur, ſed ſubiectas ſacramentorum formulæ. Nam & iſta erat erroris pottio, quod dum per cœlum & terram deierabant, Dei nomen ſe non putabat attingere. Ergo poſt p̄cipuum prauationis caput, omnia etiam ſubterfugia Dominus illis praecidit ut eis pugnet euafieſ ſi ſuppreſſe Dei nomine cœlum & terram appellarint. Nam h̄c quoq; obiter notandum, quanvis non exprimatur nomē Dī, homines m. iii.

tamen obliquis formis per ipsum iurare: quemadmodum si per lumen vitale, per panem quo vescuntur, per baptismum suum, aut alia diuinæ erga se liberalitatis pignora quælibet iurent. Neque verò Christus eo loco per cœlum & terram & Hierosolymam iurare vetâs, superstitionem corrigit, ut falso quidam putat: sed eorum potius sophisticam argutiam refellit qui pro nihilo ducabant indirecti iuramenta futiliter iactante, quasi sacro Dei nomini parcerent, quod tamen insculptum est singulis eius beneficiis. & haec estratio ubi vel mortalis quispiam, vel mortuus, vel Angelus in locum Dei substituit: sicut apud prophetas gentes excoxitauit adulatio putidam illam formam. Per vitam aut genium Regis quia rūc falsa apothecis vnius Dei gloriam obseurat & minuit. Verum ubi nihil aliud est propositum quam ex sacro Dei nomine petere distortum confirmationem, quanvis id obliquè fiat, in fruolis omnibus iumentis leditur eius maiestas. Licentiā hanc vano prætextu spolia Christus, omnino iurare prohibens. Eodem & Iacobus tendit, illa Christi verba quæ citavi visorans: quia semper in mundo grata est illa temeritas, quæ tamen profanatio est nominis Dei. Nam si ad substantiam referas particulam Omnipotens, aesi nulla exceptione illicitum esset quodvis iurandum, quovsum explicatio quæ mox additur, Neque per certum, neque per certam, &c? Quibus satis patet, cauillis occurrivnde leuatur suum vitium iudicari putabant.

*No*n* i*llicitu*m** i*nf*er** -*

27 Itaque sanis iudicis ambiguum iam esse nequit, Dominum illic iurandum probatur iuramenta modò ea improbaesse quæ per Legem veritatem essent. Nam & ipsius Christi exemplum ipse, qui perfectionis, quam docebat, exemplar in vita exhibuit, non abspicit nec solum perhorruit à iuramentis quoties res requirebat: & discipuli, quos magistro blica, sed priuata suo per omnia patuisse non dubitamus, idem exemplum sequuti sunt. etiā iuramenta per Quis audeat dicere * iuraturum fuisse Paulum, si iurandum protulisset, audierat & obseruata moderatim quæ addita interdum imprecatione. Nondum tamen finita est quaestio: quando nonnulli soli ab hoc interdicto publica iuramenta eximi arbitrantur: quæalia sunt quæ deferente exigentes; magistratus prestatim: qualia etiam in faciendis federibus usurpare principes solent: vel populus, quem in nomen principis iurat: vel miles, quæ sacramento militiae adiungitur, & quæ sunt huiusmodi. In hunc quoque ordinem (& iure) referunt quæ extant apud Paulum, ad assertandam Euangelij dignitatem: quando Apostoli in sua functione priuati homines non sunt, sed publici Dei ministri. Et sane non inficior illa esse totissimum, quod solidioribus Scripturæ testimoniis defenduntur. Iubetur magistratus in re dubia adigere testimoniū ad iuramentum, ille vicissim iuramento respondere: & Apostolus ait humanas controversias hoc remedio expedit. In hoc præcepto habet uterque solidam officijs sui approbationem. Quine iam apud veteres ethnicos obsernare licet, publicum & solenne iurandum in magna religione habitum fuisse: vulgaria, quæ promiscue faciebant, aut pro nihilo, aut non ita magno suisse reputata, perinde ac Dei numen in his non intercedere putarent. Verum priuata iuramenta, quæ sobrie, sancte, reverenter necessariis tribus adhibentur, dñare nimis pericolosum fuerit: quæ ipsa & ratione & ex eius fulciuntur. Nam si priuatis in re graui & fetia Deum inter se iudicem appellare licet, multo magis testem. Insimulabit te fratres tuus perfidiæ: purgare te studebis, ex charitatis officio: ille nulla ratione satisherit tibi patientur. Si in discentem fama tua ob illius obstinatam malignitatem veniat, sine offensa ad Dei iudicium provocabis, ut tuam innocentiam tempore manifestet. Minus est testimoniū aduocare, si verba expenduntur. Non video igitur cur hic illicitam assertamus attestationem. Neque desunt plura exempla. Si Abraham &

* Rom. I.

2. Cor. I.

Heb. 6.16.

Iacobus. Ita utrumque solidam officijs sui approbationem. Quine iam apud veteres ethnicos obsernare licet, publicum & solenne iurandum in magna religione habitum fuisse: vulgaria, quæ promiscue faciebant, aut pro nihilo, aut non ita magno suisse reputata, perinde ac Dei numen in his non intercedere putarent. Verum priuata iuramenta, quæ sobrie, sancte, reverenter necessariis tribus adhibentur, dñare nimis pericolosum fuerit: quæ ipsa & ratione & ex eius fulciuntur. Nam si priuatis in re graui & fetia Deum inter se iudicem appellare licet, multo magis testem. Insimulabit te fratres tuus perfidiæ: purgare te studebis, ex charitatis officio: ille nulla ratione satisherit tibi patientur. Si in discentem fama tua ob illius obstinatam malignitatem veniat, sine offensa ad Dei iudicium provocabis, ut tuam innocentiam tempore manifestet. Minus est testimoniū aduocare, si verba expenduntur. Non video igitur cur hic illicitam assertamus attestationem. Neque desunt plura exempla. Si Abraham &

Isaac

Isaac sacramentum cum Abimelech publico nomine protexitur; at certe Gen. 21.24, &c. 26.
Jacob & Laban priuati erant, qui mutuo iuramento fidelis inter se san- 31, &c. 31-33.
ciunt. Priuatus erat Booz, qui promissum contiguum Ruth eodem modo Ruth. 3.13.
confirmit. Priuatus erat Abdias, vir iustus & tim. ns Dei, qui iuramen 1. Reg. 10.10.
to assuerat quod Eze vul. persuaderet. Nullam itaque metioiem regulam habeo, nisi vt iuramenta sic moderemut ne temeraria sint, ne pro-
misca, ne libidinosa, ne siuol: sed iust & necessitatis seruant, ubi serice
vel Domini glori: vni 1. canda, vel promouenda statis adificatio: quod
Legis mandatum spectat.

PRAECEPTVM QVARTVM.

28 Recordare vt diē sabbathi sanctifices.
Sex diebus operaberis, & facies omnia ope-
ra tua: septimo autem die sabbathum Ie-
houe Dei tui es. Non facies ullum opus in
eo, &c.

Finis præcepti est vt propriis aff. cibis & operibus et mortui, regnum Expositio 4. præcepti
Dei meditemur, atque ad eam meditationem int̄i uis ab ipso rationis pafinisci⁹, & tres
bus exerceamur. Verum, quantum habet peculiarem & diu tam à reli- causa quibus con-
quis considerationem, paulo diuersam interpretationis seruem requirit. Statue ipsum obser-
vabitate vetetes nuncupare solent, qđ extrema duci obseruatio- uandam est.
nem continet quz in Christi aduentu cum reliquis figuris abolita fue-
rit, qđ id vere quidem ab illis dicitur: sed d. midia tantum ex parte rem
attingant. Quare alijus repetenda est exposicio: & dissipendi tres causz,
quibus constare hoc mā datum obseruasse milii videor. 1. Voluenter in
celestis Leg. ilitorum sub diei septimi quiete populo Israhel spiritualē re-
quiem figurare, qua à profis operibus fetari debent s̄ilez, vt Deum
in se orari finant. 2. Deinde statim d̄em e. e. vol. t. quo ad Legem
audiendam & ceremonias peragendas conuenient, vel saltem quoni o-
perum suorum meditationi peculiariter darent: vi hac recordatione ad
pietatem exercerentur. 3. Tertio, s̄tuis, & his qui sub aliiorum degeret
imperio, quietis diem indulgendi censuit, quō aliquam haberent à la-
bore remissionem.

29 Illam tamē spiritualis quietis adumbrationem primariū in sab Numb 13.2-5.
bitho locum tenuisse, multifariam docemur. Nullus scie liquidem pre- Ecc. 20.12, &c. 22:
cepti ocedientiam severius Dominus exiguit. Quum subuersim omnem 8.29-23.38
religionem vul. apud Prophetas significare, polluta, violata non custo- Isa. 17.21. 2. & 27
dita, non sanctificata sua sabbatha conquetur: quasi, omisso hoc obse Isa. 56.2.
quio, nihil amplius restaret in quo possit honorari. Enī obseruantiam Nehe. 7.14.
eximis encomi & prosequitur: unde & fidelis. inter alia oscula, sabbat. Pr matr cause spiri-
thi revelationem mirificè estimabant. Sic enim loquuntur Leuit apud tuulis quietis adiē
Nehemiah, in solenni congregacione, Ostendisti patribus nostris sabbat. bratio & similiti-
thum tuum sanctū, mandata & ceremonias & Legem dedisti eis per ma- estimis osq̄ p̄t
num Mosis. Vides vi singulati dignatione habeatur inter p̄a cępta O- mar nū l'cum tu-
mnia Legis. Quz omnia pertinent ad commendandam mysterijs dignitate nūfū in sabbati os-
tem, quod à Mose & Ezechiele pulcherrimè exprimitur. Sic habet in E. probatur ex varijs
xodo, Vide ut sabbathum meum custodiatis, quia figura mea in te me locis.
& vos, in generationibus vestris: ut sciatis qđ ego sum Dominus qui san. Exo. 31.13 &c. 35.2.
aifico vos. Custodite sabbathum: sanctū est enim uobis. Custodiani filij
m. iuj.

Ezech. 20.12. Israel sabbathum, & celebrent illud in generationibus suis: pactum est sempiternum inter me & filios Israel, signumque perpetuum. Filios etiunum Ezechiel: cuius tamen summa hocredit, esse in signum quo Israel cognoscet, Deum esse suum sanctificatorem. Si sanctificatio nostra propriæ voluntatis mortificatione constat, iam se profari aptissima signi externi cum re ipsa interiori analogia. Quiescendum omnino est, ut Deus in nobis operetur: cedendum voluntate nostra, resignandum cor, abdicande cuncte earnis cupiditates. Denique feriandum est ab omnibus

Heb. 4.13. & propriingenij munis, ut Deum habentes in nobis operantem, in ipso 4.9. acquisescamus, quemadmodum Apostolus quoque docet.

Cur septimum diē 30 Perpetuum istam cessationem Iudeis r̄: presentabat vniuersitati ex signarit Dō^r sab sepientis obseruatione: quæ ut maiori religione coleretur, eam exēplo suo bātho, tractatus Dominus commendauit. Non enim ad excitandum hominis studium mediocriter valet ut se ad Creatoris imitationem tendere nouerit. Siquis arcana aliquam in septenario numero significacionem requirat quando hic in Scriptura perfectionis est numerus, nō sine causa dicitur: est ad notandam perpetuitatem. Cui & illud suffragatur, quod Moses in die quo narrat requieuisse Dominum ab operibus suis, finem describendæ dierum ac noctium successioñis facit. Potest & altera probabis afferri numeri notio: quod feliciter designarit Dominus nūquām absoluūtum fore sabbatum donec vētum ad ultimum diem fuerit. Nostram enim in illo beatam quietem hīc inchoamus, in ea nouos quotidie progressus facimus: sed quia assidua est adhuc cum carne militia, non prius consummabitur quam implebitur illud Isaiae de cōtinuanda neomenia cum neomenia, sabbatho cum sabbato, nempe quem erit Deus omnia in omnibus. Videri ergo possit Dominus per diem septimum populo suo delinēasse futuram sui sabbathi in ultimo die perfectionis: quo continentibz sabbathi meditatione ad hanc perfectionem tota vita asperaret.

31 Siquis hanc numeri obseruationem ceu nimis argutam fastidiat, nihil impedio quominus simplicius accipiat: Dominum certum diem ordinans: quo ad meditandum spiritualis quietis assiduitatem populis sub Legis p̄agogia exerceretur. Septimum assensans, vel quia sufficiere prouidebat, vel ut proposita exempli sui similitudine, melius populum extimularet: vel certe admoneret non alio spectare sabbathum, nisi ut suo Creatori cōformis redderetur. Parum enim inter se modò mysterium, quod præcipue delineatur, maneat, de perpetua negotiorum operum quiete. Ad quod contemplandum identidem reuocabant iudeos Prophetæ, ne carnali cessatione defunctos se putarent. Præter allegatos iam locos sic habes apud Isaiam, Si auerteris à sabbathio p̄demi tuum ut non facias voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbathum delicatum & sanctum Domini gloriose: & glorificaueris eum dum non facis viastus, & non inuenitur voluntas tua ut loquaris sermonem: tunc delictaberis super Dominum, &c. Ceterum non dubium quin Domini Christi adiutum, quod ceremonialis hic erat, ab eo fuet. Ipse immortali absteret enim veritas est, cuius p̄fessio figura omnes euaneantur: corpus eiusus fuisse Christi ad aspergula, vmbra relinquentur. Ipse, inquit, verum sabbathi complemētum. Per baptismum illi consupstuti, in consortium mortis eius insiuimus, ut resurrectionis participes, in nositate virtutis ambulemus. I-

Partem hanc fabr. Rom. 6.4. Coloss. 2. 16, deo sabbathum vmbram fuisse regi futuræ alibi scribit Apostolus: corpus extare in Christo, hoc est, si lidam veritatis substantiam, quam illo loco bene explicavit. Et non uno die cōtentia est, sed toto vita nostra cursu, donec penitus nobismetipis mortui, Dei vita impleamur. A Christianis ergo abesse debet superstitionis dierum obseruatio.

17. 32 Enim

32. *Enimverò quoniam duæ posteriores cause veteribus vmbrian-*
num-rati non debent, sed seculis omnibus p̄t; quæ conuenient: abro-causa sabbathi, vt
gato sabbatho, inter nos tamen etiamnum locum istud habet, vt statim statim sint dies cele-
diebus ad audiendum verbum, ad mystici panis fractionem, ad publicas brandis cōuentibus
orationes conueniantur: deinde ut seruis & operatis sua detur à labore Ecclesiastici, & ut
renuiſſo. Vtrunque in sabbathi præceptione curè fuisse Domino, procul seruis detur à labo-
dubio est. Prior abunde testimonij, vel in solo Iudeorum v̄su, habet. Se-re semisso, om̄ib⁹
cundam signavit Moys in Deuteronomio, his verbis, Ut requiescat ser-fœculis conueniant,
ues tuus & ancilla tua, sicut & tu: memento quod & ipse seruicis in A- Dant. 5. 14.
gypto. Item in Exodo, Ut requiescat bos & asinus tuus: & respiret filius an Exod. 23. 12.
cillæ tuæ. Vtrunque quis neget nobis perinde ac Iud. vis conuenire? Con-
uenitus Ecclesiastici nobis Dei verbo præcipiuntur: & eorum necessitas,
ipsa vitæ experientia, nota satis est. Nisi statim sint, & suos habeant consili-
tutus dies, quomodo haberí possunt? Omnia decenter & ordine gerenda
inter nos sunt ex Apostoli sententia. Tantum verò abest quin decorum 1. Cor. 14. 40.
& ordo, nisi ista politia & moderatione conseruari possit, ut præsentissi-
ma impendeat Ecclesia perturbatio & ruina si disficiatur. Quod si ea-
dem nobis ne efficitur incombere, cuius in subdium Iudeis Dominus sab-
bathum cōstituerat, nemo causatur nihil aliud ad nos pertinere. Voluit
enim prævidentissimus & indulgentissimus Pater noster, nos tamen, nō mi-
nus quām Iudeorum necessitatē prospicere. Cur non quotidie, inquietus,
potius conuenimus, ut ita tollatur dictum discrecio? viuimus illud qui-
dem daretur: & sine digna erat spiritualis sapientia, cu: quotidianæ accide-
retur particula aliqua temporis. Sed si à multorum infirmitate obtineri
non potest ut quotidiani conuentus agantur: & charitatis ratio plus ab
illis exigere non permittit: cur non pareamus rationi quam nobis vide-
mus Dei voluntate impositam?

33. *Paulò h̄c cogor esse longior, quod hodie ob diem Dominicum De diei Dominicæ*
tumultuantur nonnulli in quieti spiritu, sibi in Christianam quietan- obseruatione.
tur in Iudaismo fouerti, quia retinet aliquam fieri obseruationem. Ego
autem respondeo, citra Iudaismum dies istos à nobis obseruari: quia lon-
go interullo differimus in hac parte à Iudeis. Non enim ut ceremoniā
arct sima religione celebramus, qua putemus mysterium spiritualis figura- 1. Cor. 2. 16.
ris: sed Iustiprimus ut remedium retinendo in ecclesia ordini necessa-
rium. Atqui Paulus docet, non esse in eius obseruatione iudicandos Chri-
stianos: quia sit vmbra rei future. Ideo timet ne inter Galatas frustra la- Galat. 4. 10. 11.
boraat, quod adhuc dies obseruantur. Et ad Romanos ass: tu supersti- Rom. 14. 5.
tiosum esse si quis iudicat inter diem & diem. At quis p̄ixerit illos dun-
taxat furiosos, non videat de qua obseruatione intelligat Apostolus? Non
enim in finem istum politicum & Ecclesiastici cum ordinem respiciebat;
sed quum, tanquam rerum spiritualium umbras retinerent, tantudem
obscurabant Christi gloriam & Eu- ing- h̄i licem. A manu illis operibus
non ideo feriabantur quod essent à sacris studiis & meditationibus au-
camenta: sed religione quadam, quod scriando, mysteria olim commen-
data recolere se somniabant. In haue, inquam, præpostum dicium dis-
cretionem inueniuntur Apostolus: non in legitimum delectum, qui socie-
tatis Christianæ p̄c: seruat. Siquidem in Ecclesiis ab eo institutis sabbati-
thum in hunc usum retinebatur. Illum enim diem præsedit Corin-
thiis, quo symbolū ad subl. uandos Hierosolymitanos fratres colligan-
tur. Sicut metu superstitionis plus erat periculi in Iudaicis feriis, quām in Do-
minicis, (uos nunc habent Christiani) liebus. Nam quod ad euenitendam
superstitionem expediebat, si blatus est Iudeis religiosus dies: quod de-
coro, ordini, paci, in Ecclesia retinendis necessarium erat, alter in eum v-
sum destinatus est. 1. Cor. 16. 2.

34 Quanquam non sine delectu Dominicum quem vocamus dicunt veteres in locum sabbathi subrogarunt. Nam quum vera illusio erit, quam verus sabbathum adumbribat, in resurrectione Domini suis sic et complementum ipso die, qui vmbbris finem attulit, adiungentur huius stiani ne vmbribus ceremonie inharetur. Neque sic tamen sacerdotium numerum motor, ut eius servitutem Ecclesiam astringat in fine que enim Eccl^{esi}stione in observa- clesias damnauero, que alios conuentibus suis solennes dies habeant, tione dies Domini modo à superstitione absunt. Quod critici ad solam observationem discipi- plinæ & ordinis bene compositæ refertantur. Summa sit: ut sub figura Iudeorum tradebatur veritas, ita nobis sine vmbbris commendatur; primum, ut perpetuum tota vita sabbathismum meditemur à nostris operibus, quod Dominus in nobis per suum Spiritum cerneret; deinde ut pia operum Dei recognitione priuatum se quisque, quories vincat, diligenter exercet; tum etiam, ut omnes simul legitimum Ecclesiaz ordinem ad verbis audiendum, ad sacramentorum administrationem, ad ubi casationes constitutum, obseruemus: tertio ac ne bis subditos in humaniter prema-
De hac libertate vi- mus. Ita euangelicum nuge pseudoprophetarum qui iudaica opinione po- de Sociedad hisp. tr. pulum superioribus seculis imbuerunt, nihil aliud afferentes nisi abrogatum esse quod ceremonialē erat in hoc in iudato (ad vocat sua lingua diei septimæ taxationē) remaneat autem quod mortale est, tempore unius diei obseruationem in hebdomade. Atqui id nihil aliud est quam in Iudeorum cōtumeliam diem mutare, diei sanctitatem an moeziā dñe retinere: siquidem manet nobis etiam nūm par mystérii in diebus significatio quæ apud Iudeos locum habebat. Et sanè videmus quid talis doctrina proficerint: qui enim eorum cōstruionibus harentur, et alla carnae prosabbathismi superstitione Iudeostes suprant: ut nihilominus hodie ipsi convenienter obiurgationes ouæ apud Isaiam leguntur, quamvis eis sua aetate Propheta increpabat. Ceterum generalis doctrina pia cipit tenenda est: ne religio inter nos vel concidat vel languat, diligent et co- lendos esse sacros cœtus, & externis subsidiis quæ ad fœendum Percal- tum valeant operam dandam esse.

PRÆCEPTVM QUINTVM.

35 Honora patrem tuum & matrem ut sis longævus super terram quam Iehoua Deus tuus daturus est tibi.

Finis precepti 5. & auferimur. Finis est, Quoniam in Domino Deo sive de specieis conservatio cordi est, ordinatos ab ipso eminenti grauis aportare nobis esse inutilibiles. Summa igitur erit ut quos nobis praefecit Dominus, eos suspiciamus, & honeste & obedientia & gratitudine prosequamur. Unde sequitur interdictum, ne quid eorum dignitati, vel contemptu, vel contumacia, vel ingratit idone detegimus. Sic enim latè patet vocabulum: Honoris in Scriptura: ut quam dicit Apollonus, Presbyteros qui bene præsunt, duplicit honore dignos esse, non modo reverentiam iis debet intelligi, sed quam ministerium eorum remunerationem meretur. Quoniam autem hoc de subiectione præceptum cum homani ingenij præ uitate val- pante, reverentia de pugnat (quod, ut est celsitudinis appetentia turgidum, agre se subiecta, ex qua sustinet) que natura maximè amabilis est ac minimè inuidiosa superio- ritat nimis. Hoc & virtus, in exemplar proposta est: quia facilius animos nostros emollire & insletere ad submissionis consuetudinem poterat. Ad omnem ergo legiti- miam subiectiōnem ab ea quæ facillima est tolerata, nos paulatim assue-

1 Tim. 5.17. Vocabulū honoris quod dicitur, hic pos- teat tristissime ex parte fratrum, et ceteris, de pugnat (quod, ut est celsitudinis appetentia turgidum, agre se subiecta, ex qua sustinet) que natura maximè amabilis est ac minimè inuidiosa superioritatem nimis. Hoc & virtus, in exemplar proposta est: quia facilius animos nostros emollire & insletere ad submissionis consuetudinem poterat. Ad omnem ergo legitimam subiectiōnem ab ea quæ facillima est tolerata, nos paulatim assue-

assuefacit Dominus: quando est omnium eadem ratio. Siquidem quibus attributis eminentiam, quatenus ad eam tuendam necesse est, suum cum illis nomen communicat. In unum ipsum ita conueniunt patris, Dei ac Domini tituli, ut quoties unum aliquem ex iis audimus, maiestatis illius sensu animum nostrum seriti oporteat. Quos ergo istorum facit patricipes, eos quadam fulgoris sui scintillam illustrat, ut sint pro suo quisque loco spectabiles. Ita qui nobis est pater, in eo diuinum aliquid reputare patet: quia diuinum titulum non sine causa gerit. Qui princeps est, qui dominus, habet nonnullam honoris cum Deo communionem.

36 Qui propter ambiguum esse non debet quin hic universalem regulam Dominus statuat: nempe prout quenque nouimus esse nobis eius ordinatione perfectum, ut ipsum reverentia, obedientia, gratitudine, & quibus possumus officiis prosequanuntur. Nec interest dignissime an indigne sint quibus honor iste deferatur: nam qualescumque sint tandem, non tamen sine Dei propria lenti hunc locum asequuntur sunt, cuius ratione ipse Legislator eos honorari veluit. Nominatum tamen de parentum reverentia praecipit, qui nos in hanc vitam sustulerunt: ad quam natura ipsa quodammodo instituere nos debet. Monstra enim sunt, non homines qui patriam potestatem contumeliam vel perucacia inflingunt. Ideo cunctos parentibus immotiger ostreducit iubet Dominus, ut beneficio lucis indignos, qui non recognoscunt quoniam opera in eam pertuerentur. Arque ex variis quidem Legis appendicibus appetat verius esse quod annotauimus, tres esse honoris de quo hic loquitur partes, reverentiam, obedientiam, gratitudinem. Primum Dominus sinecundum dicit inter se i precipit qui maledixit patrem aut matrem: quandoquidem illuc contemptum ac contumeliam vindicat. Secundum, dum aduersus immorigeros & rebelles paenam mortis edicit. Ad tertiam pertinet quod dicit Christus Matth. 15, ex precepto Dei esse ut beneficiamus parentibus. Et quoniam mandati mentionem facit Paulus, obedientiam in eo requiri interpretatur.

endant: sed quom nusquam exprimitur Sola, hanc adiectionem fieri non sustinent. Itane? sed quid ad hec Pauli verba respondebunt, ubi Rom. 4. 2: contendit non esse ex fide iustitiam, nisi sic gratuita? Quomodo gratuita cum operibus conueniet? Quibus etiam calumnis eludent quod alibi dicit, in Evangelio Dei iustitiam manifestari? Si manifestatur in Evangelio iustitia, certe non lacera, nec dimidia: sed plena & absoluta illuc continetur. Lex ergo in ea locum non habet, nec falsa modo, sed plane ridicula tergiuersatione in exclusiva particula consistunt. Annon enim satis solidè soli fidei tribuit omnia, qui operibus admittit? Quid si bī, amabō, volunt̄ iste loquitiones, Sine lege manifestatam est iustitiam, iustificari gratis hominem, & sine operibus Legis? Hic ingeniosum subterfugium habent: quod tametsi non excogitauit ipsi, sed ab Origene & quibusdū in veterum sumperserunt, inepossimum tamēn est. Opera Legis ceremonialia excludi gariunt, non mortalia. Sic proficiunt afflue rixando, ut ne prima quādem dialectica elementa teneant. An putant delitare Apostolum dum ad eiusententiaz probationem locos istos ad lucit? Qui fecerit hæc homo viuet in ipsis. Et, Maledictus o- Gal. 3. 10. 21. minis qui non impluerit omnia quā scripta sunt in volumine Legis. Nisi insinuant, non dicent promissam vitam ceremonialium coloribus, nec denuntiatam maledictionem solis eorum transgressoribus. Si sunt de Lege mortali intelligendi: non dubium quin à iustificandi potestate mortalia quoque operi excludantur. Eodem spēctat iste rationaciones quibus vniur. Quoniam per Legem cognitio peccati: ideo Rom. 3. 20. et 4. 5: non iustitia. Quia Lex ita operatur, ergo non iustitiam. Quia Lex certam non potest reddere conscientiam, ideo nec iustitiam conterre valet. Quia imputatur fides in iustitiam, ergo non est operis merces iustitia, sed indebita donatur. Quia ex fide iustificamur, absissa est Galat. 3. 21. gloriatio. Si dat̄ ei sit̄ Lex, quā possit vivificate, verē ex Lege esset iustitia: sed Deus conclusit omnia sub peccato, ut promisso dateur creditibus. Nugentur si audeant, in ceremonias ista competere, non in mores. atqui pueri quoque ipsi exploderent tantam impudentiam. Maneat ergo nobis certum, de Lege tota verba fieri, quando Legi derogatur iustificandi facultas.

20 Si quis autem mitetur cur tali adiectione vsus sit Apostolus, non contentus opera nominasse: in promptu est ratio. Si quidem ut tanū restituentur, per ipsiū iustitiam à Dei approbatione magis quam à propria dignitate illud habent. Quis eum operum iustitiam Deo venditare audeat, nisi quam ipse approbavit? quis tanquam illis debitam reposcere mercedem, nisi uamille promiscerit? habent ergo id ex Dei beneficentia, quid & iustitiae titulo & mercede digni habentur, acque adeo hac vna ratione valent, dum per ipsa propulsum est obedientiam Deo exhibere. Quia te ut probet alibi Apostolus, Abraham iustificari ex operibus non potuisse, allegat, serme quadringentis decimū & triginta annis post peccatum factum latens esse Legem. Rident huiusmodi irrāgantiam impetrati, quod latens promulgationem Legis potuunt esse iusti opera: sed quia operibus nonnulli ex Dei testimonio ac dignatione tanti inesse monies, si nouerat, pro confesso assumptis, an ex Legem vim in tē fican di non habuissent. H̄ib in: cur opera Legis nominatione xp̄ in u. dum vulnillis detrahere iustificationem: quia scilicet de illis solis controvērsia moueti potest. Quia inquit & sine adiectione quilibet intendit opera excepit, ut quum David s̄ testimoio beatitudinem homini assignata dicit cui Deus sine operibus imputat iustitiam facere ergo nullis cauillis possunt quā generalem exclusiū obtineamus. Ac frustra euām trivulam subtilitatem captant, iustificari nos sola fide quā per dilectionem Galat. 5. 6.

operator, ut datur charitate iustitia. Fatemur quidem cum Paulo, non aliam fidem iustificare quam illam charitatis efficacem: sed ab illa charitatis efficacia iustificandi vim non sumit. Imo non ab ratione iustificatur, nisi quia in communicatione iustitiae Christi nos inducit. Alioquin excideret id totum quod tanta contentione Apostolus virget. Et qui operatur (aut) non imputatur merces secundum gratiam, sed secundum debitum. Et vero quin opera, sed credit in eum qui iustificat in pium, imputatur sua fides ad iustitiam. Poteratne evidenter loqui quam sicut agendo nullam esse fidei iustitiam, nisi ubi nulla sunt opera, quibus debeat merces: actum enim fidem imputari in iustitiam, ubi per indebitam gratiam iusta confertur?

Hic ergo scit 22. 6^o
firmitate Scripturae
iustitiam, iustitia
fidei iuste reconcilia-
tionis ex Deo, que
constat peccatorum
solam remissionem, no-
operam nostrorum
imputationem.

Ieza. 59. 7.

Rom. 5. 8.

a. Cor. 5. 19.

Ibidem 21.

Rom. 4. 6.

Psal. 32.

*Luc. 1. 77.
v. 10. 13. 58.*

21 Nunc illud quam verum sit executamus, quod in finitione dictum est, iustitiam fidei esse reconciliationem cum Deo, que sola peccatorum remissione constet. Semper ad illud axioma secundum est uniuscuiusdam Dei in umbere, quandiu peccatores esse perseuerant. Id eleganter significavit Iesaias his verbis, Non est abbreviata manus Domini, ut fetuare nequeat, neque aggrauata autis eius, ut non exaudiatur: sed iniuriantes vestrum dildium fecerunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra abscondent faciem eius a vobis, ne exaudiatur. Audimus peccatum esse divisionem inter hominem & Deum, vulnus Dei auersiōnem a peccatore, nec fieri aliter potest: quandoquidem alienum est ab eius iustitia quicquam commercij habere cum peccato. Vnde Apostolus in mecum esse Deo hominem docet, donec in gratiam per Christum restituatur. Quoniam ergo Dominus in coniunctionem recipit, eum dicitur iustificate: qui nec recipere in gratiam, nec sibi adiungere potest quin ex peccatore iustum faciat. Istud addimus fieri per peccatorum remissionem. Nam si ab operibus est mentis quos sibi Dominus reconciliavit, repetitur etiam numerus reuera peccatores, quostamen peccato solutos purisque esse oportet. Constat itaque, quos Deus amplectitur, non aliter fieri iustos nisi quod ab omniis peccatorum remissione maculis purificari: ut talis iustitia uno verbo appellari queat peccatorum remissio.

22 Vtrunque horum pulcherrime querit ex istis Pauli verbis que recitauit, Erat Deus in Christo mundum sibi reconcilians, non imputans hominibus sua delicta, & depositum apud nos verbum reconciliationis. Deinde summissam sue legationis subdit, Eum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut iustitia Dei efficeretur in illo. Iustitia & reconciliationem hic promiscue nominat, ut alterum sub altero viculum continet intelligamus. Modum autem consequentis huius iustitiae docet dum nobis delicta non imputantur. Quoniam ne posthac dubites quomodo nos Deus iustificet, quem audis reconciliare nos sibi, non imputando delicta. Sic ad Romanos, Davidis testimonio probat homini imputari iustitiam sine operibus, quia ille beatum pronuntiat honinem cuius remissio sunt iniuriae, cuius testa sunt peccata, cui Dominus non imputauit delicta. Beatus uinem proculdebet pro iustitia illuc ponit, et quoniam assertat in remissione peccatorum consistere, non est cur aliter ipsam definiamus. Proinde Zacharias pater Iohannis Baptiste cogit ostrem salutis in remissione peccatorum positam canit. Quoniam regulam sequitur Paulus in concione quam de salutis summa apud Antiochenos habuit, conclusile in hunc modum a Luca narratur: Per hunc remissionem peccatorum vobis annuntiatur: & ab omnibus iis a quibus non pertinet iustificati in Lege Moysis, in hunc omnis qui credit, iustificatur. Sic remissionem peccatorum conseruit Apostolus cum iustitia ut idem prius esse ostendat, vnde merito ratiocinatur, gratiarum esse nobis iustitiam quam indulgentia Dei obtinemus. Neque inuisuata videti debet loquutio

Quotio iustos non operibus, sed gratuita acceptione esse fideles coram Deo: quum & toties occurrat in Scriptura, & veteres etiam interduin sic loquantur. Sic enim alicubi Augustinus, Sanctorum iustitia in hoc mundo magis peccatorum remissione constat quam perfectione virtutum. Cui respondent preclaræ Bernardi sententiae, Non peccare, Dei iustitia est: hominis autem iustitia, Dei indulgentia. Ante autem assertuerat Christum nobis esse iustitiam in absolutione, id est que solos esse iustos qui veniam ex misericordia consequuntur.

Liber de Civitate Dei, cap. 27.

Serm. 23. in Cantic. Serm. 22.

23 Hinc & illud conficitur, sola intercessione iustitiae Christi nos ob *Sola intercessione* tenere ut coram Deo iustificemur. Quod perinde valet, acsi diceretur, ho*ius iustitiae Christi*, que minem non in seipso iustum esse, sed quia Christi iustitia imputatione *nobis communum* ac cum illo communicatur, quod accurata animaduertitione dignum est. Si tur imputatione, nos quidem euanescit nugamentum illud, id est iustificari hominem fide, quo obtinere ut coram illa Spiritu Dei participat quo iustus redditur. quod magis est con*Deo iustificatur,* trarium superiori doctrina quam ut conciliari vnuquam queat. Neque probatur pluribus enim dubium quin sit inops propterea iustitia qui iustitiam extra seipsum Pauli locis, & con*querente* docetur. Id autem clarissime assertus Apostolus, quim scribit eum firmatur ex *Anno* qui peccatum non nouerat, pro nobis hostiam peccati expiatrixem esse brosum, factum, ut efficaciter iustitia Dei in ipso. Vides non in nobis, sed in Christo esse iustitiam nostram: nobis tantum eo iure competere quia Christi sumus particeps. si quidem omnes eius diuitias cum ipso possidemus. Nec obstat quod alibi docet, damnatum esse de peccato peccatum in Christi carne, ut iustitia Legis completeretur in nobis. ubi non aliud complementum designat quam quod imputatione consequitur. Eo enim iure communicat nobiscum Dominus Christus suam iustitiam, ut mirabil modo, quantum pertinet ad Dei iudicium, vim eius in nos trasfundat. Aliud non sensisse abunde liquet ex altera sententia, quam paulo ante posuerat, Quemadmodum per vius inobedientiam constituti sumus peccatores, ita per obedientiam vius iustificari. Quid aliud est in Christi obedientia collocare nostram iustitiam, nisi assertio eo solo nos habeti iustos, quia Christi obedientia nobis accepta fertur, ac si nostra esset? Quare mihi eleganissime videtur Ambrosius huius iustitiae paragigma in benedictione Jacob statuisse, nempe quemadmodum ille primogenitum a seipso non meritus, habitu fratris occultatus, eiisque ueste inducens, quae optimum odorem spirabat, seipsum insinuavit patri, ut suo commodo sub aliena persona benedictionem acciperet. ita nos sub Christi primogeniti nostri fratris preiosam puritatem delitescere, ut testimonium iustitiae a conspectu Dei referimus. Verba Ambrosij sunt, Quod Isaac odoneum vestrum olfecit, fortasse illud est, quia non operibus iustificamur, sed fidei, quoniam carnalis infinitas operibus impedimentum est, sed fidei clatitas factorum obumbrat errorem, quae merentur veniam dilectorum. Et sane ita res habet, nam quo in salutem eoram facie Dei cōpareamus, bono eius o lote frangate nos necesse est, & eius perfectione *vitia nostra* obtegi ac sepeliri.

Rom. 5. 19.

Lib. 2. de Jacob.

Vita bea, cap. 2.

Et si in nobis perfudatur gratuita iustificatio, ad Dei tribunal nullus esse mentes.

C A P. XII.

HAT C omnia tametsi luculentis testimonijs verissima esse patet tamen quatuor necessaria sunt, non prius nobis clare considererit, quam ea nobis ob oculos posuerimus, quae totius disputationis funda- mента esse debent. Princípio ergo nobis succurrat illud: non de humani fori iustitia, sed cœlestis tribunalis sermonem esse institutum: ne ad modulum nostrum mettamur, quae operum integritate dimicemus iudicio.

Oblenditur hic & sicut 2. coram Deo, nihil esse acceptum nisi omni ex parte integrum & absolu- tum: cuius tribunali tremenda macta.

A j.

satisfiat. Atqui misericordia est quanta temeritate & audacia id vulgo definiatur. Quin etiam videtur est ut nulli confidentius, & plenioribus, quod aiunt, buccis de operum iustitia gariantur, quam qui vel palpabilibus morbis prodigiose laborant, vel intercutibus crepant vitiis. Tali si, quia Dei iustitiam non cogitant, cuius vel si minimo sensu afficerent: ut nunquam tanto eam ludibrio haberent. Atqui certe ultra modum floccipenditur, si talis tamque perfecta non agnosceretur ut nihil ei acceptum sit nisi omnibus parte integrum & absolutum, nullae pie forde inquiratur, quia le in homine repritere nec licuit unquam, nec licebit. Tali est scilicet ac promptum cuilibet, in scholarum umbraculis de operum dignitate ad iustificandos homines nugari: sed ubi in conspectum Dei ventrum est, facessant tales delicia, oportet, quia res illuc agitur serio, non ludicra *λιγοπαχτία* exercetur. Huc, huc referenda mens est, si volumus de vera iustitia cum fructu inquirete: quomodo cœlesti iudicii respondamus, quum nos ad rationem vocauerit. Statuamus nobis iudicem illum, non qualem intellectus nostri sponte imaginantur, sed qui depingitur nobis in Scriptura: cuius scilicet fulgore obtenebrantur stelle, cuius robore liquefunt montes, cuius ira terra concutitur, cuius sapientia deprehenduntur in astutia sua prudentes, cuius punitate inquitur omnia, cuius ferenda iustitia nec Angeli fates sunt, qui nocentem non facit innocentem, cuius vindicta, quum semel accensa est, penetrat usque ad inferni nouissima. Sed et inquam, ille ad examinanda hominem factus: quis securus ad eius thronum se sistet? quis habitabit cum igne deuorum? inquit Propheta: quis manebit cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in iustitia, & loquitur veritatem, &c. Sed prodeat ille quisquis est. Imò verò facit illa responsio ne quis prodeat.

Vnde principiū librum Job.

Ies. 33. 14.

*Psal. 130. 3.
Job 4. 17.*

Job 15. 15.

Doch. 27. 26.

Ex aduerso enim terribilis vox insonat, Si iniuriantes obsequiaueris Domine, Domine quis sustinebit? Pereundum sanè mox sit omnibus, ut alibi scribitur, Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur: aut purior erit factore suo? Ecce qui seruunt ei non sunt si Iesus, & in angelis suis reperit prauitatem. Quantò magis qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur coram tinea? A mane usque ad vesperam succidentur. Item, Ecce inter sanctos eius nemo est fidelis: & ecclii non sunt mundi in conspectu eius. Quantò magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit, quasi aquam, iniurianter? Fateor quidē in libro Job mentionem fieri iustitiae quæ excelsior est obseruatione Legis, atque hanc distinctionem tenere operæ pretium est: quia etiam si quis Legi satisfaceret, ne sic quidem statuerit ad examen illius iustitiae quæ sensus omnes exuperat. Itaque etiam si Job bene sibi conscientius sit: attonitus tamen obmutescit: quia videt ne angelica quidem sanctitate posse Deum placati, si ad summam trutinam reuocet eorum opera. Ego igitur iustitiam illam quam attigi, quia incomprehensibilis est, nunc omitto: sed tantum dico, si exigitur vita nostra ad normam Scripturæ Legis, nos esse plusquam socratus nisi horronda formidine nos torqueant tot maledictiones, quibus nos expergesciri voluit Deus: atque inter alias hęc generalis, Maledictus omnis qui non manserit in omnibus quæ scripta sunt in hoc libro. Denique insipida vel dilata erit hęc tota disputatio, nisi se quisque reum sicut coram cœlesti iudice, & de sua absolutione solitus, ultero se prosternat ac extinxiat.

2. Huc huc attollendi erant oculi, ut trepidare potius disceremus, quam inaniter exultare. Facile quidem est, dum in hominibus subtiliter cōpiratio, ut se quisque habere reputet quod alij contēnere non debeat: sed ubi ad Deum allurgimus, corruit dicto citius ac deperit fiducia illa. Atque ^{*} id protus anima nostræ erga Deum usu venit, quod erga visibile

* *Sic b. 1. cap. 1.*

fibile cœlum corpori acies enim oculi, quantisper rebus adiacētibus perstrandis insistit, perspicientia sue documenta capit: si in solem dirigitur, nimio eius fulgore perstricta & obstupefacta, non minorem in eius itinere debilitatem sentit, quam in rerum inferiorum aspectu cobur. Ne fallamus erga nos vanam fiduciam, etiam si reliquis hominibus vel patres vel superiores nos esse ducimus: nihil id ad Deum, cuius ad arbitrium revocanda est ista cognitio. Quod si domini ferocia nostra monitionibus istis nequit, respondebit nobis quod Pharisæi dicebat, Vos estis qui vos iustificatis coram hominibus. At quod hominibus altum est, ab omnina *Luc. 16.15.* bille est Deo. Eas nunc, & de iustitia tua tumidè inter homines glorievis, dum illam Deus è cœlo abominetur. Quid autem serui Dei, vere eruditus eius Spiritu? Ne intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu omnis viuens. Alter vero, quanquam sensu paullum diuerso, Non poterit homo iustus esse cum Deo: si voluerit contende. *Iob 9.2.* audimus, qualis sit Dei iustitia, cui scilicet nullis humanis operibus satius. *Cor. 4.4.* fiet: cui mille sceletum nos interroganti, vnius purgatio asserti non potest. *Psal. 143.2.* terit. Talem nimitem iustitiam bene animo conceperat eleđū illud Dicit respondebit organum Paulus, quum proficeretur se nihil sibi conscientium esse, sed aon bis cum Deo negotiatur et, ratiōne con-

3 Nec in facili modo literis extant talia exempli: sed omnes pīj scientiae afflūm eſt. protes hunc sibi sensum fuisse demonstrant. Sic Augustinus, Omnia, in se in eius gratitudo, quipiorum sub hoc onere corruptibilis carnis & in hac vice iustitiae misericordia, exulta te gementium una spes est, quod Mediætorem vnu habemus Iesum Christum omni operum finem iustum: & ipse est exortatio pro peccatis nostris. Quod autem si ducia, demonstrativa hæc illis spes est, vbi operum fiducia? Solam enim quum dicit, nullus testimoniis Aliam aliam relinquit. Bernardus vero, Et te vera, vbi tutu fūnā que infirmitas & Bernar- mis requies & securitas, nisi in vulneribus Salvatoris statim illuc securior di. habito, quanto potentior est ad salvandum. Tremuit mundus, premis cor. *Lib. ad Bo. 2. cap. 5.* puss, diabolus insidiatur: non cado, quia fundans sum supra firmam pe Sup. can. serm. 61. trami. Peccavi peccatum graue. Turbitur conscientia: sed non perturba In Psal. Qui habitabitur, quia vulnerum Domini recordabor. Postea ex his concludit, Me serm. 15. ritum proinde meum miseratione Domini. non sum planè meriti inops, Ser. 13. in Canti, quandiu non fuerit ille inops miserationum. Quod si misericordia Do- Ser. 68. mini multa, multus ergo perque sum in meritis. Nunquid iusticias meas c. intrabo? Domine nieminero iustitie tuæ solius. Ipsa enim est & mea, nempe facta est mihi iustitia à Deo. Item alibi, Hoc totum hominis meritum, si totam spem ponat in eum qui totum hominem saluum facit. Similiter vbi pacem sibi retinens, gloriam relinquit Deo: Tibi, inquit, illibata maneat gloria: mecum bene agitur si pacem habuero. Abiuto gloriam profusione si usurpiero quod meum non est, perdam & oblatum. Apertius etiam alio loco, De meritis quid solicita sit Ecclesia: cui de proposito Dei fieri sufficit securiorque gloriandi ratio: Sic non est quod queris, quibus meritis speremus bona, præfertim quum audias *Eze. 36.22.39.* apud Prophetam, Non propter vos facias, sed propter me, dicit Dominus. Sufficit ad meritum scire, quod non sufficiant merita: sed ut ad meritum satis est de meritis non præsumere, sic catere meritis suis ad iudicium est. Quod merita liberè usurpat pro bonis operibus, ignoscendum consuetudini. In si te vero consilium eius fuit terrere hypocritas, qui pecandi licentia contra Dei gratiam protestauint: sicut: mox se explicat. Fœlix Ecclesia cui nec merita sine præsumptione, nec præsumptio absque meritis debet. Habet unde præsumit, sed non merita. Habet merita, sed ad promerendam, non præsumendum. Ipsum non præsumere non ne promereri est. Ergo eo præsumit securius quo non præsumit, cui ampla

materies gloriandi est, misericordie Domini multæ.

Comparatio puritatis. 4 Ita est sanè. Hoc unicum salutis asylum, in quo respiret tutò possit. Dicunt isti hinc sint, sentiunt exercitata conscientia, vbi cum Dei iudicio negotium est, minum iustitia, hic nam si quæ lucidissimæ videbantur nocte stelle, splendorem iunum perdunt solis aspectu, quid putamus vel rarissimæ hominis innocentia futura, vbi ad Dei puritatem composita fuerit? Erit enim seuerissimum illud examen, quod in abditissimas qualque cordis cogitationes penetrabitur; & quæ ad odum ait Paulus, Reuelabit occulta tenebrarum, & abscondita cordium reteget; quod latitante & testantem conscientiam profette coget omnia quæ nunc è memoria quoque nostra elapsa sunt. Vt ergo sit accusator diabolus, conscientia omnium flagitorum ad quæ perpetuanda nos impulerit; illuc nihil proderunt externe bonorum opem pompe, quæ sole nunc extimantur: sola postulabitur voluntatis syncetas. Quare hypocritis, non modò qua homo coram Deo sibi male conscient, ostentare se apud homines affectat, sed qua sibi quisque coram Deo imponit (vt sumus ad nos palpando adulandoque proclives) confusa concidet, vt cunque nunc plusquam temulenta audacia superbiat. Ad eiusmodi spectaculum qui sensum suum non ditigunt, suauiter qui leni & placide iustitiam sibi ad momentum adstruere possunt, sed quæ in iudicio Dei mox illis sit exentienda: non secus ac magnæ opes, per somnium cumulatæ, expergefactis evanescunt. Qui autem seriò, tanquam sub Dei conspectu, de vera iustitia regula querent, illi certò comparent, omnia hominum opera, si sua dignitate censeantur, nihil nisi inquinamenta esse & fordes: & quæ iustitia vulgo habetur, eam apud Deum metam esse iniquitatem: quæ integritas censeretur, pollutionem: quæ gloria ducitur, ignominiam.

5 Ab hac diuinæ perfectionis contemplatione ad nos sine blanditijs & cœvo amoris affectu respiciendo descendere ne pigrat. Mirum enim non est si tantopere & cœutiamus in hac parte, quum à pestilenti erga se indulgentia nemo nostrum caueat, quam in nobis omnibus naturaliter hatere clamat Scriptura. Cuique viro, inquit Solomo, recta est via in oculis suis. Item, Omnes viae hominis mundæ videntur in oculis eius. Quid autem an ista hallucinatione absoluatur? inò vero, (quemadmodum ibidem subiungit) Dominus ponderat corda: hoc est, dum homo ob externani quam præ se fert iustitiae laruam se demulcit, interim Dominus latentem cordis impunitatem truina sua examinat. Quum ergo talibus blandimentiis adeò nō proficiatur, ne illudamus nobis ultro in nostram perniciem. Quo autem nos probè excu iamus necessariò ad Dei tribunal reuocanda est nostra conscientia. Illius enim luce omnino opus est ad detegendæ, quæ alioqui nimis profane latenter, prauitatis nostri & inuolucra tum dilacidè deum perspiciemus quid ista valeant: longè abesse quin iustificetur coram deo homo, putredo & vermis, abominabilis & vanus: qui bibit tanquam aquas iniuitatem. Nam quis poneret mundum, dē immundo conceptum semine? ne vnuus quidem. Tum & idipsum experientur, quod de se Job dicebat, si innocenter me ostendere volero, os meum condemnabit me: si iustum, præuum comprobabit. Ne que enim ad seculum unum, sed ad omnia pertinet, quod Propheta olim de Israele querebat, omnes quasi oves errasse, vnumqueque declinasse in viam suam. Siquidem omnes illic comprehéndit ad quos peruenientia esset redemptio gratia. Atque eousque procedere debet istius examinis rigor, donec in plenâ constitutio nem nos subegerit, eoque modo ad tecum fandam Christi gratiam comparatur. Fallitur enim qui putat se hanc suendre esse capacem, nisi omnem priù, animi altitudinem deinceps. Notum est illud, Deum superbos con-

*Job 15. 16.
Job 14. 4.*

*Job 9. 26.
Ier. 53. 6.*

bos confundere, humiliibus dare gratiam.

6 Quæ autem humiliati nostri ratio nisi ut tori inopes ac vacui Dei ^{terram} humiliatus in sericordia locum demus? Non enim humilitatem voco, siquid nobis quæcumque nobis exigit testidum esse putamus. Et haec tenus perniciosem hypocrisim docuerunt Deus, non esse, nisi qui huc simul duo iuxete, Humiliter de nobis sentiendum coram nos omni bona & Deo, & iustitiam nostram aliquo loco habendam. Si enim contra quam in iustitia penitus rata sentimus, cōfitemur coram Deo, improbe illi mentimur. sentire autem eos agnoscimus, non possumus ut decet, quin protus quicquid videtur in nobis esse gloriosum conteratur. Quum ergo audis apud Prophetam, paratam esse salutem humili populo, directionem oculis superbiorum: primum cogita, ad salutem non patet accessum nisi deposita omni superbia, & assumpta solida humilitate: deinde humilitatem illam non esse modestiam aliquam qua Domino de iure tuo pilum cedas, (qualiter humiles vocantur contum hominibus qui nec se fastuosè effertunt, nec aliis insultant, quum tam nonnulli excellenti conscientia nitantur) sed submersione non similitudinem animi fetio miseriarum inopieque suæ sensu consternati. Sic enim ubique verbo Dei descriptus est. *Quoniam Dominus apud Sophiam sic loquitur, auferam de te exultantem, residuum faciani in medio populi tui afflictum & pauperem, & stuprabunt in Domino: annon aperte demonstrat qui sunt humiles?* Népe qui suæ paupertatis cognitione afflitti iacent. Contraria superbos vocat exultantes, quod rebus prosperis leti homines soleat exultare. Humilibus vero, quos saluare instituit, nihil facit reliquini, nisi ut sperent in Domino. Sic & apud Israhælam, Ad quæ autem respiciam, Ad quæ autem respiciam, *Ies. 66. 1.* etiam nisi ad pauperculum & contritum spiritu, ac tremorem sermones *Idem 57. 13.* meostit, Excelsus & sublimis, habitans æternitatem, & sanctum nomen eius in excelso & in sancto habitans, & cum contrito humili que spiritu: ut vivificet spiritum humilium, & cor contritorum. Quum audis toties *Exemplum ostenditur in Publicano.* *Constitutionis nomen, intellige cordis vulnerum, quod hominem humili prostratum a tolli non sinat. Tali contritione vulneratum esse cor tuum decet,* si velis cum humilibus iuxta Dei sententiam, exaltari. Id si non sit, humiliaberis potenti Dei manu in tuum pudorem & dedecus.

7 Ac verbis non contentus optimus Magister, in parabola velut in tabula, legitimæ humilitatis imaginem nobis representauit, Publicanum enim profert, qui procul stans nos oculos audet in celum etigere, cum multo plausu orat, Domine, propitiatus esto mihi peccatori. Ne putemus esse hæc fieri modestiæ signa, quod celum non audet intueri, nec proprius accedit, quod peccatum plangendo peccatorem se fatetur: sed interioris affectus sciimus esse testimonia. Ex aduerso Pharisæum opponit, qui gratias agit Deo quod non sit ex vulgo hominum, aut raptor, aut iniustus, aut adulter: quoniam bis lejunaret in sabbatho, decimas daret omnium quæ possidebat. Aperta cōfessione agnoscit esse Dei donum quam habet iustitiam: sed quia iustum se esse confidit, discedit à facie Dei ingratus & odiosus Publicanus suæ iniuriantis agnitione iustificatur. Hinc videre licet quanta sit humiliatio nostræ gratia coram Domino: ut non paterat suscipiendæ eius misericordia peccatum, nisi omni proprietate dignitatis opinione protus vacuu. Hęc ubi occupauit, illi claudit aditum. *Mat. 11. 23. & 9. 13.* Quod ne cui dubium foret, cū hoc mādato dimissus est Christus à Patre *Et Christi vocatio in terram, ut euangelizaret pauperibus, mederetur contritis corde, prædicto in locum derum, ostaret captiuos libertatem, clausis aperitionem, consolateretur lugentes: dapsisse à nobis fatet illis gloriā pro cinere, oleum pro luctu, pallium laudis pro spiritu, cōfesse tū arroganteris. Secundum istud mandarum, non nisi laborates & oneratos ad statum securitatem, participandam suam beneficentiam invitat. Et alibi, Non veni ad iustos *Ende utique ora vocando, sed peccatores.**

8 Ergo si Christi vocationi locum dare liber, facessat procul omnis pellenda.

à nobis tum arrogantia, tum securitas illa ex stulta proprie*t* iustitie per
fusione nascitur, vbi homo se habete aliquid pr*iu*ri, cuius merito apud
Deū commendetur. hæc etiam sine illa operum persuasione esse potest.
Multi enim peccatores, quia virtut*um* dulcedine inebriati, Dei iudiciu*m* nō
cogitant, tanquam ver*it*er, o quodā obstupescasti jacent, ne aspirent ad ob-
latam sibi misericordi*m*. At vero non minus excutiendus talis torpor
quā abicienda quāvis nostri confidentia, quō expediti ad Christū fe-
stinamus, quō vacui & ieiuniū impleri ipsius bonis que amus. Nunquam
enim illi fatus cōfidemus, nisi de nobis penitus diffisi: nunquam in nobis fa-
tis animos etigemus, nisi prius in nobis dicitos: nunquam in ipso fatis
solabimur, nū in nobis desolati. Gratia ergo Dei apprehendend*a* ac ob-
tinend*a*, abiecta quidem proi*s* nos*t*ri fiducia, freti vero sola bonitati*s*
eius certitudine, idonei sumus, dum (vt ait Augustinus) nostra merita
De rer. Apost. c. 8. obliti, Christi dona amplectimur, quia si in nobis merita quereret, nō
Serm. 13. in Corint. venitemus ad eius dona. Cui pulchrit*u*e succinit Bernardus, seruis infidi*v*
compatans superbos, qui fieris suis, vel minimum arroganti*s*: quia lau-
demi grati*z* per se transiunt improbè retinent, perinde acsi paties tam-
pidum se partuire dicat quem suscipit per fenestram. Ne longius hic im-
mōtemur, habeamus brevē sed generalē ceterāque regulā, eam ad par-
ticipandos diuin*is* misericordia fructus comparatum, qui seipsum non
dico iustitia (quae nulla est) sed vano ventosaq*ue* iustitiae imagine penitus
exinanuit, quia tantum quisque obicit impedimenti Dei beneficent*is*,
quantum in seipso acquiescit.

Duo eff*ic* in gratia*t*
ta iustificatione ob-
seruanda, quorum
pri*o*, vt Deo cōfet-
tibata sua gloria,
explicatur hic &
tranquillitas. Videamus quoties ac quam sollicit*u* Scriptura nos hortetur
ſic*z*. *Cofferius* ad reddendam soli Deo laudis confessionem, vbi de iustitia agit. Atque
ſic*z*. *F*it autē adeo hunc finem Domino fuisse testatur Apostolus confundend*a* nobis
vbi *solus ipse iustus* in Christo iustitia, vt suam ipse demonstraret. Mox vero qualis illa sit
agorabitur: quia ad demonstratio*n* subiungit, nempe si *solus ille iustus cognoscatur*, ic*o* iustifi-
cans Deum glori*u* cans cum qui est ex fide Iesu Christi. Vide iustitiam Dei non satis illustra-
tr*u*, qui in se glori*u* nisi & solus censetur iustus, & impenitentibus iustitiae gratiam com-
municet. Hac ratione vult omne os obtutari, & obnoxium sibi reddi v-
niuersum mundum: quia quantumper habet homo quod in suam defensio-
nem loquatur, Dei glori*z* non nihil decedit. Sic apud Ezechielem do-
ct*u* quantopere ex recognitione nostr*z* iniquitatis nomen suum glori-
ficiens Recordabimini, inquit, viatuum & omnium scelerum quibus pol-
luti estis: & displicebitis vobis in conspectu vestro, in omnibus mali-
tias quas commisistis. Et scietis quia ego Dominus, quū beneficēo vo-
b*s* propter nomen meum: & non secundum sceler*z* vestra pessima.
Si hæc in vera Dei nor*ia* continentur, vt propriæ iniquitatis conscientia
attiriti, nobis bene facere indignis illum reputemus: quid magno no-
stro malo tentamus vel villam particul*u* ex ista gratuit*z* benignitatis lau-
Rom. 3. 25. de Domino sus*ci*ari? Similiter Ieremias dum clamat, Ne glorietur sapi*z*
Ezecl. 20. 42. in sapientia sua, aut diues in divitiis suis, aut fortis in fortitudine sua:
sed qui gloriantur, in Domino glorietur. annon innuit de gloria Dei
Jero. 9. 23. non nihil depeſite si in semetipso homo gloriatut*z*? In hunc certe vsum
i. Cor. 1. 30. Paulus verba illa accommodat, quum omnes salutis nostr*z* partes apud
Christū depositas esse tradit*u*, vt nō nisi in Domino gloriemur. Significat
enim contra Deum insurge*re* & tenebras obducere glori*z* eius quisquis
veltan*z*

Duo eff*ic* in gratia*t*
ta iustificatione ob-
seruanda.

C A P . X I I I .

A T Q U E omnino quidem duo hinc præcipue spectanda sunt, nempe
v*it* Domino illibata constet ac veluti sarta testa sua gloria, con-
scientiis vero nostis cotani ipsius iudicio placida quies ac serena
explicatur hic & tranquillitas. Videamus quoties ac quam sollicit*u* Scriptura nos hortetur
ſic*z*. *Cofferius* ad reddendam soli Deo laudis confessionem, vbi de iustitia agit. Atque
ſic*z*. *F*it autē adeo hunc finem Domino fuisse testatur Apostolus confundend*a* nobis
v*bi* *solus ipse iustus* in Christo iustitia, vt suam ipse demonstraret. Mox vero qualis illa sit
agorabitur: quia ad demonstratio*n* subiungit, nempe si *solus ille iustus cognoscatur*, ic*o* iustifi-
cans Deum glori*u* cans cum qui est ex fide Iesu Christi. Vide iustitiam Dei non satis illustra-
tr*u*, qui in se glori*u* nisi & solus censetur iustus, & impenitentibus iustitiae gratiam com-
municet. Hac ratione vult omne os obtutari, & obnoxium sibi reddi v-
niuersum mundum: quia quantumper habet homo quod in suam defensio-
nem loquatur, Dei glori*z* non nihil decedit. Sic apud Ezechielem do-
ct*u* quantopere ex recognitione nostr*z* iniquitatis nomen suum glori-
ficiens Recordabimini, inquit, viatuum & omnium scelerum quibus pol-
luti estis: & displicebitis vobis in conspectu vestro, in omnibus mali-
tias quas commisistis. Et scietis quia ego Dominus, quū beneficēo vo-
b*s* propter nomen meum: & non secundum sceler*z* vestra pessima.
Si hæc in vera Dei nor*ia* continentur, vt propriæ iniquitatis conscientia
attiriti, nobis bene facere indignis illum reputemus: quid magno no-
stro malo tentamus vel villam particul*u* ex ista gratuit*z* benignitatis lau-
de Domino sus*ci*ari? Similiter Ieremias dum clamat, Ne glorietur sapi*z*
in sapientia sua, aut diues in divitiis suis, aut fortis in fortitudine sua:
sed qui gloriantur, in Domino glorietur. annon innuit de gloria Dei
non nihil depeſite si in semetipso homo gloriatut*z*? In hunc certe vsum
Paulus verba illa accommodat, quum omnes salutis nostr*z* partes apud
Christū depositas esse tradit*u*, vt nō nisi in Domino gloriemur. Significat
enim contra Deum insurge*re* & tenebras obducere glori*z* eius quisquis
veltan*z*

vel tantillum de suo se habere putat.

2 Ita est sane: nunquam in ipso vere gloriamur, nisi nostra gloria penitus abdicari. Contra hoc habendum est catholicum theorema, aduersus Deum gloriari quicunque in se gloriantur. Siquidem ita demum reddi obnoxium Deo mundum censet Paulus, dum procul adempta est Rom. 2.19 hominibus quaevis gloriandi materia Proinde Isaías, quem iustificatio- Isa. 45.25 nem Israel in Deo forte denuntiat, addit simul & laudem: quasi diceret, in hunc finem à Domino iustificari electos ut in ipso non alibi gloriantur. Qualiter autem laudari nos in Domino conueniat, proximo versu docuera: nempe ut inuenimus esse in Domino iusticias nostras, & fortitudinem nostram. Obserua non exigi simplicem confessionem, sed iuramento confirmatim: ne ficta nescio qua humilitate defangendum putes. Neque hic causet quispiam se nequaquam gloriari, dum circa arrogiam, propriam iusticiam recognoscit, talis enim estimatio esse non potest quin fiduci, in generet, nec fiducia quin gloriam patiat. Meminetinus ergo in tota iustitia disputatione finem hunc esse spectandum, ut ultius laus penes Dominum solidam integraque maneat. Quandoquidem Rom. 3.26 in demonstrationem iustitiae suę gratiam suā teste Apostolo, in nosef Ephes 1.6 fudit, q. si ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Christi. Vnde alio loco, quem docuit, Dominum nobis salutem contulisse, quod nominis sui gloriā illustraret, postea, quasi idem repetens, subiicit, Gratia estis Ephes 2.8 saluati, ac Dei dono, non operibus, ne quis gloriatur. Et Petrus, dum ad- 1. Pet. 2.9 mitet nos in spem salutis vocatos esse, ut virtutes enarreremus eius qui ē tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum, h. u. dubie vult ita per sonare in aure fiduciam solas Dei laudes, ut alto silentio obruant omnes carnis arrogantiam. Summa hæc est, non posse hominem sibi ullam iustitiam inicari sine sacrilegio vendicare, quia tantundem ex diuinæ iustitiae gloria decerpitur ac delibatur.

3 Nam si querimus qua ratione serenati que et cotam Deo conscientia, non aliam reperiemus quam si gratuita nobis iustitia, Dei dono con Secundum ex due seratur. Subeat semper illud Solomonis. Quis dicit, Munda ui cor meum? bus quæ esse obser- purificatus sum à peccato meo? Nemo est certè qui non infinita colluuius uanda in gratuita obruiatur. In suam ergo conscientiam descendat vel perfectissimus quis- iustificatione dictu quo, & facta sua a calculum vocet, quem tandem exitum habebit? An, fuit initio capitio: quasi bene composta sibi sint cum Deo omnia, suauiter conquietet, ac nempe ut conscientia non porius diris tormentis lacerabitur, quia in se damnationis mate- tis nostris cora Dei riæ, si ab operibus extinguitur, residere sentiet? Conscientiam, si Deum iudicio placida sic respicit, vel cum illius iudicio certam pacem habere necesse est, vel infe- quies: exponitur, et rotum terroribus ob sideri. Nihil ergo proficiimus de iustitia differendo, sed. 4. & 5. nisi eam statuerimus cuius stabilitate anima nostra in Dei iudicio fulciatur. Vbi habebit anima nostra quod & intrepida cotam Dei vultu appa- reat, & inconcussa eius iudicium excipiat: tum sciamus demum nos non habitiū iustitiam reperiisse. Non ergo sine causa tantopere hac parte insistit Apostolus, cuius verbis agere quam meis malo. Si ex Lege, inquit, promissio hereditatis, exinanita est fides, abolita est promissio. Prius infert, exinanitam & euacuatam esse fidem, si iustitiae promissio operum nostrorum merita respiciat, aut ex Legis observatione peudeat. Nunquam enim in ea securè acquiescere quisquam posset: quando nunquam futu- rum est ut certò apud se quisquam statuat se Legi satisfecisse, ut certè nul- lis unquam per opera plenè satisfacit. Cuius tei ne longè petantur testi- monia, sibi quisque testis esse potest, qui se recto oculo iustueri volet. Atque hinc appetit in quā tam profundos recessus & tenebrosos hominum mentes defodiat hypocritis, dum tam securè sibi indulgent ut opponere suas blanditias non dubitent Dei iudicio: quasi iustitium quoddam illæ A. iiiij.

indicerent. Fideles autem, qui syncerè scipios excludant, longè alia soliditudo angit & excruciat. Igitur in omnium animos subiret primùm hæsitationem & desperatio: dum pro se quisque subducet quanta debiti mole adhuc premetur, quādāque lōge distaret ab imposta fibi conditione. Enī iam op̄ressim extinctāque fidem: non enim f. & uariate, sursum deorsum ferri, hasi aie, si spensuū teneri, vacillare, despetare denique, si lete est: sed constante certitudine ac solida securitate animum obfirmare, haberēque ubi recumbas ac pede in figas.

4 Alterum quoque adiungit, irritam & euādam fore promissionem. Si enim eius complementum à nostro merito dependet, quando tandem hoc ventum fuerit ut Dei beneficentiam promereamur? Quinetiam secundum istud membrum ex priore consequitur: siquidem non implebitur promissio nisi iis qui sim illi habuerint. Collapsa gitur fidē, nulla vis promissionis residua erit. Ideo ex fide hæreditas, ut secundum gratiam ad itabiliendam promissionem. Abundē enī confortata est dum sola Dei misericordia nascitur: quia perpetuo nexu coniuncta sunt inter se misericordia & veritas, hoc est, quæcunque Deus misericorditer pollicetur, filiūlitter quoque præstat. Sic David, antequam salutem sibi ex Dei eloquio postulebat, causam primū statuit in eius misericordia. Veniant, inquit, ad me misericordię tuę, salus tua secundum eloquium tuū. Et merito: quia non aliunde ad promittendum inducitur Deus nisi ex ihera misericordia. Itaque hic spem totam sistere conuenit & velut profundē figere, non respectare ad nostra opera, quod ex illis subsidium aliud quod petatur. Sic & Augustinus agendum præcipit: ne hīc nouum aliquid dicere nos putemus. In eternum, inquit, regnabit Christus in seruū suis. Hoc promisit Deus, hoc dixit Deus: si patrum est, hoc iurauit Deus. Quia ergo non secundum meritā nostra, sed secundum illius misericordiam firma est promissio: nemo debet cum trepidatione prædicare de quo non potest dubitare. Bernardus quoque, Quis poterit saluus esse? dicunt discipuli Christi. At ille, Apud homines impossibile hoc est, sed nō apud Deum. Hac tota fiducia nostra, hæc vñica cōsolatio, hæc tota ratio spei nostre: sed de possibiliatē certi, de voluntate quid agimus? Quis scit an odio vel amore dignus sit? Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Hic iam plāne fidem nobis subuenire necesse est: hic oportet succurrere veritatem: ut quod de nobis latet in corde Pattis, per Sp̄ititum reueletur. & Sp̄ititus eius testificans persuadeat cordibus nostris quod filii Dei sumus. Per suadēat autem vocando & iustificando gratis per fidē: in quibus nimis velut medius quidam transitus est ab æterna prædestinatione ad futuram gloriam. Breuiter sic colligamus, Scriptura non esse firmas Dei promissiones indicat, nisi certa conscientia fiducia arripiantur: vbi cunque est dubitatio aut incertitudo, irritas fieri pronuntiat: sursum nihil quādāque vacillare ac fluctuari pronuntiat si operibus nostris incumbunt. Ergo aut pereat nobis iustitia necesse est, aut ne veniant in considerationem opera, sed sola fides locum habeat, cuius isthce natura est, aures arrigere, oculos claudere: hoc est, vni promissioni intentam esse, cogitationem auertere ab omni hominis vel dignitate vel merito. Ita impletur præclarum illud Zachariæ vaticinium, Quòd vbi deleta fuerit iniurias terrę, vocabit vir amicum suum subter vineam, & subter ficum suam. Vbi Propheta innuit, non aliter vera pace fui fideles, quādāque post impetratam peccatorum remissionem. Tenenda enim est analogia hæc in Prophetis vbi de Christi regno differunt, externas Dei benedictiones quasi spiritualium bonorum figuris proponere. Vnde & Christus rex pacis & pax nostra vocatur: quia omnes conscientia agitationes sedat. Modus si queritur, ad sacrificium, quo pacatus est Deus, yugare necesse est: quia-

Psal. 119. 76

In Psal. 88. Tract. Ser 5. in deduc. tem
priore. Ecclesiasticus 9. 1
1. Cor. 2. 16

In eternum, inquit, regnabit Christus in seruū suis. Hoc promisit Deus, hoc dixit Deus: si patrum est, hoc iurauit Deus. Quia ergo non secundum meritā nostra, sed secundum illius misericordiam firma est promissio: nemo debet cum trepidatione prædicare de quo non potest dubitare. Bernardus quoque, Quis poterit saluus esse? dicunt discipuli Christi. At ille, Apud homines impossibile hoc est, sed nō apud Deum. Hac tota fiducia nostra, hæc vñica cōsolatio, hæc tota ratio spei nostre: sed de possibiliatē certi, de voluntate quid agimus? Quis scit an odio vel amore dignus sit? Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Hic iam plāne fidem nobis subuenire necesse est: hic oportet succurrere veritatem: ut quod de nobis latet in corde Pattis, per Sp̄ititum reueletur. & Sp̄ititus eius testificans persuadeat cordibus nostris quod filii Dei sumus. Per suadēat autem vocando & iustificando gratis per fidē: in quibus nimis velut medius quidam transitus est ab æterna prædestinatione ad futuram gloriam. Breuiter sic colligamus, Scriptura non esse firmas Dei promissiones indicat, nisi certa conscientia fiducia arripiantur: vbi cunque est dubitatio aut incertitudo, irritas fieri pronuntiat: sursum nihil quādāque vacillare ac fluctuari pronuntiat si operibus nostris incumbunt. Ergo aut pereat nobis iustitia necesse est, aut ne veniant in considerationem opera, sed sola fides locum habeat, cuius isthce natura est, aures arrigere, oculos claudere: hoc est, vni promissioni intentam esse, cogitationem auertere ab omni hominis vel dignitate vel merito. Ita impletur præclarum illud Zachariæ vaticinium, Quòd vbi deleta fuerit iniurias terrę, vocabit vir amicum suum subter vineam, & subter ficum suam. Vbi Propheta innuit, non aliter vera pace fui fideles, quādāque post impetratam peccatorum remissionem. Tenenda enim est analogia hæc in Prophetis vbi de Christi regno differunt, externas Dei benedictiones quasi spiritualium bonorum figuris proponere. Vnde & Christus rex pacis & pax nostra vocatur: quia omnes conscientia agitationes sedat. Modus si queritur, ad sacrificium, quo pacatus est Deus, yugare necesse est: quia-

Zach 3. 9

I Thess. 5. 5
Ephes. 2. 14

quia trepidare nunquam desinet quisquis non statuet sol: illa expiatio-
ne propiciari Deum qua Christus itam eius sustinuit. Denique non alibi
quam in Christi redemptoris nostri terroribus pax nobis querenda.

Sed quid obscuriori testi nonio vtor? Negat ubique Paulus pacem Rom. 5.1
vel tranquillum gaudium relinquи conscientijs, nisi statutum sic iustifi-
cari nos fide. Vnde autem illa certitudo, simul declarat, quum scilicet 2.
nos Dei in corda nostra diffusu est per Spiritum sanctum: ac si diceret
non posse aliter sedari animas nostras nisi certe persuasi simus Deo nos
placere. Vnde etiam alibi exclamat ex picturi omium persona, Quis Rom. 8.35
nos separabit ab amore Dei, qui est in Christo? quia ad maiorem quam
que auram trepidabimus, donec appulerimus ad portum illum: securi
autem erimus in caligine mortis, quandiu se nobis pastorem Deus o-
stendet Ergo quicunque gariunt nos fide iustificati, quia regoniti, spiritu-
tualiter vivendo iusti sumus, nunquam gustarunt gratiae dulcedinem, ut
Deum sibi propterum fore considerent. Vnde etiam sequitur, rite orandi
modum nullo magis eos scire quam Turcas & profanas alias qualibet
Gentes. Neque enim teste Paulo, vera est fides nisi dicter & suggerat su-
us illud Patis nomen, in modo nisi os nobis aperiat proferendo libe-
to clamori, Abba, Patre. Quod alibi clarius exprimit, In Christo nos ha Rom. 8.15
bere audacius & adiutum in fiducia per fidem eius. Hoc certe non con- Galat. 4.6
tingit regenerationis dono: quod ut mutum semper est in hac carne, Ephes. 3.12
ita multiplicem debitum materiam in se continet. Quare ad temedium
illud venire necesse est, ut situant fideles non alio iure sperandam sibi
esse hanc uitatem regni coelestis, nisi quia insiti in Christi corpus, iusti gra-
tis reputantur. Nam quoad iustificationem res est mere passiva fides, ni-
hil affectens nostrum ad conciliandam Dei gratiam, sed a Christo reci-
piens quod nobis deest.

Quale initium iustificationis & continuus progressus.

CAPUT XIX.

Qores dilucidior fiat, qualis possit esse toto vita decursu hominis Diuisa in Ade p-
iustitia, excutiamus: quadtuplicem vero faciamus gradum. Homi- gena in natura ho-
nes enim aut nulla Dei agnitione praediti, in idolatria demersi minū genera, ostēdi
sunt: aut sacramentis iniciati, vita impuritate Deum, quem ore conficien turibil eōs sancti
factis abnegantes, titulo tenus sunt Christi: aut hypocritae sunt, qui tatis, aut misericordis
cordis nequitiam inanibus fucis tegunt: aut Spiritu Dei regenerati, ve habere Primum aut
ram sanctimoniam meditantur. In primis, quando naturalibus dotibus in iis qui nulla Dei
censendi sunt, à vertice capitis ad plantam usque pedis scintilla boni aō agnitione praediti,
reperiuntur: nisi forte volumus iū simulare falsi Scripturam, dum hi ce celo in idolatria de-
giis vniuersos filios Adam cōmedant, quod prīmo sint & præfrazto cor- mersi sunt (in qui-
de, quod omne figmētum cordis eorum malum sit à primis annis, quod bus: eccl nō muniquā
vane sint eorum cogitationes, quod timorem Dei præ oculis non ha- appearant egredie
beant, quod nemo eorum intelligat aut requirat Deum. Beuiter quod dotes, que sūt Dei
caeo sint: quo nomine intelliguntur opera illa omnia quæ enumerauntur dona, amē p-
à Paulo, firmitate, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum cultus, in) id demonstratur
veneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, ira, rixa, dissensiones, hic, et sec. 2. 3. 4. 5. 6
secta, inuidia, homicidia, & quicquid scelitatis & abominationis exco. Iere. 17. 9
gitari potest. Haec est dignitas scilicet cuius fiducia superbita debeant, Gen. 8. 21
Quod siqui inter eos ea morum honestate pollent quæ speciem aliquam Psa. 94. 11, et 14
sanctitatis habeat inter homines: quia tamen scimus Deum non morari Gen. 6. 3
externum splendorem, ad fontem ipsum operum penetrandum est, siquid Galat. 5. 19
ipsa valere velimus ad iustitiam. Inspiciendum inquam penitus est, ex
quo affectu cordis opera ista prodeant. Quāquam autem latissimus hic

dicendi campus patet, quia tamen paucissimi verbis potest res expediti, sequar quantum licebit in docendo compedium.

2 Principiū non insicior esse Dei dona, quæcunque in incredulis apparent egregia dotes. Neque vero sic à sensu communī dissideo, nihil ut inter se contendant inter Titi & Traiani iustitiam, moderationem, aequitatem, ac Caligula, vel Neronis, vel Domitianī rabiem, intemperiem, sauitiam: inter obscenas Tiberij libidines, & Vespasianū hac in parte continentiam: ac(ne in singularibus aut virtutibus aut vitiis immotetur) inter iuris legumque observationem ac contemptum. Tātum enim est iusti & iniusti discrimen ut vel in mortuo illius simulachro apparet? Quid enim ordinatum restabit in mundo si hēc inter se confundamus? Itaque eiusmodi distinctionem inter honesta & turpia facinora nō modo singulorum mentibus Dominus insculpsit, sed prouidentie quoque sue dispensatione s̄pē conficiat. Videmus enim ut multis praesentis virtutis benedictionibus prosequatur eos qui inter homines virtutem colunt. Non quod externa illa virtutis imago minimum eius beneficium mereatur: sed ita placet illi approbat, ut quātupere cordi sit sibi vera iustitia, dum externam quoque & simulatam temporali remuneratione careat non paritur. Vnde sequitur quod nuper confessi sumus, Dei esse d̄na qualescumque illas virtutes aut virtutum potius imagines: quando nihil est ullo modo laudabile quod non ab ipso proficiatur.

Lib. 4. contra Ital.

3 Atqui nihilominus verum est quod Augustinus scribit, omnes à Dei viuis religione alienos, vt cunque ob virtutis opinionem admirabiles habeantur, non modò illa remuneratione dignos, sed magis punitione: quāputa Dei bona cordis sui pollutione contaminant. Etsi enim Dei instrumenta sunt ad conseruandam, iustitiam, continetiam, amicitiam, temperantiam, fortitudinem, prudenter, hominum societatem: bona tamen hēc Dei opera pessimè exequuntur: quia non sincero boni studio, sed vel sola ambitione, vel amore sui, vel alio quoque obliquo affectu continentur à malè agendo. Quum ergo ab ipsa cordis impuritate, velut à sua origine corrupta sint, nō magis inter virtutes ponenda erunt quām vita quę ob afflictatem ac similitudinem virtutis imponere solent. Deniq; quoniā perpetuum esse meminerimus recti fīam, ut Deo seruiatur: quicquid alio contendit, iam meritò amittit recti nomen. Quia ergo scopus non respiciunt quem Dei sapientia praeſtitit tamē ſu officio bonum videtur quod agunt, fine tamen peruerso peccatum est. Conſtituit igitur, omnes Fabritios, Scipiones & Catones in illis suis praeclaris facinoribus hoc fecerūt, quod quum fidei luce carerent, non ad eum fīam ipsi retulerunt ad quem referte debuerunt: non fuisse ergo in illis vetam iustitiam: quia non astibus sed finibus pensant officia.

1. Ioh. 5.12

4 Per etrea si verum est quod Iohannes ait, non esse vitam extra Filium Dei: qui partem in Christo non habent, quales quales sint, quicquid agant, vel moliantur, in exitum tamen aeternāq; mortis iudicium toto cursu pergunt. Secundum hanc rationem illud ab Augustino dictum est, Religio nostra iustos ab iniustis non operum, sed ipsa fidei lege discernit: sine qua que videntur bona opera, in peccata vertuntur. Quāmobré belle idem ipse alibi, dum taliū hominum studium erroneo cursu comparat. Quō enim magis strenuē currit quis extra viam, eo longius à scopo recedit, idēque fit miseriōt. Quārē melius esse contendit in via claudicare, quām extra viam currere. Postremò malas esse atbores constat, quādō sine Christi cōmunicatione nulla est sanctificatio: pulchros ergo & aspectu speciosos, gustu etiam suaves fructus generare possunt: bonos nequaquam. Hinc facile cernimus esse maledictū, nec modò nullus ad iustitiam pretij, sed certi in damnationem meriti, quicquid cogitat, meditatur,

lib. ad Bonif. 3. c. 5.

Prefat. in Psal.

dicitur, perficit homo, antequam Deo per fidem reconcilietur. Et quid tāquam de re dubia disputamus, quim iam probatum sit testimonio A- Heb.ii.6 postoli, impossibile esse ut sine fide quispiam placeat Deo?

5 Sed probatio etiam numeri apertior lucebit si naturali hominis conditioni Dei gratia eterne opposatur. Clamat enim ubique Scriptura, nihil in homine Deum reperire quo ad benefaciēdum illi inciteret, sed gratuita sua benignitate illum prouenire. Quid enim ad vitā possit mortuus? Atqui dum sui cognitione nos illuminat, dicitur à nostro suscitare, ac nouam creaturam facere Hoc si uidem titulo (præfertim apud Apo stolum) videmus sēpe Dei erga nos benignitatem cōmendari. Deus (inquit) qui diuīs est in misericordia, proprie multā charitatem qua dilexit nos, etiam quem essēmus mortui peccatis, conuinicauit nos in Christo, &c. Alibi dum sub typo Abrahæ generalem fideliū vocationem tractat, Rom.4.17 Deus est, inquit, qui vivificat mortuū, & vocat ea que nō sunt tanquam sint. Si nihil sumus, quid quālo possumus? Quare arrogantiā istam validē retundit Dominus in historia Iob, in his verbis, Quis prouenit me, Iob 41.2 & retribuam eis omnia enim mea sunt. Quam sententiam explicās Paulus, Rom.11.35 luseō confert, ne putemus nos aliquid ad Dominum affecte prēter metā inopie & vacuitatis ignominiam. Quare loco supra citato, vt prober solitus gratia, non operibus, in spem salutis nos peruenisse, allegat nos illius esse creature, quoniā regenerati sumus in Christo Iesu, ad bona opera quae p̄paratauit vt in illis ait bullemiss. Aci diceret, Quis nostrū iacet se ūa iustitia Deum prouocasse, quum prima nosira ad bene agendum potentia ex regeneratione fluat? Ut enim natura conditi sumus, ci- tiis ex lapide oculū quām ex nobis opus bonum exprimetur. Mirū profecto si homo, ante ignominiae damnatus, audet sibi adhuc reliquum aliquid facere. Fateamur ergo cum præclaro isto Dei organo, nos à Domi no vocatos vocatione sanctam non secundūm opera nostra, sed secundūm Tlt.3.4 propositum ac gratiam eius: ac benignitatem dilectionēmque erga nos Saluatoris nostri Dei apparuisse: quia non ex operibus iustitiaz quæ fecerimus nos, sed secundūm suam misericordiam filios nos fecit: vt iustificati illius gratia, hæc edes efficeremur vita eternaz. Hac confessione, omni iustitiaz vtque ad minimam particulam hominem spoliamus, donec sola misericordia in spem vite eternaz regeneratus fuerit: quando, si aliquid operum iustitiaz ad nos iustificandos confert, falsò dicimur gratia iustificari. Non excederat sanè sibi Apostolus quum gratuitam afferuit iustificationem, qui alio loco argumentatur, gratiam iam non esse gratiam si quid opera valeant. Et quid aliud sibi vult Dominus, quum negat se venisse ad vocandos iustos, sed peccatores? Si soli peccatores admittuntur, quid per fictitias iustitiaz adiutum queramus?

6 Redit eadem mihi subinde cogitatio, peticulum esse ne Dei misericordiaz sim iniurias, qui tanta anxietate in ea afferenda labore, perinde acsi dubia obscuravē soret. Sed quoniā ea est nostra malignitas, quæ nunquam nisi validissime depulsa, concedat Deo quod suum est, cogor paulo lōgiū insistere. Quia tamen satis perspicua est in hac te Scriptura, eius potius verbis quām meis pugnabo. Isaias, vbi descripsit vniuersale genitrix humani exitiū, pulchrit̄ ordinem restitutionis subtextit. Vedit Dominus, & malū apparuit in oculis eius. Et vedit quia nō est vir: & admiratus est, quia nō est qui intercedat: & salutē posuit in brachiō suo, & iustitiaz sua se cōfirmavit. Vbi sunt nostra iustitiaz, si verū est quod ait Propheta, neminem esse qui in recuperanda sua salute Domino optuletur? Sic alius Propheta, vbi Dominum de reconciliandis sibi peccatoribus agentē inducit. Desponsabo, inquit, te mihi in perpetuum in iustitiaz, iudicio, gratia & misericordia. Dicā misericordiam non cōsequitur, Misericordiam

Isa.59.15

Rom. 11.6

Matt.9.13

Oe.2.19, C.2

consequuta. Et usmodi fœdus, quod primam nobis esse cum Deo cōiunctum est, constat, si misericordia Dei nititur, nullum relinquit: iustitia nostra fundatum. Et verò intellegere ex iis qui hominem cum aliquo operum iustitia Deo obuiam procedere singunt, cupiam, an omnino nullum iustitiam esse parent, n̄ si quæ sit accepta Deo. Id cogitare si insanum est, quid Deo graui ab eius inimicis prodeat, quos totos cuni omnibus suis factis auersatur? Omnes, inquam, nos esse capitales ac professos inimicos Dei nostri testatur veritas, donec iustificati in amicitiam recipimus. Si principium dilectionis est iustificatio quæ operum iustitiae illam præcedent? Ita ut pestilentiem illam arrogantiam auerterat Iohannes, diligenter nos monet quomodo non priores eum dilexemus. Et id ipsum iam olim per Prophetam suum Dominus docuerat. Diligam, inquit, eos sponte dilectione: quia cōuersus est fuit meus. Operibus certè non instigatur, si sponte ad nos inclinuit se eus dilectio. Sed rude hominum vulgus nihil id aliud esse putat nisi quod ut redēptionē nostrā peragat Christus, nem̄ promeritus fuerit: ut autē redēptionis possessionem aedamus, operibus nostris adiuuati. Inò verò, vt cunque à Christo redēpti simus, donec tamen vocatione Patriis infestimur in illius comitū nūiōnem, & tenebræ & mortis hæredes & Dei aduersarij sumus. Non enim ab immunditiis nostris purgati nos & ablui Paulus doceat Christi sanguine, nisi dum purgationem illam Spiritus in nobis efficeret. Quod idem dicere volens Petrus, declarat Spiritus sanctificationem valere in obedientiam, & aspergitionem sanguinis Christi. Si Christi sanguine in purificationem per spiritum aspergimur, ne putemus alios nos esse ante huiusmodi irrigationem, quam est sine Christo peccator. Maneat ergo illud, principium nostræ salutis, esse quandim velut à morte in vitam resurrectionem: quia ubi propter Christum nobis datum est in eum credere, tunc incipimus deum trahire à morte in vitam.

Hic & scilicet 8. off. 7 Sub hac ratione, qui secundus & tertius in divisione supra posita datur secundo, & notatus sicut hominum ordo comprehenditur. Conscientia enim impunita genere hominis virtusque nondum esse Dei spiritu regeneratos arguit. Rursum autem quod in primo tempore regenerationem in eis nullam esse, hoc defectum prodit fidei. Unde demonstratum fuit, liquet Deo nondum reconciliatos, nondum in eius coaspetto iustificati, & nihil sciatos: quando ad hæc bona nisi per fidem non peruenit. Quid pariant hebetos iustitiae & peccatorum alienati, nisi illius iudicio execrabilis? Hac quidem stolidi confidantia cùm impij omnes surgent, tum præsertim hypocrites, quod vt cinque totum cor suum obsecrante scatere norint: si qua tamē edunt speciosa opera, digna & stimulant quæ Deus non asperguntur. Hinc perniciosus ille error, quod scelerata & nefaria mentis contumeli, adiungit tamen nequeunt ut se iustitia vacuos fateantur: sed iniustos se agnoscentes, quia inficiando non sunt, iustitiam tamen nonnullam sibi arrogant. Hanc vinitatem egregie Dominus refutat per Prophetam. Interroga, inquit, Sacerdotes dicens, Si tulerit homo carnem sanctificatam in ore vestimenti sui, & panem aut alium cibum admoverit, nunquid sanctificabitur? Responderunt autem Sacerdotes, Non. Et dixit Haggæus, Si tetigerit pollutus in anima aliquid horum, nonne contaminabitur? Responderunt Sacerdotes, Contaminabitur. Dixit Haggæus: Sic populus iste ante faciem meam, dicit Dominus: & sic omne opus manuum eorum, & omnia quæ obtulerint mihi, contaminata erunt. Utinam hæc sententia vel plenam fidem posset obtinere apud nos, vel memoriarum probè insidente. Nemo enim est quilibet alioqui tota vita flagitiosus, qui peccata suadere sibi sustineat quod hic Dominus clare pronuntiat. Simulac nequissimum quisque uno vel altero Legis officio perfunditus est, non dubitat sibi iustitiae loco acceptum ferri; at Dominus reclamat, nullam inde acquiri san-

H. v. g. 2. 12

sanctificationem nisi corde prius bene purgato. Neque eo contentus, contaminari cordis imputatio quæcumque à peccatoribus proiecent opera, affuerat. Fac si ergo nomen iustitiae ab his operibus, quæ pollutionis ore Domini damuantur. Et quia eleganti similitudine illu[m]demostriat poterat enim obiectari, sanctum inuiolabiliter esse quod Dominus precepisset. Ipse vero contiu[m] opponit, nihil mitum esse si quæ sanctificata sunt in Lege Domini, improbotum spuria contamiantur: quum scilicet autem attrectando, immunda manus profanet.

8 Eandem enim et iusam et gregie apud Isaiam persequitur, Ne offertis, inquit, sacrificium frustra: incensum abominatione est mihi: Calendas Vnde cap. 8 & solennitates vestras dicit anima mea: facta sunt mali molesta: labores iustinens. Quam extendenter manus vestras, auertant oculos meos à vobis: quam multiplicanter itis orationem, non exaudiam: manus enim vestrae plena sunt sanguine. Lauamini, mundi estore, auferite malum cogitationum vestrum. Quod istuc sibi vult quod Dominus ita naufragat ad obscurum suum Legis? Iam vero nihil hic respuit quod sit ex germana Legis obsecratione: cuius initium esse ubique docet, sicut etiam sui nominis timorem. Illo sublatu non modo nugae sunt quæcumque illi offeruntur, sed forte abominatione que fortes eant nunc hypocrite, & inuolunt corde prauitatem retinentes, Deum oportibus stu[di]o[rum] deimterti. At qui in ipsis ac magis hoc modo irritabant. Execrabiles enim illi sunt in Pro. 15.8 piorum victimæ: sola rectorum oratio accepta est illi. Constituimus ergo extra dubium, quod vulgarissimum esse debet mediocriter in scriptis exercitatio, quæ vel summo splendore conspicua sunt opera in hominibus nondum verè sanctificatis, tam procul abesse à iustitia coram Domino, ut peccata censeantur. Ac proinde verisimile illi qui non conciliari personæ apud Deum gratiam per opera tradiderunt: sed econtra Gregorius vero Aug. lib. De pœni. et Gregorius vero spectu inuenierit. Religiosaque est obseruandus hic ordo ad quem Scriptura nos manu dicit. Respxisse Dominum ad Abel scribit Moses, & ad Gen. 4.4 opera eius. Vides ut Dominum hominibus propitiuni designante. Act. 15.6 quam ad eorum opera respiciat? Quare purificationem cordis praecedere Ierem. 5.3 oportet, ut quæ à nobis prodeunt opera benignè à Deo excipiatur: quia semper viget illa Ieremiæ sententia, oculos Dei respicere veritatem. Porro solam hanc esse qua cordi hominum purificantur, Spiritus sanctus per os Petri assertus: vnde constat primum esse in vera viuâque h[ab]e fun- damentum.

9 Inspiciamus nunc quid habeant iustitiae quos in ordine quarto post Reg. 8.46 suimus. Fatetur, dum nos intercedente Christi iustitia sibi reconciliat Hic & sic. 10.11. Deus, ac gratuita peccatorum remissione donatos pro iustis habet: cum probatur deum, eiusmodi misericordia cōiunctam simul esse hanc eius beneficentiam, etiam Dei filios reverere Spir. tu eius regi pescitatem catnis nostræ magis ac magis indies mortificantur: nos vero neratos (quid erat sanctificamus, hoc est confessamur) Domino in veram vite puritatem, quartum genus hominibus nostris in Legis obsequium formatis. Ut haec sit principia non minùs in dimisione spiritu voluntas, voluntatis eius seruire, ac eius duntaxat gloriam modis oportet. Ita etiam capitulo 10.11. non posse illa Domini ambulamus, ne tamen nostri oblii[us] animos tollamus, remanent suorum operi ingle[re] imperfectionis reliquæ, quæ nobis humiliatis argumentum praebent. Ita coram dei iudicio Non est iustus, ait Scriptura, qui faciat bonum & non peccet. Quilem fuisse quia nullus ergo iustitiam ex suis operibus etiamnum obsecrabit? Primum dico, ab illis profecti poterat optimum ab illis profecti potest, aliqua tamen semper catnis in tis bonis opus, quæ puritate respectum & corruptum esse, ac tanquam aliquid fecis admixtum habere. Seligat, inquam, ex tota sua vita sanctus Dei seruus quod in impietate respec-

sum, itaq; dñabi- eius cursu maximè eximium se putabit edisse, bene reuolunt singulas
le: deinde si tale a- partes: deprehendet proculdubio alicubi quod carnis putredinem
liquid daretur, r- sapiat, quando nunquam ea est nostra alacritas ad bene agendum quæ
non tamen peccat esse debet, sed in cursu retardando multa debilitas. Quinquam non
tum satis est ad de obsecutas esse maculas videmus quibus respersa sint opera sanctorum, sic
tamen minutissimos esse nuxos duntaxat: sed an oculos Dei nihil offendit, coram quibus ne stelle quidem puræ sunt? Habemus, nec vnum à
moriā privis iu- sanctis exire opus, quod si in se censeatur, non mereatur iustum oppro-
stutus.

10 Deinde etiam si fieri posset ut aliqua nobis essent omnino pura
absolutaque opera, vnum tamen peccatum satis est ad delendam extin-

Ezech. 18.24

S. Am. 3.10

guendāmque omnem memoriam prioris iustitiae, ut ait Prophetā. Cui &
Iacobus consentit, Qul offendit (inquit) in uno, factus est omnium reus.
Iam quum hac vita mortalis nunquam à peccato pura sit aut vacua,
quicquid iustitiae à nobis comparatum foret, id sequentibus identidem
peccatis corruptum, oppressum & perditum, in conspectum Dei non ve-
niret, nec in iustitiam nobis imputaretur. Deniq; vbi de operum agitur
iustitia, non opus Legis respiciendum est, sed mandatum Ideo si ex Lege
iustitia quæritur, frustra vnum aut alterum opus proferamus: sed necessi-
taria est perpetua Legis obedientia. Quare illam, de qua loquuti sumus,
peccatorum remissionem non semel (ut multi stolidè opinantur) nobis
in iustitiam Deus imputat, ut impetrata præterita vitæ venia, postea in
Lege iustitiam queramus: q; nihil quām in spem falsam inducōs rideret
ac luderet. Quum enim perfectio nulla obtingere nobis possit quād iu-
hac carne induiti sumus, Lex autem mortem ac iudicium omnibus de-
nuntiet qui non integrati iustitiam opere præstiterint: habebit semper
quo nos accuset teōque agat, nisi contrā occurret Dei misericordia,
quæ assidua peccatorū remissione nos subinde absolueret. Quare id sem-
per constat quod principio diximus, Si ipsi ex nostra dignitate estimam-
mur, quicquid meditemur aut moliamur, nos tamen cum omnibus no-
stris conatus & studiis motte & interitu dignos esse.

11 Duobus his fortiter insistendū, nullum vnamquam exticisse pīj ho-
minis opus, quod si fuerit Dei iudicio examinaretur, non esset damna-
bile. Adhuc si tale aliquid detur (quod possibile homini non est) pecca-
tis tamen, quibus labore authorēm ipsum certum est, virtutum ac in-
quinatuum gratiam perdere: atq; hic præcipuus est nostræ disputationis
cardo. Nam de principio iustificationis nihil inter nos & seniores scho-
lasticos pugnat, quin peccator gratuitò à damnatione liberatus, iusti-
tiam obseruat, idque per remissionem peccatorum, nisi q; illi sub voca-
balo iustificationis tenaciam comprehendunt, qua per Sp̄itū Dei
reformamur in Legis obedientiam: iustitiam vero hominis regenerati sic
describunt, q; homo per Christi fidem Deo semel reconciliatus, bonis o-
peribus iustus censeatur apud Deum, & eorum merito sit acceptus. Ve-
rū Dominus contrā se fidem imputasse Abrahā in iustitiam pronun-
tiat, non eo tempore quo idolis adhuc seruiebat, sed quum multis iam
annis viræ sanctitate excelluit. Diu ergo coluerat Abraham Deum ex
puro corde, & eam Legis obedientiam præstiterat quæ ab homine mortali
præstari potest: habebat tamen adhuc depositam in fide iustitiae. Vnde
colligimus, secundū Pauli ratiocinationem, non ex operibus Similiter
quum apud Prophetam dicitur, Iustus ex fide viuet: non de impiis & pro-
fanis habetur se immo, quos Dominus a fidem conuertendo iustificet: sed
oratio ad fī leles dirigitur & iis vita proavitit ex fī fe. Paulus quoq; i
omnem scipulum soluit, quum pro cōfirmatione illius sententiæ istū
Dau. dis recticulum sumit, Beati quotū remalle suarū iniquitates. Certum
est

Rom. 4.13

Habac. 2.4

Rom. 4.7

Psal. 52.1

est verò Davidem non de impiis, sed de fidelibus loqui, qualis ipse erat: quia ex conscientie suæ sensu loquebatur. Ergo hanc beatitudinem non semel habete, sed tota vita tenere nos oportet. Postremò legationem de gratuita cum Deo reconciliatione non in vnum aut alterum diem promulgari, sed perpetuum in Ecclesia esse testatur. Proinde non aliâ iustitiam ad finem usque vitæ habent fideles quam quæ illic describitur. Manet enim perpetuò mediator Christus, qui Patrem nobis reconciliat: ac perpetua est mortis eius efficacia: nèpe ablutio, satisfactio, expiatio, peccata denique obedientia, qui iniquitates omnes nostræ continguntur. Nec Paulus ad Ephesios dicit nos initium salutis habete ex gratia, sed per gratiam saluatos esse, non ex operibus: ne quis glorieretur. *Ephes. 2.8*

12 Que ad euadendum subter fugia querunt hic Scholastici, eos Refutantur hinc & non expediunt. Aut non tanti, esse intrinseca dignitate bona opera ut fact. 11.14.15 subter ad iustitiam comparandam sufficiant: sed hoc acceptantibus esse gratia, fugia Papifilarū de quod tantum valent. Deinde, quia fateri coguntur iustitiam operum hic iustitia oporum, & semper esse imperfectam, concedunt nos, quandiu vivimus, remissione preceptu horreadū peccatorum indigere, qua defectus operum suppleatur, sed delicta quæ portantur. Operum commituntur, operibus supererogationis compensari. Acceptantem e- supererogationis. nim quæ vocant gratiam non aliam esse respondeo quam gratuitam eius bonitatem, qua nos in Christo complectitur Pater: dum innocentia Christi nos induit, eamque fert nobis acceptam, ut eius beneficio pro sanctis, puris & innocentibus nos habeat. Iustitiam enim Christi (quæ ut una perfecta est, ita sola Dei cōspectum sustinet potest) pro nobis sibi oportet, ac iudicio representari velut sponsorem. Hac nos instruti assiduum peccatorum remissionem in fide obtinemus. Huius puritate velata nostræ cordes & imperfectionum immunditæ, non imputantur: sed velut sepulta contingentur, ne in indicium Dei veniant: donec hora adueniat, qua confessio in nobis ac planè extinto veteri homine, diuina bonitas nos in beatam pacem cum novo Adam recipiet: vbi diem Domini expectemus, quo in gloria cœlestis regni, receptis incorruptis corporibus, transferamur.

13 Hec si vera sunt, nulla certè nostra opera nos ex se Deo acceptos gratiososque reddere queunt: ac ne ipsa quidem placere, nisi quatenus homo, iustitia Christi operata, Deo placet, & vitorum suorum remissionem obtinet. Non enim certis operibus promisit Deus vitæ mercedem: Lexir. 18.5 sed tantum pronuntiat, qui fecerit haec viaturum: maledictionem illam celebrem opponens contra omnes eos qui non perficerint in omnibus. Quibus abundè refellitur commentum partialis iustitiae, ubi non alia iustitia admittitur in celis quam integra Legis obseruatio. Neque vero solidius est quod gattare solent de sufficienda per supererogationis opera compensatione. Quid enim? anno non è semper redeunt unde iam sunt exclusi? cum qui ex parte Legem seruat, etenim iustum operibus esse? Quod illis nemo sani iudicij concesserit, nimis impudenter pro confessio afflumunt. Toties testificatur Dominus nullam se agnoscere operum iustitiam, nisi in perfecta Legis sue obseruatione. Quæ est improbitas, quæ ea deficiantur, ne videamur omni gloria spoliati, hoc est propterea Deo cessisse, nescio quibus paucorum operum frustulis nos iuste, & quod deest, redimere per alias satisfactiones conari? Satisfactiones iam potenter diutè supra fuerunt, ut ne per somnium quidem venire nobis in mente debeant. Tantum dico, eos qui sic ineptiunt, minimè reputare quam res sit cotam Deo execrabilis, peccatum: intelligent enim profecto, totam hominum iustitiam in vnum cumulum coactam, vnius compensationi patrem esse non possit. Videmus namq; hominem uno delicto Gori. 3.17 sic à Deo abiectum fuisse & abdicatum, ut simul omnem recuperandæ sa-

luti rationem perdidit. Sublata est igitur satisfactionis facultas, qua qui sibi blandiuntur, nunquam certe Deo satisfacient; cui nihil gratum acceptumve est quod ab inimicis suis profectum sit. Inimici portò sunt omnes quibus imputare peccata instituit. Tecta igitur & remissa peccata nobis autem oportet quam ad ullum opus nostrum Dominus respiciat. Ex quo sequitur gratuitam esse peccatorum remissionem: quam scilicet blasphemant qui satisfactiones villas ingerunt. Nos ergo, exemplo Apostoli, quæ retro sunt obliuiscentes, ad ea autem pergentes quæ ante nos sunt, curramus in stadio nostro, tendentes ad palmam supernæ vaccinationis.

Philip. 3.13

Luk. 17.10

14. Iactate vero supererogationis opera, quomodo cum illo convenit quod nobis præceptum est, ut quam fecerimus quæcunque præcipiantur nobis, dicamus nos seruos esse inutiles, nec plus fecisse quam quod debuimus? Dicere etiam Deo, non est simulare aut mentiri; sed quod pro certo habemus apud te constituere. Iubet itaque Dominus nos sincerè sentire, & nobiscum reputare, nulla sibi præstate gratuita officia, sed debitas operas reddere. E. meritò: seru: enim sumus tot obsequiis defenerati quot defungi non possumus, etiam si omnes nostræ cogitationes omnique membra in Legis officia, verterentur. Ideoque quod ait, Quum feceritis quæcunque præcipiantur vobis: perinde valet achi plusquam omnes hominum iustitia vnius forent. Nos ergo (quorum nemo non longissime abest ab ista mera) quomodo audeamus gloriari nos cumulum addidisse ad iustum mensuram? Nec est quod excipiat quispiam, nihil obstat quominus ultra necessaria officia prodeat eius studiū qui à necessariis aliqua in parte cessat. Sic enim penitus habendum, nihil nobis vel quod ad Dei cultum, vel quod ad dilectionem conferat, in mentem venire posse, quod non sub Dei Lege comprehēdatur. Quod si pars est Legis: ne voluntariam liberalitatem iactemus, ubi astin gitur necessitate.

1. Cor. 9.1

Ibid. 12

Iust. 17.7

Iust. 1.12

15. Atque in hanc rem intempestiuè allegatur illa Pauli gloriatio, Quod inter Corinthios iure suo sponte cesserit, quod licebat alioqui, si libuisset, usurpare: nec illis tantum impenderit quod ex officio debebat, sed gratuitam operam ultra officij finei largitus sit. Atqui animum aduertere conueniebat ad rationem illic signatam, hoc fecisse ne infirmis off. diculo foret Venditabant enim se hoc benignitatis lenocinio malis fraudulentique operatij, quæ & fauorem santicis suis dogmatibus cōciliarent & odium confluent Euangeli: ut necesse Paulo fuerit, vel in periculum accersere Christi doctrinam, vel eiusmodi attibus obuiare. Agedum, si res est homini Christiano media, officidulum incurrente, quum abstinere liceat, fateor Apostolum aliquid Domino supererogasse: sin hoc ipsum iure requirebatur à prudenti Euangeli dispensatore, dico fecisse quod debebat. Denique etiam si talis iusta non appareret, verum tamen semper est illud Chrysostomi, nostra omnia eandem habete conditionem cum seruorum peculis, quæ iure suo deberti Domino constat. Neque id dissimulauit Chrysostomus in parabola: interrogat enim quam gratiam habituri simus seruo, ubi tota die vario labore exercitatus ad nos vesperi iedierit. Atqui fieri potest ut maiore industria incubuerit quam aucti iusseremus exigere. Esto: nihil tamen fecit quod non ex conditione seruituris deberet: quia cum tot i sua facultate noster est. Taceo quales sint supererogationes quas isti venditare Deo volunt: nuga enim sunt quas neque ipse vnuquam imperauit neque approbat, nec quum reddenda erit apud se ratio, acceptas feret. Hac demum significacione concedemus esse supererogationis opera, utpote de quibus apud Prophetam dictum est, Quæcquisuit haec de manibus vestris? Sed meminerint quid & alihi

alibi dicatur deis, Quicke appenditum argentum vestrum, & non panibus laborei vestrum absumus, & noui in sacuritate? Non n'est quidem valde laboriosum otio sis istis rabbiniis h.e.c sub vmbria in molibus cathe dris disputare: it quum summus ille iudex pro tribunali federit, euane scete ventosa huusano di placita oportebit. Hoc hoc querendum erat, quam ad eius tribunal d' sensibus fiduciam afferre, noui quid in scholis & angulis fabulati possumus.

16 Due sunt potissimum nobis abigendae hac parte ex animis pestes: Due pestes depel- nequid in operum iustitia lucis ponant, ne quid illis gloria adscribatur. lende ex animis no Fiducia qualibet nos passi non depellunt Scripturam, quum docent iusticias fratris, cum de operi omnes nosti asse ere in Dei conspectu, nisi a Christi innocentia bonum bus agitur, odorem due intuasim quām irritate Dei vltionem posse, nisi misericordiae eius iadulgentia sustineantur. Ita porrò nihil reliquū nobis faciunt, nisi vt iudicem nostrum deprecemut, cum illa Davidis confessione, Ne minem iustificatum iri coram ipso, si rationem à seruis suis reposcat. Psal. 142. 2 Vbi autem Job dicit, Si impie egi, v.e mihi: si autem iuste, nec sic erigam Job. 10. 15 caput: quanquam respicit ad summam illam Dei iustitiam, cui ne Angeli quidem respondent: simul tamen ostendit, vbi ad Dei iudicium veni- tur, nihil restate cunctis mortalibus nisi vt obmutescant. Non enim cō tanū in pertinet quod cedere vltio malit quām cum rigiditate Dei peti- culose certate: sed significat non aliani sensisse eum in seipso iustitiam, quām quā primo momento esset à facie Dei collapsura. Exacta fiducia gloriationem quoque omnem facessere necesse est. Quis enim iustitiae laudem assignet operibus, quotuni confidentia trepidet à Dei conspectu? Veniendum ergo quod nos vocat Isaías, vt in Deo laudetur ac glorietur I/a. 46. 26 omne semen Israe: quia verissimum est quod alibi dicit, nos plantationē I/a. 61. 3 esse gloria Dei. Rite ergo tum purgatus erit animus, quum nec in fidu- cia operum vlla ex parte recumbet, nec in gloria exultabit. Ad falsa au- tem & mendacia istius fiducie flatum stultos homines hic error animat, quod suā salutis causam in operibus semper locant.

17 Verum, si quatuor causatum genera respicimus, quā in terē effe. Quatuor genera
Ex considerare percepient philosophi, nullum eorum reperiemus operi. causarum in salute
bus in constituenda salute nostra cōuenire. Efficientem enim vitę exter- nostra cōstituenda
ne nobis compitandę causam vbique Scriptura p̄dicit Patriis coelestis ponuntur, & decla- misericordiam, & gratitudinem erga nos dilectionem: materialem vero, Chri- riantur ex Scriptu-
rum cum sua obediētia, per quam nobis iustitiam aequisiuit: formalem quoque vel instrumentalem quam esse dicemus nisi fidem? Atque tres si- r. e. ostenditur autem nullam illuc operis
mul istas vna sententia comprehendit Iohannes, quum dicit, Sic Deus di- rationem, Iohan. 3. 6
lexit mundum vt Filium unigenitum daret: vt omnis qui credit in eum
non pereat, sed habeat vitam æternam. Porro finalem testatur Apostolus
est, & diuinā iustitiae demonstrationem, & bonitatis laudem: vbi & a-
llias tres disertis verbis commemorat. Sic enim ad Romanos loquitur, O. Rom. 3. 18
mnes peccauerunt, & egent gloria Dei: iustificantur autem gratis ipsius
gratia: hic habes caput & primum fontem, quod Deus nos gratuita misere-
ricordia complexus est. Sequitur, Per redēptionem quā est in Christo
Iesu: hic habes velutī materiem qua nobis iustitia cōficitur. Per fidem in
sanguine ipsius: hic causa instrumentalis ostenditur, qua Christi iustitia
nobis applicatur. Postremū subiungit haec, quā dicit, In demonstra-
tionem iustitiae ipsius, vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide
Christi. Acque (vt obiter quoque denotet iustitiam hanc reconciliationis
constata) nominatim ponit, Christum datum esse in reconciliationem.
Sic & primo ad Ephesios capite docet nos recipi à Deo in gratiā ex meta
misericordia id fieri Christi intercessione: fide apprehēdit: omnia in hūc *Ephes. 1. 6. 12. n. 2
finem, vt diuinā bonitatis gloria ad plenum eluceat. Quām videamus rer. 4. similitudines
L. 3.

dicitur finis electio omnes salutis nostre particulas ita extra nos constare, quid est quod iam nisi & vocacionis: operibus vel confidamus vel gloriemus? Nec de efficiente, nec de finali proximus, scilicet, controversiam nobis mouere possunt: vel coniuratissimi diuinè gratia non tamē praecipit hostes, nisi totam Scripturam abuegare velint. In materiali & formali p̄mis. faciunt, quasi dimidiatum eum filie Christi, que iustitia locum opera nostrateneant. Sed id quoque Scriptura reclamante, quae & Christus nobis esse iustitiam & vitam simpliciter affimat, & hoc iustitiae bonum sola filie possideti.

Hic est sc. 19. 20. Quod autem innocentie integritatis uestra memor i sepiuscum
tractatur, quoniam sancti se confirmant ac consolantur, nec etiam ab ea prece cuncti in-
dolis accipiemus, terendum abstinent, id sit bifariam: vel quod bonam suam causam cum
quod aliquando sanctorum mala impiorum causa comparando, securitatem inde vindictam conci-
eti se confirmatione piunt, non tam sua iustitiae commendatione quam iusta membra que ad-
nocentiae, integritate uersatio uero damnatione: vel quod etiam sine aliena compatatione dum
isq[ue] suae memoriae: se coram Deo recognoscunt, nonnullam illis & consolationem & fusi-
o[n]e ostenditurq[ue], nullo ciuitate asserta propria conscientiae puritas. De priore ratione postea vide-
modo il[le] derogare bimus: nam de posteriore breuiter expediamus, quomodo cum eo con-
gratuita iustitiae ueniat quod supra diximus, nulla esse in Dei iudicio operum si lucis sub-
Christo,
nitendum, nulla eorum opinione gloriandum. Hec portio conuenien-
tia est, quod sancti, quoniam de fundanda constituendaque salute sua agi-
tur, circa opem respectum in solam Dei bonitatem oculos intendunt.
Neque ad eam modo ante omnia, tanquam ad beatitudinis principium,
se conuertunt: sed tanquam in complemendo conuiescant. Sic funda-
ta, erecta, stabilita conscientia operum quoque consideratione stabili-
tur: quatenus scilicet testimonia sunt Dei in nobis habitantis ac regnani-
tis. Quando igitur isthec operum si lucia locum non habet, nisi totam
prius animi fiduciam in misericordiam Dei reieceris, non debet illi vi-
deri contraria vnde pender. Quare dum operum fiduciam excludimus,
hoc voluntus duntaxat, ne mens Christiana ad operum meritum, velut
ad salutis subsidium, reflectatur: sed penitus resideat in gratuita iustitiae
promissione. Non veramus autem ne diuinæ erga se benevolentia signis
hanc si uerum falsiat & confirmet. Nam si dum memoria repetuntur quæ-
cumque in nos dona Deus contulit, sunt nobis quodammodo instar ra-
diorum diuini vultus, quibus illumine mur ad summam illam bonitatis
lucem contemplandam: multò magis honorum operum gratia que Spi-
ritum adoptionis nobis datum communisstat.

19. Quum igitur à conscientia innocentia fidem suam confirmant sancti, & exultant in materia sumuntur, nihil aliud quam à fructibus vocationis se in filiorum locum à Domino cooptatos esse reputant. Quod ergo à Solomone traditur, in timore Domini esse firmans se curitate: quod interdum hanc obtestationem sancti usurpant quo exaudiuntur à Domino, se ambulasse eorum facie eius in integritate & simplicitate: locum in iaciendo firmans conscientiae fundamento nullum habent: sed tum demum valent si à posteriori sumuntur: quia & nullibi est timor ille qui securitatem plenam offitmare queat: & sancti sibi talis integritatis conscientia sunt cui multæ carnis reliquæ adhuc sunt permixtæ. Sed quoniam ex regenerationis fructibus habitantis in se Spiritus sancti argumentum caput, inde se non medioctiter ad expectandum in omnibus necessariis Dei auxilium consumant, quoniam in te tanta patrem experientur. Ac ne illi quidem possunt, nisi primum Dei bonitatem, nulla alia quam promissionis certitudine obsignatam apprehenderint. Nam si illa estimante incipiunt à bonis operibus, nihil erit incertus, nec magis imminent: quandoquidem si per se opera estimentur, non minus item pars sua in aperfectione arguent, quam utcunq; inchoata putitatem be-
neficio-

neuolentiam testantur. Denique sic Dei beneficia prædicant, ut tamen non delectant à gratuito Dei favore, in quo testatur Paulus longitudinem, latitudinem, profunditatem & altitudinem sitam esse: quasi dicere, quocunque se vertant piorum sensus, quantumvis altè condescendat, quantumvis longè & latè le excedant, non debere tamen à Christi dilectione egredi quin se in ea meditanda totos contineant: quia omnes dimensiones in se comprehendit. Ideoque dicit eam excellere & eminere *Ibid.*¹⁹ supra omnem scientiam: & dum agnoscimus quantopere nos Christus dilexit, impleri in omnem plenitudinem Dei. Sicut alibi dum gloria-^{Rom.8.37} tur prius in omni certamine esset victores, rationem mox addit, Propter eum qui dilexit eos.

20 Videmus iam non eam in sanctis fiduciam operum esse quæ vel eorum merito aliquid tribuat (quando ea non aliter quam Dei dona inuentur, unde eius bonitatem recognoscant, nō aliter quam vocationis signa unde electionem reputent) vel quippiam deroget gratuita, quā in Christo consequimur, iustitiae: quando ab ea dependet, nec sine ea subsistit. Hoc ipsius Augustinus paucis verbis, sed eleganter significat, quum scribit, Non dico Domino, Opera manuum mearum ne despicias. Exqui *In Psal.137* siu Dominum in aliis meis, & non sum deceptus. Sed opera manuum mearum non commendo: timo enim ne quum inspexeris, plura inuenias peccata quam merita. Hoc scilicet dico, hoc rogo, hoc cupio, Opera manuum tuarum ne despicias. Opus tuum in me vide, non meum. Nam si meum videris, dannas: si tuū videris, coronas. Quia & quacunque mihi sunt opera bona, abs te sunt. Duas causas ponit cur non auctor sua opera Deo veditare: quia si quid bonorum operum habet, illic nihil videt tuū: deinde quia id quoque peccatorū multitudine obruitur. Unde fit ut plus iadet timoris & consternationis sentiat conscientia, quam securitatis. Ergo nō alite Deum intueri vult sua recte facta quam ut vocationis suæ gratiam in illis recognoscens, opus quod inchoauit, perficiat.

21 Quod autem præterea bona fidelium opera, Scriptura causas esse *Vbi fidelium boni* ostendit cur illis Dominus beneficiat, id sic intelligendum est, ut stet in *operari respici à Deo concussum* quod ante possumus, effectum nostræ salutis in Dei patris ad illis *beneficiis* dilectione sicut esse: materiam, in Filij obedientia: instrumentum, in Spiritu dñi, dicit *Scriptura*, ratus illuminatione, hoc est filii: haec esse tantæ Dei benignitatis gloriam magis notam. Igitur nihil obstat quominus opera Dominus, tanquam causas inferiores, quam causam, res amplectatur: sed unde id nempe quos sua misericordia, æternæ vite hereditati destinavit, eos ordinaria sua dispensatione per bona opera inducit in eius possessionem. Quod in ordine dispensationis præcedit, posterioris causam nominat. Hac ratione ab operibus interdum vitæ æternam deducit: non quod illis referendi sit accepta: sed quia quos elegit, *Rom.8.30* iustificat ut denum glorificet, priorem gratiam, quæ gradus est ad sequentem, causam quodammodo facit. At quoque assignanda est vera causa, non ad opera iubet confugere, sed in sola misericordia cogitatione nos retinet. Quale enim istud est quod per Apostolum docet, Stipendium *Roms.6.23* peccati mors: gratia Domini vita æterna? Cur non ut vitam morti, sic peccato iustitiam opponit? Cur non ut peccatum mortis, ita iustitiam vitæ causam statuit? Sic enim rite constatura erat antithesis, que ista variatione non nihil abrumptitur. Sed Apostolus, id quod erat, exprimere ista comparatione voluit, meritum hominum debet mitem: vitam non nisi in sola Dei misericordia esse repositam. Denique illis loquutionibus series magis notatur quam causa: quia Deus gratias gratis cumulando, ex prioribus causam sumit secundas addendi, nequid ad locum plerandos seruos suos omissat: utque ita liberalitatem suam prosequitur, ut tamen gratuitam electionem, quæ fons & initium est, respicete nos *B.13.*

semper velit. Quisquam enim quæ nobis quotidie confert donum, quemque ex illo fonte procedunt, amat: nostrum tamen est gratuitam illam acceptionem tenere, que sola fulcite animas nostras potest: quæ vero spiritus sui dona deinde largitur, ita subiecte primum causa ut ei nihil derogent.

Quæ de operum meritis iudicantur, tunc Dei laudem in confessanda iustitia, quam salutis certitudinem exercere.

Breviā ἀνακέφαλον τοιούτων εργῶν quæ **I**AM quod praecipuum est in hac causa expediuiimus: quia si operibus Dei misericordia, sola Christi communicatione, id est que sola fides conducta fuerunt caput. **T**rafficum autem hunc esse causæ cardinem diligenter animaduertamus, ne illa implicemur communī non vulgi modo, sed doctorum etiam hallucinatione. Simul enim atque quaerat, ut de fidei operam; iustificatione, decurrent ad eos locos qui aliquod operibus meritū contineant. **D**eo tribuere videntur: perinde vero auctoritate fore operū iustificatio, si probatum fuerit alius esse apud Deum pretij. Enimvero supra claram ostendimus, in perfecta tantummodo, absolutaque Legis obseruatione consistere operum iustitiam. **V**nde sequitur, non iustificari operibus hominem nisi qui ad summum perfectionis euestus, nullius, vel minimæ transgressionis argui queat. Altera igitur & separata est quaestio, Vicinque ad iustificandum hominem minime sufficient opa, an non tamen illa apud Deum gratiam promereantur?

Meriti nomen quicquidem primus bonis operibus humanis ad Dei iudicium comparatis aptauit, cum operibus coram Dei fidei sinceritat pessime consuluisse. Equidem à logomachiis libens ab iudicio aptauit, maius scilicet, sed cupetem eam seruatam fuisse semper intet Christianos scripto-**b**le illum fidei sincere res sobrietatem, ne usurpare, quum nihil opus foret, extranea à Scripturam cōfusurisse. Et tis vocabula in animum induxisse quæ inulum parent offendiculi, eo quidem usus rete fructus minimum. Quotum enim obsecro, opus fuit inuchi nomen Meritis, sed ita ut multa, quum premium bonorum operum significanter alio nomine citra officia locis ostenderint, fandiculū explicari posset? **Q**uantum autem ipsum offendiculum in se continet, magno cu[m] orbis detrimento patet. Certe ut est fastuosissimum, nihil quām obscurate Dei gratia, & homines prava superbia imbuere potest. **V**bi sunt (sator) passim, vetusti Ecclesiæ scriptores, atque utina uocule unius abusu erroris materiā postletis non prebuissent. **Q**uanquam nonnulli ipsi quoque locis testantur, quām non præiudicare veritati volunt. **S**ic enim alicubi loquitur Aug. Humanam merita hic contineat, quæ perierunt per Adū: & regnet Dei gratia, per Iesum Christū. Item, Meritis suis nihil tribuunt sancti: totum non nisi misericordię tuob[us]t[er] Deus. **A**libi, Et quum viderit homo quicquid boni habet, non se habere a se, sed a Deo suo, vider id totum quod in eo laudatur, non de suis meritis, sed de misericordia Dei esse. **V**ides ut adempta homini bene agendi virtute, meriti quoque dignitatem prosterat. **C**hiyostomus autem. Non sita siqualsequuntur Dei gratuitam vocationem opera, retributio sunt debitum: at Dei munera, gratia & beneficentia & largitionis magnitudo. **O**mnes tamen nomine, rem potius certam as. **C**itao quidem antea ex Bernardo sententiam, Ut ad meritum satis est de meritis non præsumere: sic carere meritis, satis est ad iudicium. **S**ed continuo addita interpretatione, duditum vocis satis emollit, quum dicit, Prout de merita habere cures: habita, data noueris: fructum spes Dei misericordiam: & omnino peticulū equalisti, paupertatis, ingratitudinis, presumptionis. **F**elix eccl[esi]a

De prædictis sanctis.

In Psal. 139

In Psal. 83

Homi. 33. in Genes.

Supra Cant. c. Sermonis 68.

ecclesiæ cui nec metita sine præsumptione, nec præsumptio sine meritis deest. Et paulò autem abundè ostenderat quā in pio sensu veteretur. Nam de metuis, inquit, quid sollicita sis Ecclesia, cui de proposito Dei firmior securiorque existit gloriandi ratio? Non potest seipsum negare Deus: faciet Ezech. 36:22, 33 quod promisit. Si non est quod queraris, quibus meritis speremus bona? Præfertim quum audias. Non propter vos, sed propter me. Sufficit ad me, ritum scire quod non sufficiant merita.

3 Quod promereantur omnia opera nostra, Scriptura ostendit, quum Dei conspectum ferre posse negat quia immunditia sunt plena: quid deinde prometura sit perfecta Legis obseruatio (si qua repetiti posset) quū praicipit ut nos inutiles seruos teputemus quum fecerimus omnia quæ præcipiuntur nobis: quia nihil gratuitum impenderimus Domino, sed *Luc. 17:10* debitum obsequiis tantum defuncti simus, quibus non est habenda gratia.

*Dominus tamen, quæ in nos contulit bona opera, & nostra appellat, & non tantum accepta sibi esse testatur, sed remunerationem etiam habuita. Nostrum est vicissim tanta promissione animari, animosque colligere, ne bene agendo defatigemur, & tantam Dei benignitatem vera gratitudine proferre. Gratiam Dei esse non dubium est quicquid in operibus est quod laudem meretur: nullam eis guttam quam propriè nobis adscribere debeamus: id si re vera sitio: que agnoscimus, euanescit quilibet meriti non fiducia tantum, sed opinio. Bonorum, inquam, operum laudē non (vi sophistæ faciunt) inter Deum & hominem partimut: sed totam, integrā ac illibatam Domino seruamus. Tantum hoc homini assignamus quod ea ipsa quæ bona erant, sua impuritate polluit & cōtaminat. Nihil enim ab homine exiit, quātumvis perfecto, quod non sit aliqua macula inquinatum. Vocet igitur Dominus in iudicium quæ in humanis operibus optima sunt: suā in illis quidem iustitiam agnoscet, hominis verò dedecus & probium. Placent itaque Deo bona opera, nec suis authoribus sunt inservios: quin magis amplissima Dei beneficia remunerationis loco referunt: non quia ita merentur, sed quia diuina benignitas hoc illis ex seipso prietum statuit. Quæ autem ista est malignitas, nō contentos illa Dei latigate, quæ nihil tale merentia opera indebitis præmisseruntur, sacrilega ambitione vlt̄rā contendere, vt operum meritis videatur rependi quod diuinæ totius est munificentia? Hic sensum communem vniuersiūque appello. Si is qui vsum fructum in agro aliena liberalitate habet, proprietatis quoque titulum sibi vendiceat: annon huismodi ingratitudine eam ipsam quam tenetbat possessionem amittere meretur? Similiter si manumissus à Domino seruus, dissimulata libertinæ conditionis humiliata, pro ingenio se venditet: annon dignus est qui in pueram tediatur seruitum? Hic enim legitimus demum est fruendi beneficij vlus, si nec plus arrogamus nobis quām datum est, nec boni auctorem sua laude fraudamus: quin potius sic nos gerimus vt residere quodammodo apud eum videatur quod in nos transfluit. Hęc moderatio si erga homines præstanta est, videant singuli & reputent qualis Deo debeat.

4 Scio sophistas abuti locis quibusdam, vnde probent Meriti non men erga Deum in Scripturis reperiiri. Citant ex Ecclesiastico sententiam: Misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum. Ex Epistola autem ad Hebreos, Beneficentia & communicatio quidam, quibus solidis nolite obliuisci: talibus enim hostiis prometetur Deus. In repudiis, probare mīda Ecclesiastici auctoritate ius meum nunc remitto. Negro tamen fidelitatem, Meriti non citare quod scripsit Ecclesiasticus, quicunque fuerit ille scriptor: sic mena erga Deum in enim habet Graecum exemplar, τέλον εἰνεπούρη παῖς τε τοπεινα. Scripturis reperiit. ἔτεστη πατὴτε οὐτούσι. Omni misericordia faciet locū;

vnuſquisque enim ſecundūm opera ſua inueniet. Atque hanc eſſe ger-
manam lectionem que in Latina veriſione deprauata ſit, cū ex ſolo ver-
botum iſtorum complexu, tum ex longiore ſuperioris orationis con-
texu liquet. In Epiftola ad Hebreos nō eſt cur decipulas in verbuſ uno
nobis tendant: quando in Græciſ Apostoli verbis nihil aliud habetur
quām tale hostias placere acceptaſque eſſe Deo. Id vnum abunde ſuffi-
cere dicitur ad compreſendam reuendamq; noſtre ſuperbię inſol-
lentiam, ne quā operibus dignitatem ultra Scripturā formulim attinga-
gamus. Pōtrō Scripturā doctriña eſt, aperia tamen perpetuo ſordibus mul-
tiſ bona noſtra opera, quibus meritiē Deus offendatur, ac nobis ſuccen-
ſeat: taniū abeft ut vel conciliate illum nobis queant, vel eius erga nos
benificientiam prouocare: quia tam en illa pro ſua indulgentia non iute-
ſemmo examinat, p̄tinde accipere acsi puriſima eſſent, id eōq; licet im-
merita infinitis beneficiis remunerari tum preſentis viæ, tum etiam fu-
turæ. Non enim à doctiſ alioqui ac piis viris poſitam diſtinctoriē reci-
pio, meritorū eſſe bona opera earum que nobis in hac vita confeſ-
tūr gratiarum folius fidei p̄mū eſſe a eternam ſalutem. Mercede enim
laborum & certaminis coronā in cœlo Dominus ſemp̄ ferè collocat.
Rursum opetum merito ſic tribuere, ut gratia adimatur quod alii ſuper
aliis gratiis à Domino cumulamur, eſt cōtra Scripturā doctriña. Tamet-
ti enim dicit Christus, habenti datum iri, & ſuper multa conſtitutum iri
fidelem ac p̄iobum ſeruum, qui in patruis ſe fideliem gemitū: ſimil tamē
alibi ostendit incrementa fidelium eſſe gratuitaſ ſue benignitatis mune-
ra. Omnes, inquit, ſtientes venite ad aquas: & qui non habetis argenti
venire, emite abſque argento & abſque vlla commutatione vinū & lac.
Quicquid ergo nunc in ſalutis adminiculū piis confeſſur, tum ipſa bea-
titudo, mea eſt Dei beneficentia: tamen & in hzc & illis teſt̄t ut ſe o-
perua habere rationem: quia ad teſtāndū erga nos dilectionis ſue ma-
gnitudinem, non modō nos, ſed quā nobis largitus eſt dona tali hono-
re dignat⁹.

Matth.25.21,

C. 9

Iſa.55.1

*Brevis ſumma ſuſt. damenti doctriña ſecul s, nunquam tantum turbatū ac diſtensionum ortum eſſet. Paulus Christianus ex Pan. aut in architectura Christianæ doctriñæ terinendum eſſe quod poſuerat ipſe fundamentum apud Corinthios, prater quod nullum aliud po-
ni queat: id autem eſſe Iesum Christum. Quale nobis in Christo funda-
mentum eſſet: an quod initium nobis ſalutis fuit, ut complementum à no-
bis ſequetur? & viam aperuit tamē per quā Ipsi noſtro marte perge-
remus? Minime vero, ſed quomodo paulo antē poſuerat, illū dum agnoscimus nobis datum eſſe in iuſtitiam. Nemo ergo bene in Christo funda-
tus eſt niſi qui ſolidi in habet in ipſo iuſtitiam: quando non dicit Apo-*

1. Cor. 3. 11

2 Cor. 1. 30

Ephes. 1. 4

Col. 1. 14, &

20

Iohann.10. 28

Mat. 18. 18

*mentum eſſet quod ad iuſtitiam consequendam nos iuuet: ſed ut ipſe ſit noſtria iuſtitia. Nimirum q; in ipſo electi ſumus ab eternitate ante mundi conſtitutionem, nullo noſtrio merito, ſed ſecundūm diuini bene-
placiti propositum: quod eius morte ipſi à mortis damnatione redempti
ac liberati à perditione ſumus: quod in ipſo adoptati ſumus in filios &
heredes à Patre cœleſti: quod per ipſius ſanguinem huic ſumus reconciliati: quod illi in cõſtitioni dati, pereundi excidendi que periculo eximi-
mur: quod illi ita inſerti, iam viæ eterna quodammodo ſumus partici-
pem in regnum Dei per ſpem ingredi. Nec dum finis: q; talem eius parti-
cationem adepti, vt cunque ſumus adhuc in nobis ſtulti, ipſe nobis coram
Deo ſipientia eſt: ut peccatores ſumus, ipſe nobis iuſtitia: ut immundi ſi-
muſ, ipſe nobis puritas: ut infirmi ſumus, ut inermes & Satanæ expoſiti,
noſtra iamen eſt quā ipſi data eſt in cœlo & in terra potefias, qua pro no-
bis Satanam conterat, & inſerogum portas conſtingat: ut corpus mortis
adhuc*

adhuc nobiscum circumferamus, ipse tamen nobis vita est. Breuer quod omnia illius nostra sunt, & nos in illo omnia habemus, in nobis nihil. Super hoc inquam fundamentum edificari nos conuenit, si volumus in templum Domini sanctum crescere.

6 At longè alter iampridem institutus est orbis: reperta sunt mora. *Hic & scđt. 7. scđt.*
lia nescio quæ bona opera, quibus gratiosi Deo reddantur homines an sum esse ostenditar,
tequam Christo inserantur. Quasi verò mentiatur Scriptura quā dicit, in Sophistarū cōmen-
morte esse omnes qui Filium non possederint Si in morte sunt, q̄omo-
do vita materiam generant? Quali nihil illud valeat peccatum esse quic operibus, quib⁹ gra-
quid sit extra fidē, quasi atboris malæ possint extare boni fructus. Christo troſi Deo reddātur
verò vbi suā virtutem exerat quid pestilentissimi sophistæ reliquerunt? homines &c. Item
Avint meruisse nobis primam gratiā, hoc est occasionem merendi: esse Christum meruisse
iam nostrarum partiū, occasioni oblata non deesse. O proiectum impie nobis primā tantę
tatis impudentiā quis expectasset ut Christi nomen professi, illū ita de- gratiam: poſte a nos
nudatum sua virtute, tantum non proculcatae auderent? Hoc testimoniū operibus nostris me
vulgò loquantur) cito cunctantiam accipiatur. Et porro duplex est nam nec de ipsis in vniuersum questionem haberi volunt, ut pro totius vita tenore vel dāmentur vel absoluātur: sed specialem causam in iudicium disceptandam assertū: nec diuinaz profectionis respectu, sed ex improprio rum ac scelerorum computatione iustitiam sibi arrogant. Primum quū de homine iustificatio agitur, non tantum quā sit ut bona in re ali qua particulari causa habeat: sed perpetuam quandam tota vita iustitiaz symmetriam. Atqui sancti, dum ad cōprobandum suam innocentiam Dei iudicium implorant, non scipios omni noxa solutos & omni ex parte inculpatos offerunt: sed quū in sola eius bonitate salutis fluctuat, confisi tamen esse vindicem pauperum præter ius & æquitatem afflictorum, profecto causam in qua innocētes opprimuntur, illi commendant. Dum verò secum aduersarios ad tribunal Dei stant, non iactant innocentiam quæ Dei puritati responsura sit, si sevère conqueratur: sed quia præ aduersariorum malitia, improbitate, astutia, iniquitas, synceritatem, iustitiam, simplicitatem, puritatēque suam Deo coemptam gratiamque esse norunt: non reformat, inter se & illos iudicem inuocare. Sic quū David Sauli dicebat, Reddat Dominus vincui

1. Sam. 26. 23.

1. Cor. 1. 12.

1. Cor. 4. 4.

Psal. 130. 3. &c. 143. 2. Ac ne Paulus quidem, quum hac gloriatione se iactat quod bonum habeat conscientię testimoniū, se cum simplicitate & integritate veritati esse in Ecclesia Dei, vult eiusmodi gloriatione apud Deum niti: sed coactus impiorum calumniis, fidem ac probitatem suam, quam diuine indulgentiaz acceptam esse sciebat, aduersus quamlibet hominum male dicentiam assertit. Videntur enim quid alibi dicat, se nihil esse sibi male conscientium, sed non in hoc iustificari. Quia scilicet intelligebat, iudicium Dei humanam lippitudinem longè transcendere. Ut cunque ergo pīcōtra impiorum hypocrisii suam innocentiam Deo teste ac iudice defendant: ibi tamen cum solo Deo negotium est, omnes uno ore clamant, Si iniuriantur obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Item ne ingrediatis in iudicium cum seruis tuis: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. suisque operibus diffisi, libenter canunt, Bonitas tua melior quam vita.

Pm. 20. 7. et 12. 18. *15.* Sunt & alij non absimiles superioribus loci, in quibus subsistere etiamnum quis possit. Dicit Solomon, eam qui ambulat in integritate sua, iustū esse. Item, in semita iustitiae esse vitā, ac in ea ipsa non esse mortem. Quia ratione Ezechiel perhibet vita iustitum qui iudicium ac iustitiam fecerit. Nihil eorum vel inficiamur vel obsecutamus. Sed prodeat unus ex filiis Adam cum tali integritate. Si nemo est, iut periret à conspectu Dei oportet, aut ad misericordię asylum confugiant. Neque interim negamus quin fidelibus sua integras, dimidiata licet ac imperfectas, gratias sit ad immortalitatem. Sed unde id, nisi quoniam quos in fœdus gratiae assumptis Dominis, eorum opera non excutit pro meritis, sed patet a benignitate osculari? Quo non tantum intelligimus quod tradunt scholastici, à gratia acceptante habere opera suum valorem. Illi enim sentiūt, impatia alio iūt opera ex Legis pacto saluti comparanda, in æqualitatibz tamē pretium Dei acceptione euehi. Ego autem dico, eatum aliis transgressionibus, cum suis potum maculis inquinata, non aliud valere nisi quod Dominus veniam utriusque indulget. quod est, gratitatem homini iustitiam largiri. Neque tempore hic obtiuduntur illae Apostoli precatio[n]es, vbi tantum perfectionem fidelibus optat, ut sint inculpati, & irreprehensibiles in die Domini. Hac quidem verba Cœlestini

Ecc. 18. 9. 21. &c. 33.

15.

Ephes. 1. 4.

Iestini valde olim exagitabant, ad perfectionem iustitiae in hac vitaasse
rendam. Sed quod arbitramur sufficere, breuiter post Augustinum re- ^{1.Theff.3.ij. &c ali-}
spondemus: ad hanc quidem metam aspirare pios omnes debere ut im-
maculati aliquando & inculpati appareant coram Dei facie, sed quia o-
ptima & præstantissima vita præsentis ratio nihil aliud est quam profe-
ctus, ad eam metam nos tum demum peruenturos vbi hac peccati carne
exi, Domino ad plenum adhaerebimus. Neque tamen pertinaciter cu-
eo litigabo qui perfectionis titulum sanctis tribuere volet: modò eam ^{Lib. ad Dom. 3.e.ij;}
quoque Augustini ipsius verbis definit. Perfectam, inquit sanctorum vir-
tutem quum nominamus, id ipsam perfectionem pertinet etiam imper-
fectionis tum in veritate tum in humilitate cognitio.

Ex mercede male colligi operum institiam.

C A P V T X V I I I .

TRANSAMVS nunc ad eas sententias, que affirmant Deum vni-
cuique redditum secundum opera sua, cuiusmodi sunt, Vnus- ^{Mat.16.27.}
quisque referet quod gessit in corpore, sive bonū sive malum. Glo- ^{2.Cor.5.10.}
ria & honor operanti bonum, tribulatio & angustia in omnem animā ^{Rom.2.6.}
operantis malum. Er, Ibūt qui bona egerint in resurrectionem vitæ: qui ^{Iohan.5.29.}
malè fecerint, in resurrectionem iudicij. Venite benedicti pairis mei: esu ^{Mat.25.34.}
riui, & dedistis mihi cibum: sitim, & potū tribuistis, &c. Atque illis quo- ^{Pro.12.14. & 13.13.}
que eas coniungamus quæ mercedem operum appellant vitam eternā: ^{Mat.5.12.}
quo in genete sunt, Retributio manuum hominis restituetur ei. Qui ti- ^{Luc.6.23.}
met mandatum, remunerabitur. Gaudete, & exultate: ecce merces ve- ^{2.Cor.3.8.}
stra copiosa est in cælis. Vnde quisque mercedem accipiet secundum la- ^{Rom.2.6.}
borem. Quod vnicuique dicitur redditurus Deus secundū opera, patuo ^{Ibib.8.30.}
negorio dissoluitur. O dinē enim consequentia magis quam causam in ^{Philip.2.12.}
dicat loquutio. Extra dubium autē est, Dominū his misericordia sua gra- ^{Iohan.6.27.}
dibus salutem nostram contumolare dūt: eos ad se vocat, vocatos iu- ^{Qd.dicitur De fide}
stificat, iustificatos glorificat. Tametsi ergo sola misericordia suos in vi- ^{libus redditurus se}
tam suscipiat: quia tamen in eius possessionem ipsos deducit per bonoru ^{cundū opera, ordi-}
noperum studium, ut quo destinauit ordine suum in illis opus impleat: ni ^{ne notat, non cām-}
hil mirum si secundū opera sua dicuntur coronari: quibus haud dubie ^{& quod dicuntur}
ad recipiēdam immortalitatis coronam preparantur. Quin hac ratione operarisfudē, reser-
appositē dicuntur salutem suam operari, dum bonis operibus incubentur ad studium, nō
do, vitam eternam meditantur. nempe sicut alibi iubentur operari cibū ^{opponitur gratia,}
qui non perit, dum in Christum credendo sibi vitam acquirunt: & tamē
mox additur, Quem Filius hominis daturus est vobis. Vnde appetet O-
perandi verbū nequaquam opponi gratia, sed referri ad studium: ac
proinde non sequitur, vel fideles ipsos esse salutis sux au-hores, vel ab
ipsorum operibus eam emanare. Quid ergo? simulatque per Euangelij
notitiani, & Spiritus sancti illuminationem adscici sunt in Christi con-
fortium, inchoata est in illis eterna vita. Iam quod in illis bonum opus ^{Philip.1.6.}
inchoavit Deus, & perfici oportet usque in diem Domini Iesu. Perficitur ^{Hic & seq.3.4.tre}
potrō, quum iustitia & sanctitate Patrem cœlestem referentes, se filios e- ^{statut, vitā eternā}
ius non degeneres esse probant. ^{quum gratis done-}

² Ex mercedis nomine non est cur opera nostra ratiocinemut cau- tur, dici tamē mer-
sari esse salutis. Principiō istud sanctum sit in cordibus nostris, regnum ^{cedē operū, optimis}
cælorum non fetuorum supendium, sed filiorum esse hereditatem: quā de causis, sed non
soli portentur qui à Domino in filios cooptati fuerint: neque aliam ob ^{meritis vlliis} nostra
causam quam ob hanc adoptionem. Non enim erit hates filius ancillæ, ^{ratione.}
Sed filius liberæ. Adeoque in iis ipsis locis quibus gloriam eternam met Ephes 1.18.
cedem operibus fore pollicetur Spiritus sanctus, hereditatem nomina- ^{Galat.4.3.2.}
C.iiij.

Mat. 25.34.
Col. 3.24.

tim exprimendo, aliunde nobis prouenire demonstrat. Sic Christus opera recenset, quæ cœli remuneratione compensat dum in eius possessioneum electos vocat: sed simul adiungit, haereditatis iure possidendum. Sic Paulus iubet, seruos fideliter agentes quod officij sui est, sperate retributionem à Domino, sed addi: haereditatis. Videmus ut quasi prescriptis verbis diligenter caueant se acceptam feramus operibus æternam beatitudinem, sed Dei adoptioni. Cur ergo simul operum mentionem faciunt? Vno Scripturæ exemplo ista quæstio elucescat. Ante nativitatem Isaac promissum erat Abrahæ semen in quo benedicendæ erant omnes terræ nationes: feminis propagatio quæ a quatura esset stellas cœli, & arenas maris, alia pœ similia. Multis post annis, ut erat oraculo iussus, Abraham ad filium immolandum se accingit. Ista obedientia defunctus, recipit promissionem. Per memetipsum iurat, dicit Dominus, qui fecisti hanc rem, & non pepercisti proprio filio vnigenito: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli & arenas maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicetur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Quid audimus? an obedientia sua promeritus est benedictionem Abraham, cuius promissionem receperat antequam ederetur præceptum? Hic profectò circa ambages tenemus, iis bonis munerati Dominum fidelium opera quæ illis iam antea cogitata opera dedeat: nihil dum cause habens cur ipsis benefacere nisi suam misericordiam.

3 Neque tamen frustratur aut ludit nos Dominus quum ait se operibus rependere quod gratis ante opera donauerat. Quia enim bonis operibus vult nos exerceti ad meditandam eorum quæ propter isti exhibitionem vel fruitionem, ut ita loquar, ac per ea decurrere, ut contendamus ad beatam spem nobis propositâ in cœlis, rite & illis assignatur promissionum fructus, ad cuius maturitatem nos perducunt. Eleganter expressit virunque Apostolus, quum diceret officiis charitatis studere Colossenses, proprie spem in cœlis sibi depositam, de qua antè audierant per sermonem veracis Euangeli. Nam quum ait eos ex Euangelio cognouisse spem sibi in cœlis depositam, declarat solo Christo, nullis aut sufficiant operibus, cui concinuit illud Petri, Cestodiri pices Dei virtute per fidem, in salutem quæ patrata est manifestati suo tempore. Dum ipsis ait eius causa laborare, significat currentem esse fidelibustoto vita spatio ut apprehendant. Ne vero putilemus ad metit modū redigi quam nobis Dominus mercedem pollicetur, parabolam proposuit, in qua se fecit patræfamilias, qui quoscunque habet obvios, mituit in vineæ sua culturæ: alios quidem hora diei prima, alios secunda, alios tertia, quosdam etiam undecima: vesperi 1 ei edit omnibus equale premium. Cuius interpretatione breuiter & verè complexus est quicunque sit ille tandem vetustus scriptor cuius liber de vocatione Gentium sub Ambrosij nomine fertur. Eius verbis potius quam meis utar. Huius, inquit, comparationis regula Dominus multimo de vocationis varietatis ad unam gratiam pertinentem adstruxit: ubi sine dubio qui hora undecima intromissi in vineam totius diei operatus exæquantur, eorum præserunt sortem quos ad commendandam gratiam excellentiam, in deserto diei, & conclusione vita, diuina indulgentia munerauit: non labori premium soluens, sed diuitias bonitatis suæ in eos, quos sine operibus elegit, etfundens: ut etiam qui in multo labore sudarunt, nec amplius quam nonissimi acceperunt, intelligent domum se gratia, non operum acceptissime mercedem. Postremò hoc quoque notatum dignum est, in his locis, ubi vita æterna operum vocatur, non simpliciter pro illa communicatione accipi quam habemus cum Deo ad beatam immortalitatem, quum nos paterna benevolentia in Christo

Coloss. 4.5.

1. Pet. 1.5.

Vnde 30.8.

Lib. I.c. 5.

in Christo amplectitur: sed pro beatitudinis possessione vel fruitione, ut vocant, sic uerum sonant ipsa Christi verba, In futuro vitam aeternam. Et alibi, Venite, possidete regnum, &c. Hac ratione & Paulus vocat adoptionem, reuelationem adoptionis quae in resurrectione fiet: ac postea inter pretatur, redemptionem corporis nostri. Alioquin autem quem id modum alterna:io à Deo, et: rna mois est, sic quum homo in gratiam à Deo recipiatur ut in communicatione eius fruatur, vñumque cum eo fiat, transferitur à morte ad vitam, id quod si: solius adoptionis beneficio. Etsi more suo pettinaciter uirgeant operum mercedem, regerete illud Petri licebit, vi-tam aeternam fidei esse mercedem.

4 Itaque ne cogitemus Spiritum sanctum huiusmodi promissionem commendare operum nostri uiri dignitatem, ac si talem mercedem mereantur. Nihil enim nobis Scriptura reliquum facit quo in conspectu Dei exaltemur. Quin potius tota in hoc est ut arrogantium nostram retundat, nos humilitate, deuiciat, & prorsus conterat. Verum nostre imbecillitatē sic occurrunt: quæ statim alioqui collaboretur ac cōcidetur, nisi hac se expectatione sustinet ac solatio leniret sua tædia. Primum quam dum sit, non modo sua omnia, sed se quoque ipsum relinquette & abnegare, reputent pro se quisque singuli. Et tunc hoc tyrocinio discipulos tuos, hoc est pios omnes, Christus initiat. Deinde sic per omnē vitā sub crucis disciplina erudit, ne eot adiiciat ad bonoru[m] præsentiu[m] vel cupidi-tatem vel fiduciam Breuiter sic ferè tractat, ut quocunque fleat oculos quām longē hic mundus patet, nonnisi desperationem sibi ubique obueriant habeat. ut Paulus dicat, miserabilores esse nos omnibus homi-nibus, si in hoc mundo duntaxat speremus. In his tantis angustiis ne deficiant, adeo illis Dominus, qui monet ut altius caput exerant, & longius oculos coniiciat, beatitudinem, quam in mundo non vident, apud se repeturos. hanc beatitudinem, præmium, mercedem, retributionem vocat: non operum estimans meritum, sed compensationem esse signifi-cans eorum pressuris, passionibus, contumeliis, &c. Quamobrem nihil obedit quoniam viram aeternam temu[n]erationem, Scripturæ exemplo, vo-cemus: quod in ea Dominus suos ex laboribus in quietem, ex afflictione in prosperum & optabilem statum, ex modestia in gaudium, ex pauper-tate in affluentiā ex ignominia in gloriam recipiat. omnia denique quæ perpetui sunt mali, bonis maioribus permuteat. Sic & nihil erit incommodo si vita sanctitatem, existimemus esse vias: non quidē quæ aditum aperiatur in gloriam celestis regni, sed qua electi à Deo suo in eius manifesta-tionem ducentur, quādō haec bona eius volūtas est, glorificare quos san-tificauit. Tantumne correlationem meriti ac mercedis imaginem, in qua importunè hærent Sophistæ, quia istū quem expōnimus finem non considerant. Quām autem præpostorum est, vbi in unum finem vocat nos Dominus, alio sum respicere? Nihil clarius est quām ad subleuandā aliquo solatio carnis nostra debilitatem, non autem ad inflādos gloria animos, mercede bonis operibus promitti. Qui ergo meritum operū inde colligit, vel appendit in truina opus cum mercede, à recto Dei scopo longissime aberrat.

5 Proinde quām Scriptura dicit, Deum iustum iudicem redditum olim suis iustitiaz coronam, non tantum cū Augustino excipio, Cui red-deret iustus iudex coronam, si non donasset gratiam misericors Pater, & quomodo esset iustitia nisi præcessisset gratia quæ iustificat impium? quomodo ista debita redderentur nisi prius illa indebita darentur? sed aliud etiā addo, Quomodo iustitia imputat eis nostris operibus, nisi quod iniustitiaz in illis est, abscondeat sua indulgentia? Quomodo censeret di-gna mercede, nisi quod in illis pœna dignum est, immensa benignitate

1. Pet. 1. 9.

Hic & seq. 6. 7.
estenditur,
Deū, cū dicit se o-peribus rependere
quod gratis ante o-pera donauerat, nō
meriti opinione nos
inflate, sed noſtra
imbecillitatē oc-currere, ne animis
fatiſcamus.

1. Cor. 15. 19.

Rom. 8. 30.

Inde pendere ius-
tiā bonoru[m] operis
quæ fiunt à fidel-i-
bus, quod pervenia
Deo approbantur.

2. Tim. 4. 8.

Aug. ad Val. De
gra & libero arbi-

aboleret: Solet enim ille vir gratiam nominare vitam æternam, quia gratia Dei donis reddatur dum operibus repeditur. At Scriptura nos vlt̄a humiliat & simul erigit. Nam præterquam quod in operibus gloriae vetat, quia sunt gratuita Dei dona, simul facibus quibusdam semper inquinata esse docet: vt Deo satisfacere non possint, si ad iudicij eius regula examinentur: sed, ne concidat nobis alacritas, mera venia placere. Etsi autem paulo alter Augustinus quām nos loquitur: in te tamē non ita dissentie constabit ex eius verbis, libro ad Bonitacium tertio. Vbi quoni inter seduos contulisset homines, alterum vitæ usq; ad mitaculum sūr. Et & absolutæ alterum probum quidem & integris moribus, non tamen adeo perfectum quin desiderari in eo multum queat: tādem infert, Nempe iste qui moribus illo videtur inferior, propter rectam in Deum fidem ex qua viuit & secundum quam in omnibus delictis suis se accusat, in omnibus bonis operibus Deum laudat, sibi tribuēs ignominiam, illi gloriam: atq; ab ipso sumens & indulgentiam peccatorum & dilectionem recte factorum, de hac vita libeſdus, in consortium Christi migat. Quare, nisi propter fidem? quæ licet sine operibus nemine salvata ipsa enim est non recte bona fides, quæ per dilectionem operatur) tamen per ipsam etiam peccata solvuntur, quia iustus ex fide viuit, sine ipsa vero quæ videntur bona opera, in peccata veituntur. Hic certè non obscurè fateatur quod tantopote contendimus, inde penderie bonorum operum utilitatem quod per veniam Deo approbantur.

Cap. 5.

Heb. 12. 4.

Luc. 16. 9.

1. Tm. 6. 17.

Math. 6. 21.

Matt. 25. 40.

Prov. 19. 17.

2. Cor. 9. 6.

6 Superioribus locis proximū sensum habent isti: Facite vobis animos de māmona iniquitatis: vt quum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Diuitiis huius seculi p̄cipue non tu verbē sapere, neq; spe rate in incertis diuitiis, sed in Deo viuo: bene agere, diutes fieri in bonis operibus, thesaurizare sibi fundamētū bonum in futurum, vt apprehendant vitam æternā. Opibus enim cōparantur bona opera, quibus in beatitudine vitæ æternæ fuiamur. Respōdeo, nos rō ad verā eorū intelligentiā nunquam accessus, nisi oculos in scopum conuettamus quod sua verba Spiritus dirigit. Si verū est quod ait Christus, Ibi animū nostrum residere vbi est thesaurus noster: quē admodum filii seculi intenti es: solent ad ea cōparanda quæ ad præsentis vitæ delicias faciunt: ita fidelibus videndū est, postquam hanc vitam in statu somniī mox euanitram dīdicēt, vt ea quibus verē frui volunt, transmitting vbi solidam vitam sunt habituri. Quod ergo faciunt qui demigunt instituunt in locum aliquē, vbi perpetuam vitæ sedem elegerunt, nobis imitandum est. præmittunt illi suas facultates, neq; illis ad tempus ægrē carēt: quia se beatiores eō putāt quod plus habent honorū vbi diu sunt futuri. Nobis si cœlum patriā esse credimus, illuc potius transmittete opes nostras conuenit, q̄ hic retinet vbi subita migratione peritura nobis sint. Quomodo autē trāmittimus? nēpē si pauperum necessitatibus cōmunicamus: quibus quicquid erogatur, sibi datum. Dominus imputat. Vnde egregia illa promissio, Qui laigitur pauperi, Domino sc̄natur. Item, Qui benignè seminar, benignè metet. Deponit enim in manū Domini quæ fratibus ex charitatis officio imp̄duntur. Ille, vt est bona fidei depositarius, olim restituet cū copioso sc̄nore. Ergo nētati sunt apud Deū nostra officia vt sint in eius manu quasi recordiq; nobis opes? Et quis horreat ita loqui, quū toties ac tā aperte id testetur Scriptura? Ceterū si quis à meta Dei benignitate trāsilit velit ad operū dignitatē, his testimoniis ad errorem astrenđū nihil iuuabitur Nihil enim ritē inde colligas nisi metam diuinæ erga nos indulgentiæ propensionem: quandoquidem quod nos ad beneficium animet, quamlibet vel solo eius intuitu indigna sint quæ illi exhibemus obsequia, nullum tamen perditum finit.

7 Sed magis vrgent Apostoli verba: qui dum Thessalonicenses in 2. Thess. 1.5 tribulationibus consolatur, eas immitti illis docet ut digni habeantur regno Dei pro quo patientur. Siquidem, inquit, iustum est apud Dcūm, reddere iis qui vos affligunt, afflictionem: vobis autem relaxationē nobiscum, quum reuelabitur Dominus Iesus ē cōclo. Author verò epistolæ ad Hebreos, Non es, inquit, iniustus Deus ut obliuiscatur operis vestri, Heb. 6.10 & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, quod ministraitis sanctis. Ad priorem locum respondeo, Nullam illic meritū dignitatem significari: sed quia Deus pater vult nos, quos elegit filios, Christo primoge nito conformari: sicut oportuit illum primo pati, & tum demum intrare in gloriam sibi destinatam: ita & nos per multas tribulationes oportet ingredi in regnum cōlorum. Tribulationes ergo dum patimur pro Christi nomine, quedam veluti note imprimuntur nobis quibūs oves gregis sui Deus signatae sunt. Hac eigo ratione digni habemur regno Dei, quia stigma a Domini nostri & magistri portamus in corpore, quæ sunt filiorum Dei signa. Huc & ille sententiaz pertinent Nos circumferre mortificationem Iesu Christi in corpore nostro: ut vita ipsius manifestetur in nobis. Nos passionibus eius conformari, ut perueniamus ad similitudinem resurrectionis ex mortuis. Quæ subiicitur ratio, non ad probandum ullam dignitatem, sed spem regni Dei confirmandam pertinet: ac si diceret, Ut iusto Dei iudicio conuenit, vindictam ab inimicis vestris expetere earum quas vobis intulerint vexationum: ita vobis relaxationem & quietem a vexationibus impetrari. Alter locus, qui sic iustitiam Dei decere tradidit suorum obsequia obliuioni non mandare, ut propè iniustum fore ianuat si obliuiscatur, hanc rationem habet: Dcūs, quod segnitem nostram acueret, fiduciam nobis fecit, non irritum fore quem in gloriam nominis sui suscepimus laborem. Semper meminetimus, hāc promissionem, ut cæteræ omnes, nihil fructus nobis allaturam nisi procedere gratuitum misericordiaz fœdus, cui tota salutis nostra certitudo incumbere. Eo autem fr. ti, cor fidere securè debemus, obsecruis etiam nostris quantilibet indignis non deturum. à Dei liberali atē præsum. In ea expecto ne ut nos confirmet Apostolus, Deum assertit non esse iniustum, qui constatus si fidei semel date iustitia igitur ista magis addiunq; promissionis veritatem, quam ad reddendam debiti æquitatem referuntur. In quem sensum insigne est dictum Augustini: quod ut vitæ sanctus repetere sapius pre memorabilis non dubitauit, ita non indignus iudicio quod assidue memoria repetamus. Fidelis, inquit, Dominus, qui se In Psal. 32. 109, & nobis feci: debitotem: non aliquid à nobis accipiendo, sed omnia pro alibi sape mittendo.

8 Adducuntur & illæ Pauli sententiaz, Si habeam omnem fidem, ita 1 Cor 13.2, & 13 vt montes loco dimouerem, charitatem autem non habeam, nihil sum. Coloss. 3.14 Item, Nunc manet spes, fides, charitas: sed maxima in his charitas. Iteni, Refutantur Pharisæi Super omnia habete charitatem, quæ est vinculum perfectionis. Ex pti fai nostræ statis, mis duobus contendunt nostri Pharisæi charitate nos iustificati potius qui contendunt, nos quam fide: virtute nimis sum, ut ipsi aiunt potiore. At nullo negotio di- charitate iustificalitur hæc argutatio. Exposuimus enim alibi, ad veram fidem nihil pertinet, quia dicitur à trinere quæ primo loco dicuntur. Alterum nos quoque de vera fide inter Paulum charitas maiori pretiatur, qua maiorem esse charitatem dicit: non tanquam sit magis ior fide, & spes. Ita meritoria, sed quia magis fructuosa est, quia latius patet, quia pluribus ser de Calu. ad Sadole uit, quia semper viget: quum fidei usus ad tempus consistat. Si excellens tuum, qui scripsis fratrem spectamus, meritò Dei dilectio primas teneat: de qua hic Sermo charitatem esse pri Paulu non est. Siquidem vnu istud urget, ut mutua charitate nos in Domum ac post sima mino vicissim ædificemus. Sed fingamus, modis oīnnibus charitatem salutis nostræ casu. fidei præcellere: quis tamē sanō iudicio, imo quis omnino sanō cerebro, san-

ex eo ratiocinetur magis iustificare? Vis iustificandi quæ penes fidem est, non in dignitate operis locatur. Sola Dei misericordia & merito Christi constat nostra iustificatio, quia in dum fides apprehendit, iustificare dicuntur. Nunc si aduersarios interroges quæ sensu iustificationem charitati assignent: respondebunt, Quia officium est Deo gratum, eius merito, ex diuinae bonitatis acceptione iustitia nobis imputari. Hinc vides quām bellè procedat argumentum. Fidem iustificare dicimus, non quia iustitiam nobis sua dignitate mereatur: sed quia instrumentum sit quo Christi iustitiam gratis obtinemus. Iste prætermissa Dei misericordia, Christusque præterito (vbi summa iustitia est) charitatis beneficio nos iustificari pugnant, quia supra fidem excellat. Perinde ac si quis aptiorem esse Regem disputet confiendo calceo quam sutorum, quia sit infinito prestatior. Hic unus syllogismus amplio documento est scholas omnes Sorbonicas ne summis quidem labris degustare quid sit fidei iustificatio. Si quis autem rixatot adhuc interpellat cur si in nomen tantulo interuallo apud Paulum variè accipias, huius interpretationis non leuis ratio mihi constat. Quam enim dona illa quæ enumetat Paulus, fidei & spei quodammodo subsint, quia ad cognitionem Dei spectat, ea omnia κατ' ἀκεφαλαίσιν sub nomine fidei & spei cōpletūt: acsi diceret, Et Prophœtia, & lingua, & interpretandi gratia & scientia hunc habent scopū, ut nos ad cognitionem Dei deducant. Deum autem nonnisi per spem & fidem in hac vita agnoscimus. Quam ergo fidem & spem nomino, hæc omnia simul comprehendo. Manent itaque hæc tria, Spes, Fides, Charitas: hoc est, quantacunque si donorum varietas, huc omnia referuntur. Inter hæc præcipua est charitas, &c. Exertio loco inferunt, Si perfectionis vinculum est charitas: ergo & iustitia, quæ nihil aliud est quam perfectio. Primo, ut omittamus perfectionem illic à Paulo vocari dum probè constituta Ecclesiæ membra inter se bene cohærent, ac fatigemur charitate nos coram Deo perfici: quid tamen noui afferunt? Ego enim semper contraria excipiā, ad perfectionem itani nunquam nos peruenient nisi charitatis numeros impleamus: indeque inferam, quum omnes à charitatis complemento sint remotissimi, spem omnem illis perfectionis abscissam esse.

*Non pugnare cum
gratuita iustifica-
tione fidei, dictum
Christi, Si vis ad
vitam ingredi, ser-
ua mandata.*

Matt. 19.17

9 Nolo singula perseguiri quæ hodie stulti Sorbonistæ artepta ex Scripturis temere (vt quodque primum obvium se tulit) testimonia aduersum nos iaculantur. Sunt enim quædam ita ridicula vt nec commemorare ipse possum, nisi velim haberi merito ineptus. Itaque huic faciā, vbi Christi sententiam explicero, qua mirum in modū sibi placent. Respondet enim Legis cōsulto roganti quid esset ad salutem necessarium, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Quid ylra, inquit, volumus, quin ab ipso gratia authore per mandatorum observationem acquirere iubeamur regnum Dei? Quasi verò non constet, Christum iis respōsa sua attemperasse quibuscum negotium esse sibi videbat. Hic à Legis doctore interrogatur de ratione obtinende beatitudinis: neque id simpliciter, sed quid faciendo ad ipsam perueniant homines. Et loquentis persona & ipsa interrogatio Dominum inducebat vt sic responderet. Ille persuasione legalis iustitiae imbutus, in operum fiducia executiebat. Deinde non aliud quererebat nisi que essent opera iustitiae, quibus salus comparetur. Ergo meritò remittitur ad Legem, in qua est absolutum iustitiae speculum. Nos quoque clara voce prædicamus seruanda esse mandata, si in operibus vita queritur. Atque hæc doctrina cognitu necessaria est Christianis: quomodo enim ad Christum confugent, nisi se agnoscerent à via vita in mortis præcipitium excidisse? Quomodo autem intelligeret quām procul aberrari poteat à via vita, nisi prius qualis sit illa intelligane?

Tum

Tum igitur demum recuperandæ salutis asylum in Christo esse admoneantur, dum cernunt quantum sit virtus sue cum diuina iustitia, quæ Legis obseruatione continetur, dissidium. Sumit a hac est, si in operibus salus queritur, seruanda esse mandata quibus instituimus ad perfectam iustitiam. Sed non est hic herendum nisi velimus in medio cursu deficere: nemo enim nostrum seruandis mandatis patet. Quoniam ergo Legis iustitia excludimur, ad aliud subsidium nos conferamus necesse est: nempe ad fidem Christi. Quamobrem ut hic Dominus quem vanam operum conscientia turgete nouerat Legis doctorem, ad Legem reuocat, unde dicit se esse peccatorum tremendo æternæ mortis iudicio obnoxium: sic alios qui eiusmodi sui notitia iam humiliati sunt, alibi, omissione Legis mentione, gratiæ promissione solatur, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos: & inuenietis requiem animabus vestris.

Matt. 11. 29

10 Tandem, postquam Scripturam inuertendo defatigati sunt, ad gutias & sophismata delabuntur Caullantur in eo, quod fides alicubi operis vocatur: atque inde colligunt nos perperam fidem operibus opponete. Quasi vero fides, quatenus obedientia est diuinæ voluntatis, suo meritito iustitiam nobis conciliat: ac non potius, quod Dei misericordiam amplectendo, Christi iustitiam, ab ea nobis oblatam in Evangelij prædicatione, cordibus nostris obsignat. Talibus ineptiis diluendis si non immoror veniam dabunt lectore: ipsæ enim, sine alieno impetu, suapte deabilitate satis flanguntur. Objectionem tamen vnam, quæ speciem habet aliquam rationis, obiter dic: utere liber, ne quibus non adeo exercitatis negotiorum faciat. Quum eandem esse contrariorum regulam dicit sensus communis, ac peccata singula iniustitiae nobis vertantur, consentaneum esse aiunt, singulis quoque bonis operibus iustitiae laudem tribui. Qui respondent, ab vna infidelitate propriè prodire hominum damnationem, non à particulatibus peccatis, mihi non satisfaciunt. Evidem illis assentior, fontem ac radicem omnium malorum, incredulitatem esse. Est enim prima à Deo des. &c. 10, quam sequuntur deinde particulares contra Legem transgressiones. Sed quod videtur eandem statuere bonorum & malorum operum rationem in estimanda iustitia vel iniustitia, in eo cogor ab ipsis diss. nitit. Iustitia enim operum est perfecta Legis obedientia. Itaque iustus operibus esse non potes nisi hanc velut rectam lineam perpetuo virtute tenore sequeris. Ab ea vbi primum deflexisti, in iniustitiam prolapsus es. Hinc apparet, iustitiam non ex uno aut paucis operibus contingere, sed ex inflexibili indefessaque obseruatione diuina voluntatis. At iudicandæ iniustitiae multò diversissima est ratio. Qui enim scortatus est, aut furatus, vno delicto mortis est tenuis: quia in Dei maiestatem offendit. Impingunt ideo nostri isti argutatores, quod ad illud Iacobi non aduertunt animum. Qui peccauerit in uno, factum omnium reum iam esse: quia qui vetuit occidere, vetuit & furari, &c. Proinde absurdum videti non debet, quum dicimus, mortem iustum esse vniuersiusque peccati stipendum: quia iusta Dei indignatione ac vilitione digna sunt singula. Sed insulsus eris ratiocinator si ex aduerso inferas, uno opere bono conciliati posse hominem Deo, qui multis peccatis eius iram promeretur.

Fides nō infligat
quatenus est opus.

Iohann. 6. 29

Vnum bonū opus;
aut plura novū suffit
cere ad iustitiam eorum Deo, dicit vnu
peccatum sufficiat
ad dānationem: ne
que hic valere a-
xima, contraria
eadem est regula.

Delibertate Christianæ.

CAP. XIX.

TRACTANDVM nunc de Christiana libertate: cuius explicatio pretermitti minimè ab eo debet cui sum. m. Euangelicæ doctrinæ compendio complecti propositum sit. Etenim res apprime ne-

Jacob. 2. 10

Quām necessaria cessātia, ac cītra cuius cognitionem nihil ferē sine dubitatione aggredī
fit libertatis Chri. conscientię audent: in multis hæsiunt & resiliunt, semper variant & tre-
flitam cognitio. pīdant: præsettum verō appendix est iustificationis, & ad vim eius intel-
 ligendam non parum valet. Imo qui Deum serio timent, hinc fructūm
 incomparabilem percipiēt eius doctrinæ quam impij & Lucianici ho-
 mines lepide suis dictiis exagitant: quia in spirituali ebrietate, qua cor
 repti sunt, quævis proterua illis est licita. Quare nanc opportunè in
 medium prodibit: deinde planiorem eius disputationem (nam leviter a-
 liquories suprà à nobis attacta est) in hunc locum reiūcere utile fuit: quia
 simulatque ini. Etā est aliqua mentio Christianæ libertatis, ibi aut feruēt
 libidines, aut insanii motus surgunt, nisi maturè obuiam eatur. Iasciuis
 ingenii isti s, quævis alioqui optimæ quæque pessimè corruptunt. Partim
 enim huius libertatis prætextu omnem Dei obedientiam excutiunt, & in
 effrenatam licentiam se prospicunt: partim indignantur, putantes o-
 mnem moderationem, ordinem, rerūmque delectum tolli. Quid hic a-
 gamus, talibus angustis circunscriptis? An Christiana libertate valere ius-
 fa, huiusmodi periculis opportunitatem præcidamus? Atqui, vt dictum
 est, nisi eatenetut, nec Christus, nec Euāgeliū veritas, neque interior pax
 animæ testē cognoscitur. Danda potius opera ne adeò necessaria doctrina
 pars supprimatur, & occurratur tamen interim absurdis illis obie-
 ctiōnibus quæ inde enasci solent.

Tribut in partibus 2 **Christianā libertas in tribus** (vt ego quidem sentio) partibus sita
 sitam esse Christia est. Prima, vt fidelium conscientię, dum fiducia suæ coram Deo iustifica-
 nā libertate. Pri-
 ma, vt fidelium cō-
 Legis iustitiam obliuiscantur. Nam quum Lex (vt alibi iam demonstra-
 fientur, dum fiducia suæ coram Deo cludimur, aut ab illa nos solvi oportet: ac sic quidem, vt nulla pro rōfus
 iustificationis quæ-
 operum ratio habeatur. Nam qui vel tantillum operum se afferte debe-
 runt, totā Legis in-
 re ad obtinendam iustitiam cogitat, non potest modum aut finem præ-
 stitutam obliniscean-
 ter.

Ephes 1.4
1. Thess 4.5

mentione, & omni operum cogitatione seposita, vnam Dei misericordiā amplecti conuenit quum de iustificatione agitur: & averso à nobis
 aspectu, vnum Christum intueti. Non enim illic queritur quomodo iu-
 sti simus: sed quomodo, iniusti licet ac indigni, pro iustis habeamur Cu-
 ius te si certitudinem aliquam assequi volunt conscientię, nullum Legi
 dare locum debent. Neque hinc recte quis colligat, Legem fidelibus su-
 peruacaneam esse, quos non ideo docere & exhortari & stimulare ad bo-
 num definit, tametsi apud Dei tribunal in eorum conscientiis locū non
 habet. Hec enim duo vt multò diuersissima sunt, ita probè diligentētq;
 sunt à nobis distinguenda. Tota Christianorum vita, quādam pietatis
 meditatio esse debet: quoniam in sanctificationem vocati sunt. In hoc
 situm est Legis officium, vt eos officij sui admonendo, ad sanctitatem &
 innocentię studiam excitet. At ubi conscientię solicitantur quomodo
 Deum habeant propitium, quid responsurę sint, & qua fiducia constata-
 tur si ad eius iudicium postulantur: ibi non subducendum est quid Lex
 ieiurat, sed vnum Christus pro iustitia proponendus, qui omnem Legis
 perfectionem superat.

3 In hoc cardine totum ferē argumentum Epistole ad Galatas ver-
 titut. Nam insulsoles esse interpres qui docent Paulum in ea pro ceremo-
 niarum tantum libertate pugnare, ex locis argumentorum probari po-
 test. Quales isti sunt, Quod Christus factus sit pro nobis execratio, vt nos
 ab execratione Legis redimeret. Item, In libertate qua Christus nos li-
 berauit, state, & ne rursus ingo seruitutis implicemini. Ecce, ego Paulus
 dico, si cœcuncidamini, Christus vobis nihil praderit. Et qui cœcunci-
 tur,

tar, debitor est vniuersae Legis. Christus vobis otiosus factus quicunque per Legem iustificamini: à gratia excedistis. Quibus certè aliquid sublimius continetur quàm ceremoniarum libertas. Evidet fateor Paulum illic de ceterioris tractare: quia illi cum pseudopostolis pugna est, qui veteres Legis umbras, Christi aduentu abolitas, reducere in Christianam Ecclesiam moliebantur. Verum ad hanc questionem expediendam disputandi erant altiores loci, in quibus tota controvertia posita erat. Primum, quia umbris illis Iudicis obscurabatur Euangelij clartas, ostendit in Christo nos solidam eorum omnium exhibitionem habere quæ Moses' ceremoniis adumbrabantur. Deinde, quia illi impostores pessima opinione imbuebant plebem, q̄ hæc scilicet obedientia valeret ad properandam Dei gratiam: hic plurimum insitit, ne villis Legis operibus, nedium minutis illis elementis, iustitiam se confitendi posse coram Deo existimarent fideles. Et simul docet damnatione Legis, quæ vniuersi hominibus alii impenderet, si per crucem Christi liberos: ut plena securitate in uno Christo acq[ui]escant. Qui locus hoc propriè pertinet. Postremo conscientis fidelium suam assertit libertatem, nequa religione in rebus non necessariis obstringantur.

4 Altera, quæ ex superiori illa penderet, ut conscientiae non quasi Legis necessitate coactæ, Legi obsequantur: sed Legis ipsius iugo liberæ, voluntati Dei ulterio obediant. Quoniam enim in perpetuistribus verificantur quandiu sub Legis dominio sunt, alacri promptitudine in obedientiam Dei nunquam composite erunt nisi huiusmodi prius libertate donatae. Exemplo & brevius & magis perspicuè assequemut quod hec pertineant. Legis præceptum est ut diligamus Deum nostrum ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus. Id ut fiat, anima prius omni alio sensu & cogitatione est evanunda, cot omnibus desideriis expurgandū, vites in hoc unum colligenda & contrahenda. Qui præ aliis multum progressi sunt in via Domini, longissime absunt ab hac meta. Nam et si Deum ex animo diligunt, & syncero cordis affectu: multam tamen adhuc cordis & animæ partem occupatam habent carnis cupiditatibus, quibus tetrahuntur & sustinunt quominus citato ad Deum cursu pergent. Multo quidem conatu contendunt: sed caro partim eorum vires debilitat, partim ad se applicat. Quid hinc faciant, dum sentiunt nihil se minus quam Legem præstare? Volunt, aspirant, conantur: sed nihil ea qua decet perfectione. Si Legem intuentur, quicquid tentant aut meditantur operis, maledictuni esse vident. Nec est quod se quisque fallat, colligens opus eo ipso non omnino malum esse quia imperfectum, & ideo quod in eo boni est Deo nihilominus acceptum esse. Nam Lex perfectam dilectionem exigens, omnem imperfectionem dimittat, nisi rigore mitigato. Opus igitur suum consideret, quod pro parte bonum videti volebat: & eo ipso transgressionem Legis esse inueniet quia imperfectum est.

5 En quomodo omnia nostra opera Legis maledictioni subiungent si ad Legis modum exigantur. Quomodo autem tum se alacriter accingent ad opus inscélaces animæ, pro quo nonnisi maledictionem se referre possent? Rursum si ab hac severa Legis exactione, vel potius toto Legis rigore liberæ, paterna lenitate se à Deo appellari audiant, hilariter & magna alacritate vocanti respondebunt, & ducentem sequentur. In summa, qui Legis iugo astingantur, seruis sunt similes quibus certè in singulos dies operæ à dominis indicuntur. Hi enim nihil effectum putant, nec in cōspectum dominorum venire audent, nisi exactus operatum modus constituerit. Filii vero, qui liberalius, & magis ingenuè à patribus tractantur, eis non dubitant inchoata & dimidiata opera, ali-

Secunda ratio libertatis Christianæ, hinc & sed. 5.6.

Deut. 6.5

Malach.3.17

quidetiam vitij habentia offerte, confisi suam obedientiam & animi promptitudinem illis acceperim fore, etiam si minus exacte fecerint quod volebant. Tales nos esse oportet qui certò confitimus, obsequia nostra indulgentissimo Patre probatum iri, quantum lacunae sint, & quantumvis studia ac imperfetta. Quiliter etiam per Prophetam nobiscōfirmat, Parcam eis, inquit, sicut solet pater filio parcere seruienti sibi: vbi Parcere pro indulgeret vel humaniter ad vitia cognitae possum constat, quum simul obsequij meminerit. Neque hæc fiducia patrum nobis necessaria est, sine qua fructu omnia conabimur: siquidem nullo nostro opere secoli reputat Deus, nisi quod in eius cultum vetere à nobis fiat. Id autem quid possit inter illos terrotes, vbi dubitat offendaturne Deus, an colatur nostro opere?

Heb.11.2

6 Atque ea causa est cur author Epistola ad Hebreos quicquid in sanctis Patribus bonorum operum suis legitur, ad fidem referat, & ea duntaxat ex fide astimet. De hac libertate illustris est locus in Epistola ad Romanos, vbi Paulus ratiocinatur, peccatum non debere nobis dominari quia non sumus sub Legi, sed sub gratia. Quum enim fideles hortatus esset ne peccatum in eorum mortali corpore regnaret, neve exhiberent membra sua arma iniquitatis peccato, sed Deo se deuouerent tanquam ex mortuis viventes, & membra sua arma iustitiae Deo: illi verò contrà obincere possent, se adhuc carnem secum ferre, plenam concupiscentiis, & peccatum in se habitare: subiicit eam consolationem à Legi libertate: ac si dicere, Tametsi nondum extinctum peccatum, necdum iustitiam in se vivere plante sentiant, non tamen esse cur formident, & animo deiiciantur quasi Deum semper offendendum habeant ob peccati reliquias: quando per gratiam à Legi sunt manumissi, ne eius regula sua opera examinentur. Qui verò peccandum inferunt, quia non sumus sub Legi, hanc libertatem nihil ad se pertinere intelligant: cuius finis est, nos ad bonum amate.

Tertia ratio liber
tatis Christianæ,
blic & seq. 8.

7 Tertia, ut nulla terum externatum, quæ per se sunt ἀπόφοιτο, religione coram Deo teneamus: quin eas nunc usurpare, nunc omittere indifferenter licet. Atque huius tam libertatis cognitione perquam nobis necessaria est: quæ si abierit, nulla conscientis nostris futura est quiete, nullus superstitionum suis. Videtur hodie plerisque inepti qui disceptationem mouentius de libero esu carnium, de libero seriarum vestrum que vsu, & similibus, ut illis quidem videtur, fruolis nugis: sed plus istis inest momenti quam vulgo creditur. Nam vbi semel se in laqueum concicerunt conscientie, longum & inexorabilem labyrinthum ingrediuntur, unde non facilis postea exitus patet. Si quis dubitate incepit an sibi in linteis, indulis, sudariis, mantilibus, lino vt liceat: nec de canabe postea securus erit, tandem & de stupis incidet dubitatio: secum enim volutabit annos sine mantilibus cœnare possit, an non sudariis carere. Sic uero paulò delicatior cibus illicitus visus fuerit, denum nec cibarium panem, ac vulgaria eduliu tranquillus coram Deo comedet: dum in mentem venit te vilioribus adhuc cibis postle corpus sustentare. Si insuauiori vino hæsitauerit, deinde nec vappam, cum bona conscientie pace bibet: & steinò nec dulciorem mundiorē inque aliis aquam attingere audebit. Denique eo demum veniet ut super transuersam (quod dicitur) festucam incedere nefas dicat. Non enim hic leue certamen inchoatur: sed hoc controveitit an his aut illis nos vt Dei velit: cuius voluntas consilii nostri ac factis omnibus prædicto debet. Hinc alios desperatione in confusam voraginem abripi necesse est: alios contempto Deo & abiecto eius timore, viam sibi ruina facere quam expeditam non habeant. Quicunque enim tali dubitatione impliciti sunt, quoquid se vertant: presentia

sentem vbique conscientia offenditionem vident.

8 Scio, inquit Paulus, quia nihil commune est (per commune, pro sanum accipit) nisi qui existimat aliquid commune, illi commune est. Quibus verbis res omnes externas libertati nostrae subiicit: modo eius libertatis ratio animis nostris apud Deum constet. Verum si qua superstiosa opinio scrupulum nobis iniciat, quæ suapte natura pura etant, nobis contaminantur. Quare subiicit, Beatus qui non iudicat seipsum in eo quod probat. At qui diuidicat, si ederit, condemnatus est: quoniam non edic ex fide. Porro quod non est ex fide, peccatum est. Inter huiusmodi angustias quia omnia securè nihilominus audendo, se animosiores ostendunt, nonne se tantundem à Deo auertunt? qui verò aliquo Dei timore penitus afficiuntur, quum & ipsi cogantur multa admittere auctoritate conscientia, formidine conseruantur ac concidunt. Omnes quot tales sunt, nihil donorum Dei accipiunt cum gratiarum actione, qua tamen sola nobis omnia in usum nostrum sanctificari testatur Paulus, intelligo autem gratiarum actionem ex animo profectam, qui Dei beneficentiam & bonitatem in suis donis agnoscat. Nam nulli quidem eorum Dei bona esse intelligent quibus utuntur, & Deū in operibus suis laudant: sed quum sibi data esse persuasum non habeant, quomodo gratias Deo agerent tanquam datori? Videmus in summa, quot sum hęc tendat libertas nempe ut Dei donis nullo conscientia scrupulo, nulla animi perturbatione utatur, in quem usum nobis ab ipso data sunt: quia fiducia & pacem cum eo habeant anima nostra, & eius erga nos largitatem agnoscent. Hic enim comprehenduntur omnes libertate obseruacionis ceremonia, nequa necessitate ad eas obseruandas conscientiae astrigantur: sed eatum usum Dei beneficio sibi ad ædificationem subiectum esse meminerint.

9 Est autem diligenter obseruandum Christianam libertatem omnibus suis partibus rem spiritualem esse: cuius tota vis in formidolosis conscientiis coram Deo pacificis disposita sit, siue de peccatorum remissione inquietæ sint ac solicita, siue anxiæ sint utrum opera imperfecta & vitiis carnis nostræ in quietura Deo placeant, siue de rerum indifferentiis usu torqueantur. Quare peruersè interpretantur, vel qui suis cupiditatibus ipsam prætexunt, ut bonis Dei donis abutantur in suam libidinem: vel qui nullam esse putant nisi coram hominibus usurpatam: ideoque in ea utenda nullam in infirmorum fratum rationem habent. Primo genere maiorem in modum hoc seculo peccatur. Nullus fecerit est cui sumptuoso esse per facultates licet, quem non delebet, in coenarum apparatu, in cultu corporis, in extruendis domibus luxuriosus splendor: qui non omnium lauditorum genere inter alios eminere velit: qui non sibi in suo nomine mitifice blandiatur. Et haec omnia sub Christianæ libertatis præextenu defenduntur. Aiant res esse indifferentes: fateor: modo iis indifferenter quis vtatur. Ceterum vbi nimis cupiditer appetuntur, vbi superbe iactantur, vbi luxuriosè effunduntur, quæ per se licita alioqui erant, his vitiis fœdati certum est. Inter res indifferentes optimè distinguit illud Pauli, Omnia mundi mundis: coquinaria autem & infidelibus nihil mundum, quando polluta est eorum mens & conscientia. Cur enim maledicunt diuites, qui consolationem suam habent, qui saturati sunt, qui nunc tident, qui dormiunt in lectis eburneis, qui cōiungunt agrum agro, quotū conuiua ciuitatem, lyram, tympanum, & vinum habent? Certe & ebur, & aurum, & diuitia, bona Dei creatura sunt, hominum usibus permisæ: imò Dei prouidentia destinate: nec ridere, aut saturari, aut nouas possessiones veteribus atque auitis adiungere, aut concentu musico delectari, aut vinum bibere, usquam prohibitum est. Verum istud quidem: sed vbi

Hic & seq. 10. o.
stenditur, libertate
Christianæ esse rema
tientiam: & cā
peruersè interpreta
ri quicunq; reluis
cupiditatib; ipsam
prætexunt, vel ea
abutuntur cum fa
trum infirmorum
affendicato.

Tit. 1.15
Luc. 6. 24
Amss 6.1, 4
Isa. 5.8

terum copia suppetit, in deliciis volutaij, ac se ingurgitare, mentem & animum inebriare presentibus voluptatibus, nouisque semper inihiate, haec à legitimo donorum Dei vsu longissime absunt. Tollant ergo immoderata cupidinem, tollant immodecam profusionem, tollant vanitatem & irrogantiam: ut pura conscientia Dei donis pure vtantur. Vbi ad hanc sobrietatem animus compositus fuerit, habebunt legitimis usus regulam. Desit rursus haec moderatio, plebeiae communisque deliciae nimis sunt. Nam illud vere dicitur, In burro & rudi panno sepe auimum purpureum habitare: interdum sub bysso & purpura simplicem humilitatem latere. Ita in suo quisque ordine vel tenuiter, vel modice, vel splendide vmat: ut meminerint omnes se à Deo ali ut vivant, nō ut luxurient: ac legem in hanc Christiane libertatis putent si cum Paulo didicerint, in quibus sunt, iis contenti, esse: si norint & humiles esse & excellere: si docti sint ubique & in omnibus & saturari, & esurire, & abundare, & perniciem pati.

10 Errant & in eo plerique, quod perinde ac si sua libertas incolmis ac salua non esset nisi testes haberet homines, promiscue & impudenter evantur. Quae importuna usurpatione infirmos fratres super numero offendunt. Videas hodie quoslam, quibus sua libertas non vindicetur consistere nisi per esum carnium dñe Veneris in eius possessionem venient. Quod edunt non reprehendo: sed exigenda est ex animis falsa isthac opinio: si quidem cogitare debebant, nihil se sua libertate nouum consequi in hominum conspectu, sed apud Deum: & tam in abstinen-
do constitutam esse, quam in vmodo. Si coram Deo nihil referre intel-
ligunt vescanturne carnis an ouis, tubis &c an nigris vestibus indu-
antur: scilicet superte que est, iam soluta est conscientia, cui eius libertatis be-
neficium debebatur. Ergo etiamsi posthac carni busta tota vita abstineat,
& colorem unum perpetuo ferant, non minus liberi sunt. Imò ideo
quia liberi sunt, libera conscientia abstinent. Perniciosestimum verò labun-
tur quod fratrum infirmitatem uillius pensi habent, quam sic sustineri
à nobis decet nequā temerè admittamus cum eorum offendiculo. Ve-
rum interdum quoque intereat, coram hominibus asperi nostram liber-
tatem. Et hoc fateor: modus tamecum summa cautione tenendus est: ne
infirmorum curam, quos nobis tantopere Dominus commen dauerit, ab-
siciamus.

Quae cauenda sunt, 11 Dicam hic itaque de scandalis nonnihil, quo in discrimine ha-
que negligēda, scā-
benda sunt, quae cauenda, quae item negligenda: vnde postea statuere li-
dala. *Quid scandala* ceat quis si in et homines libertati nostra locus. Placet autem vulgaris
lum datum, quid illa partitio, quae scandalum aliud datum, aliud acceptum, tradit: quan-
do & apertum scripturæ testimonium habet, nec incepit extimū quod
significat. Siquid importuna aut levitate, aut lasciuia, aut temeritate, nō
ordinē, nec suo loco facias quo impetrat imbecillesque offenduntur, scan-
dalum abs te datum dicetur: quoniam tua culpa factum fuerit ut eius-
modi offendit suscitaretur. Ac omnino scandalum in reali:qua datum di-
citur, cuius culpa ab auctore rei ipsius profecta est. Scandalum acceptum
vocatur, quum res altoqui non improbae nec importunè admissa, male-
uolentia aut sinistra quidam animi malignitate in offensionis occasio-
nem rapitur. Non enim hic datum erat scandalum: sed si in istri illi inter-
pretes sine causa accipiunt. Priore illo scandalī genere non nisi infirmi
offenduntur: hoc autem secundo acerba ingenia & pharisaica superci-
lia. Quare alterum vocabimus scandalum infirmorum, alterum Pharisaeorum:
ac sic libertatis nostre vnum temperabimus, ut fratrum infirmo-
rum ignorantia cedere debeat: pharisaorum austeritati nequaquam.
Quid enim infirmitati dandum sit, abunde multis locis ostendit Paulus.

Infirmos,

Infirmos, inquit, in fide suscipite. Item, Ne post hac alius aliū iudicemus: Rom. 14.2
verum illud magis, ne offendiculum ponatur fratri, aut lapsus occasio: Ibid. 13
& multa in eum sensum, quæ ex eo loco peti satius est quam hic ref. tri.
Summa est, ut nos, qui robusti sumus, infirmates impotentium suffe- Rom. 15.1
ramus, nec placeamus nobis ipsis: sed unusquisque nostrum proximo pla-
ceat in bonum, ad edificationem. Alibi Sed videte ne quo modo facul- 1. Cor. 8.9
tas vestra offendiculo sit iis qui infirmi sunt. Item, Omnia quæ in macel Ibid. 10.25
lo venduntur, edite, nihil interrogantes propter conscientiam. Porro con Galat. 5.13
scientiam dico non tuam, sed alterius. Denique tales estote ut nullum
præbeatissimum offendiculum neque Iudeis, neque Græcis, neque Ecclesiæ Dei.
Alio etiam loco, In libertatem vocati estis, fratres, tamen ne libertatem
vestram deus in occasionem carni, sed per charitatem seruite vobis ini-
cem. Ita est sancta. Libertas nostra non aduersus imbecilles proximos da-
ta est, quorum nos per omnia seruos charitas statuit: sed magis, ut pacem
cum Deo in animis nostris habentes, pacate etiam inter homines viua-
mus. Pharisæorum autem offensio quæcūsi facienda, discimus ex verbis Matt. 15. 14
Domini: quibus iubet omitti illos, quia cœci sunt, duces cœcorum. Admo-
nuerant discipuli, eos sermone ipsis offendos fuisse. Respondet negli-
gendos, nec curandam esse eorum offensionem.

10 Restamen adhuc incerta penderit, nisi teneamus qui nebis sint habendi infirmi, & qui Pharisæi: quo discrimine sublatu, non video quis propositus restet inter offensiones libertatis vslus, qui nunquam sine summo periculo foret. Verum mihi clarissimè definitus videtur Paulus utm doctrina tum exemplis quatenus vel moderanda sit libertas nostra, vel offendiculis redimenda. Timotheum quum in cōsortium suum assumeret, circuncidit: Titum vt circuncideret adduci nō potuit. Diuersa facta: pl. nulla consilij nec animi mutatio: nempe in circuncidendo Timotheo, nullus liber esset ab omnibus, omnibus se metipsum seruum fecit: & factus est Iudeus quasi Iudeus, vt Iudeos lucifaceret: iis qui sub Lege erat, quasi esset sub Lege, vt eos qui sub Lege erant lucifaceret: omnibus omnia, vt multos seruaret, quemadmodum alibi scribit. Habemus iustum libertatis moderationem, si cum fructu aliquo indifferenter contineri possit. Quid respexerit quum Titum circuncidere fortiter abnuit, ipse testatur, sic scilicet bens, Sed neque Titus, qui in eum erat, quum esset Grecus. cōpulsus fuit circuncidi, propter obitum ingressos falsos fratres qui subintroierant ad explorandum libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, quod nos in servitutem adiungent: quibus ne ad tempus quidem cessimus per subiectiōnem, vt Euangelij veritas maneat apud vos Habemus & necessitate vindicandæ libertatis, si per iniquas exactiones Pseudo apostolorum, ea infirmis in conscientiis periclitatur. Vbiique studendum charitati, & spectanda proximi adiutorio. Omnia, in quin alibi, mihi licent: at non omnia expedient. Omnia mihi licent: at non omnia edificant. Nemo quod suum est querit, sed quod alterius. Nihil iam hac reguli expeditius, quam ut videntur libertate nostra, si in proximi nostri ad fixationem cedat: sin ita proximo non expediatur, ea tunc abstineendum. Sunt qui Paulinam prudentiam simulant in abstinentia libertatis, nihil minus quam in officiis charitatis eam conferentes. Sunt enim quieti ut consulant, omninem libertatis mentionem sepultam optant: quum non minus inter sit proximorum libertatem in eorum bonum: & edificationem in eisdem usurpare, quam pro ipsorum commode, eam loci moderati. Pij autem hominis est cogitare, sibi liberam in rebus exterioribus potellat et ideo esse concessam quo sit ad omnia charitatis officia expeditior.

13 Quicquid autem de cæcendis offendiculis docui, ad res medias Quod cævere in ea & in dæfæctates referri volo. Namque necessaria sunt factu, nullius officiis, se fæcilius.

finis infirmis, locū fendi culit timore omittenda sunt. Quemadmodum enim charitati subiecti habere cātum in re cienda est nostra libertas, sicut sub fidei puritate subsidere vicissim charitatis bus indifferētibus: ipsa debet. Evidēt & hic charitatis rationem haberi decet, sed usque ad itaq; hac doctrina arat: hoc est ne in gratiam proximi Deum offendamus. Non est prosperitas abutit, qui bandae eorum intemperies, qui nihil nisi tumultuando agunt, & qui peron infirmorū gressū rumpere omnia in illo quādissimū dissuere. At nec audiendi sunt qui quādissimū dicunt se mis̄i in mille impietatis formis duces se p̄tebent, sic libi agendum fingunt ne sem audire.

proximis sunt offendicula: quasi non interim proximorum conscientias in malum rd hincēti: pr̄esertim vbi nulla spe exitus in eodem semper h̄e rent luto. Et suae homines, seu doctrina, seu vita exempla sit institutus proximus, aīnt laetē pascendum esse, quem pessimum existibūsque opinionibus imbuunt. Laetis potuisse aluisse Corinthios Paulus commenorat: sed situm inter eos fuisset Papalismus, an sacrificiis ad pr̄ebendum ipsi laetis potum? Minime: nam lac venenum non est Mea tūntur ergo se alere, quos sub blanditiarū specie crudeliter necint. Atque vt demus, probandam ad tempus istiusmodi dissimulationem: quo usque tandem pueros suos eo dem potabunt lacte? Nam si nunquam grādescunt, vt vel tenuem saltem aliquem cibum ferre possint: nec lacte fuissi vnguam educatos certum est. Cur nunc actius cum illis non congrederi, dux̄t̄iones impediunt: quia vix digna sunt eorum inepitiae quā refutentur, quum apud omnes sanos merito forteant: deinde quia

** Vide Ep̄. I. de fia
gēdis impiorū illi-
cētis jacris. Itē E.
peculiaribus scriptis h̄e abunde p̄testi, nolo actum agere. Tantum
hoc teneant letores, quibusunque scandalis Satan & mundus auertere
pot̄ ab iactuētis nos mol̄tantur à Dei placitis, vel nos morari ne sequamur quod ille pre-
vel admin. si facer sc̄ribit, strenue nihilominus pergendum esse: deinde quicquid discrimi-
nans &c. Itē tūnum impendeat, non tamen liberum esse vel lacum vnguem defletere
bellum de vitā. ab eiusdem Dei imperio, nec villo p̄textu fas esse quicquam tentare nisi
superflū &c., quod permittit.*

*Hic & sic... 3. tre 14 Iam vero quum hac libertatis pr̄rogatiua, qualem antea descri-
batur fideliōm cō plenus, donat & fideles conscientia id Christi beneficio consequit̄ sint,
scientias Christi bēne vllis obseruationum laqueis in iis rebus implicentur, in quibus eas es-
sētis libertatem se liberas Dominus voluit: omnium hominum potestate exemptas esse
ad ipsiū extīti o-
constituimus. Est enim indignum aut Christo gratiam tanq; suę libera-
nūm hominū po-
litatis petire aut conscientias iphis fructum. Ne que res leuicula existimā-
tis: & quomo-
do intelligendū. auto, aut argento, sed proprio sanguine estimauit: vt Paulus non dubitet*

*1. Pet. 1. 8
Galat. 5. 1, 4 dicere, irritam fieri eius mortem, si animas nostras hominibus in subiec-
tionem tradimis. Siquidem non aliud agit aliquor capitibus Ep̄itole ad Galatas, quām Christum nobis obscurari, vel potius ex ingui, nisi in sua libertate stent conscientia nostrā: à qua certē excidetunt, si possunt hominum arbitrio legum ac constitutionū vinculis illaqueari. Verū, vt res est cognitū dignissima, ita longiori magisque perspicua explicatio-
natione indiget. Statim enim atque de humanarum constitutionum abro-
gatione verbum factum est, ingentes turbes partim à seditionis, partim à calunnias oribus commoventur: quasi vniuersa sumul tollatur ac sub-
vertatur hominum obedientia.*

*De regimine spiri-
tuale & politico,
& quomodo diffe-
recedat ista liber-
tatis Christiane
pr̄silatice.*

*15 Ad eum ergo lapī leni ne quis impingat, primū animaduertamus duplex esse in homine regimē: litterata spirituale, quo conscientia ad pietatem & ad cultum Dei instituitur: alterum politicum, quo ad hu-
manitatis & civilitatis officia, quae inter homines seruanda sunt, homo eruditur. Vulgo appellati solent iurisdictio spiritualis & temporalis, non iurisdictus noainibus: quibus significatur, priorem illam regimēnis speciem ad anima etiam pertinet: hanc autem in his quā presentis vita-
tū versari non quidem in pascendo tantum aut vestiendo, sed in p̄-
scribendo*

secibendis legibus quibus homo inter homines vitam sine **stet**, honeste, modesteque exigat. Nam illa in animo interiori sedem habet: hec autem externos mores duntaxat componit. Alterum vocate nobis licet, regnum spirituale; alterum, regnum politicum. Hec autem duo, ut parti sumus, scotsum singula discienda semper sunt: & dum alterum consideratur, auocandi auertendi que ab alterius cogitatione animi sunt enim in homine veluti mundi duo, quibus & varijs reges & varijs leges praesesse possunt. Hac distinctione fieri ne quod de spirituali libertate docet Evangelium, perperam ad politicum ordinem trahamus: acsi minus secundum externum regimen humanis legibus subiicerentur Christiani, quia soluta sunt cotam Deo ipsorum conscientiae: quasi propterea eximerentur omni carnis seruitute, quod secundum spiritum liberi sunt. Deinde quia in iis etiam constitutionibus quae ad spirituale regnum videntur pertinere, potest aliqua esse hallucinatio, inter has etiam ipsas discernere opportet quae legitimae habenda sint, ut Dei verbo consentaneae: quae rursum locum apud pios habete non debeant. De ciuitate regimine erit alibi dicendi locus. De legibus etiam Ecclesiasticis dicere in praesentia super se deo: quia plenior tractatio quarto libro conueniet, ubi de Ecclesiastis potestate agetur. Huius autem disputationis hic sit clausula. **Questio** (vt dixi) per se non adeo obscura vel perplexa, plerosque ideo impedit quod inter externum (ut vocant) & conscientiae forum non satis subtiliter discer- nunt. Præterea difficultatem auget quod Paulus obediendum esse magistrum præcipit, non peccatum solum meum, sed propter conscientiam: unde sequitur, politicis quoque legibus obstringi conscientiam. **Quod si ita esset,** caderet quicquid paulo ante diximus, ac iam dictum sumus de spirituali regimine. Ut hic nodus solvatur, primo operæ pretium est tenere quid sit conscientia: ac definitio quidem ex etymo vocis petenda est. Nam sicut sensus quum mente intelligentiaque homines apprehendunt rerum notitiam, ex eo dicuntur scire, unde & scientia nomen dicitur: ita quum sensum habent diuini iudicij, quasi sibi adiunctum testem, qui sua peccata eos occultare non sinit quin ad iudicis tribunal rei pertrahantur, sensus ille vocatur conscientia. Est enim quiddam inter Deum & hominem medium: quia hominem non patitur in seipso supprimere quod nouit, sed eousque persequitur donec ad reatum adducat. Hoc est quod intelligit Paulus, quum tradit conscientiam simul attestati hominibus, ubi cogitationes eos accusant vel absoluunt in iudicio Dei. Simplex notitia in homine residet posset veluti inclusa. Ego sensus hic qui hominem habet ad Dei iudicium, est quasi appositus homini custos, qui omnia eius arcana obseruet ac speculetur, ne quid in tenebris sepultum maneat. Vnde & **vetus** illud proverbiū, Conscientia mille testes. **Eadem ratione** & Petrus bone erga Deum conscientie interrogationem posuit pro tra- quillitate animi, quum persuasi de Christi gratia, nos intrepidè cotam Deo offerimus. Et author Epistola ad Hebreos, non habere amplius conscientiam peccatum, sed liberatos vel absolutos esse, ut peccatum nos amplius non arguat.

16 Itaque sicut opera respectum ad homines habent, ita conscientia ad Deum referuntur: ut conscientia bona nihil aliud sit quam interior cor disintegrata. In quem sensum Paulus scribit, complementum Legis esse charitatem ex pura conscientia & fide non ficta. Postea etiam eodem capite quantum ab intelligentia differat, ostendit, dicens quosdam à fide naufragium fecisse, quia bonam conscientiam dereliquerant. His enim verbis, viuum esse colendi Dei affectum, sincrumque pie & sancte viue di studium indicat. Interdum quidem ad homines quoque exteditur, ut quum testatur apud Lucam idem Paulus, se operam dedisse ut bona 14.24.16

Distinctio inter conscientiam & conscientiae forum. Eadem tractantur lib. 4. cap. 10 sect. 3, 5. Rom. 13.1, &c. 5

conscientia ambularet erga Deum & homines. Sed hoc ideo dictum est, quod bona conscientia fructus ad homines usque minant ac pecuniam. Propriè autem loquendo, solum Deum respicit, ut iam dixi. Hinc nō ut obstringat conscientiam lex dicatur, quæ simili est hominem ligat, si ne hominum intuitu, vel non habita eorum ratione. Exempli gratia, Non modo castum seruire animum purumque ab omni libidine, Deus præcipit, sed quilibet verborum conscientiam & externam iasciunt prohibet. Hucus legis observationi, etiam si nullus in mundo homo vivere conscientia me subiicit. Ita qui se intemperanter gerit, non tantum eo peccat quod malum exemplum præbet statibus: sed conscientiam reatu obstat in habere apud Deum. *Alio in rebus per se mediis est ratio.* Abstinere enim debemus si quod patient off. indiculum: sed libera conscientia. Ita de carne idolis consecrat i Paulus loquitur. Si quis iniiciat scrupulum (n̄ quā) noli attingere, propter conscientiam. Dico autem conscientiam, non tuam, sed altius. Peccaret homo fidelis, qui prius admonitus, eiusmodi carnem nihilominus ederet. Sed ut cuncte traxi respectu necessaria illi sit abstinentia, ut à Deo præscripta, non tam conscientia libertatem retinere desinit. Videnius ut lex ista exterrit oponit ligans, conscientiam solutani relinquat.

*De Oratione, qua precipuum est fidii exercitium, & qua Dei beneficia
questus percipiuntur.*

C A P . X X .

Breviūs ἀπανταχθεῖσι τοῖς προστίθεταις εὐαγγελίοις, que hactenus disputata sunt, non obscurè perspicimus quād
τοῖς προστίθεταις εὐαγγελίοις sunt tractatae. Quare si præsidia quærit quibus in opere sue
data ab initio transcurrit, extra se exeat oportet, & aliunde ea sibi comparet. Hoc postea
tuis operis, & traxi explicatum est, Dominum se vltro ac liberaliter in Christo suo
suo ad doctrinam exhibere, in quo pro nostra miseria omnem felicitatem, pro nostra i-

Invocationis Dei. nō opulentiam offert, in quo cœlestes thesauros nobis aperit, ut di-
lectum Filium suum tota fides nostra intueatur, ab ipso tota nostra ex-
pectatio pendeat, in ipso tota spes nostra habeat & ac quiescat. Hec qui-
dem secreta est absconditæque philosophia, & quæ syllogismis etiā non
potest: sed scilicet eam perdiscunt quibus oculos aperuit Deus, ut in suo
lumine lumen videant. Postquam vero fide edocit tuinus, agnoscere
quicquid nobis necesse est, nobisque apud nos deest, id in Deo esse ac
Domino nostro Iesu Christo: in quo scilicet omnem suæ latitatis ple-

*Nostram fidem non natus sumus, sed Pater nos dedit, ut voluit, ut inde (velut ex uberrimo fonte) ha-
pesset otiosam esse à tamen omnes, superest ut in ipso queramus, & ab ipso precibus poitu-*

re in invocatione. *Per invocacionem.* *Quod in ipso esse didicimus.* Alioquin scilicet Deum bonorum o-
mnium dominum ac largitorem, qui nos ad se præscendunt inducit: i-
psum vero accalite, nec poscere adeo non prouellet, ut perinde id futu-
rum sit acutus indicatum thesaurum, humi sepultum ac defossum, ne-
gligat. Proinde Apostolus, ut ostenderet otiosam à Dei invocatione esse

R. ad Cor. 10.14 non possit retinendi, hunc ordinem posuit: sicut ex Evangelio na-
scitur hi les, sic per eam in invocandum Dei nomen corda nostra forma-
ntur. Ac pœ hoc ipsam est: quod aliquanto ante dixerat. Spiritum adop-
tionis, qui testimonium Evangelij cordibus nostris oblignat, eingrediens
nos nollos ut vota sua exponere Deo audeant, excitare gaudijs, incen-
tabiles, clamare cum fiducia, Abba, Pater. Hoc ergo possumus, quia
obtemperantibus ante dictum & quæsi leviter attactum est, nunc fatus tra-
stati congenit.

Pro invocacione. Ergo id orationis obtinemus beneficio, ut ad eas quæ nobis apud
estimant, quæ a se cœlestem remittentem sanctas penitentias. Est enim quædam ho-
minum

minum cum Deo communicatio : qua sanctuarium cœli ingredi, de fariis, ex quod modis suis promissis illum coram appellant: ut quod verbo duntur annuntiatur crediderunt non fuisse vanum, vbi necessitas ita postulat, experientia exercitatio, licet quod non & precibus iubeamus postulare: adeo verum est, oratione effectibus non sit cœfodi thesauros, quos Euangilio Domini indicatos fidem nostra intuita saturus, nec monfuerit, Iam vero quam necessaria sit & quotmodis utilis sit precandi exercitatio, nullis verbis satis potest explicari. Non abs te est profectio quod cœlestis Pater unicum in sui nominis invocazione salutis præsidium esse testatur, quæ scilicet presentiam & prouidentiam eius, per quam rebus nostris curandis aduiglet: & virtutis, per quam nos sustineat imbecilles & propè deficientes: & bonitatis, per quam misere peccatis oneratos in gratiam recipiat, aduocamus: qua denique totum ipsum, ut se nobis præsentem exhibeat, accersimus. Hinc eximia conscientias nostras requies ac tranquillitas nascitur: siquidem necessitate, quæ nos premebat, Domino exposita, vel in eo abude quiescimus, quod illum nihil maiorum nostrorum latet, quem & optimè nobis velle & optimè consulere posse persuasi simus.

3 Sed enim dicer quispiam, anno sine monitori etiam nouit & qua parte vigeamur, & quid nobis expediatur: vt superiuacum quodammodo videri queat ipsum precibus nostris solitari, perinde atque connuentem, aut etiam dormientem, donec voce nostra expetegatus fuerit? Verum qui sic rationantur, quem in finem suos ad orandum institerit Dominus non animadvertisunt: neque enim id tam sua ipsius, quam nostra potius causa ordinavit. Vult quidem, vt & quum est, sibi ius suum reddi, dum ei accepsum fertur quicquid experunt homines, & sentiunt ad suam virilitatem facere, idque votis testatum faciunt. Sed huius quoque sacrificij quo ipse colitur utilitas ad nos redit. Itaque sancti patres quod Dei beneficia apud se & alios consilientius iactant, eò acius ad preceandum fuerunt incitati. Vrum Eliæ exemplum nobis satis erit: qui de consilio Deicertus, postquam regi Achab pluviatum non temere pollicitus est, anxietatem inter genua precatus, famulūmque scriptem viciibus mittit ad explorandum: non quod oraculo fidem abtigeret, sed quod officij sui esse nouit, ne somnolenta vel torpida sit fides, sua desideria apud Deum deponere. Quare tameni nobis ad misericordias stupidis & chebescen-tibus, ipse pro nobis vigilat & excubat, ac interdum quoque succurrit: non rogatus: nostratenam plurimum intetest aliudque ipsum à nobis implorari, vt serio ardeat, que eius semper querendi, amandi, colendi deside. *Prima utilitas orationis.*
Secunda. omnino votum animum nostrum subeat, cuius ipsum testem facere pudeat: dum vota nostra omnia coram eius oculis sistere, adeoque totum cor effundere discimus. Tum vt ad beneficia eius vera animi gratitudine atque etiam gratarum actione excipienda comparetur: quæ ab eius manu nobis provenire nostra piecatione admonemur. Adhuc *Tertia.* quod perebamus cōscienti, votis nostris ipsum respondisse persuasi, hinc ad meditandam eius benignitatem ardenter feramur: & simul maiori cum voluptate amplexemur quæ precibus agnoscimus fuisse impetrata. Postremo vt eius prouidentiam animis nostris pro imbecillitas nostre modo usus ipse & experimentū confirmet, dum intelligimus ipsum non modò polliceri, se nunquam nobis defuturum, & aditum ultrò ad se appellandum in ipso necessitatibus articulo patescere: sed manum semper habete extensam ad suos iuvandos: nec lactate coverbis, sed praesenti opere tueri. *Quinta.* Has ob prius clementissimus Pater, vt cunque nunquam *D. liij.*

vel dormiat vel torpeat, dormientis tamen torpentisq; speciem plenumque prabet, quod ita ad se petendum, rogandum, flagitandum magno nostro bono nos, alioqui desides & ignauos, exerceat. Nihil ergo insulsa illi, qui, ut hominum animos ab oratione reuocent, Dei prouidentia, ierum omnium custodia excubat, frusta nostris interpellationibus

Psal. 145.19 fatigari gaudent: quum non frusta Dominus contrahatur stetur se propinquum esse omnibus inuocantibus nomen suum in veritate. Nihilo sciens est quod alij nungantur, superfluam esse corum petitionem que ultra largiri paratus sit Dominus: quum ea ipsa quae a spontanea eius liberalitate nobis fluunt, precibus nostris concessa vel agnoscit. Quod testatur memorabilis illa sententia Psalmi, cui multa similes respondent, Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: quia Dei prouidentiam sua sponte curanda priorum saluti intentam sic commendat,

Psal. 34.15 ut tamen non prateat fidei exercitium, quo abstergitur societas ex hominum animis. Vigilant ergo Dei oculi ut ex eorum necessitatibus subveniant: sed vult ipse vicissim audire nostros gemitus, quod suum erga nos amorem melius probet. Atque ita utrumque verum est, non dormire neque dorminare custodem Istraelis, & tamen cessare quasi nostri oblitum, ubi nos torpentes ac mutos videt.

Prima lex rite instituendae orationis esto hec prima lex, ut futura de oratione, non alieta quam eos decet qui ad Dei colloquium ingrediuntur, mente animoque compositi simus. Quod scilicet quantum ad mentem consequemur, si carnalibus curis cogitationibusque expedita, quibus a recto puroque Dei intuitu auocati aut deduci queat, non modo tot intendat se in piecationem, sed etiam quoad fieri potuerit supra seipsum eleuetur ac feratur. Neque verò mentem hinc requiro ita explicitam, ut nulla solitudine pungatur ac mordeatur: quum oporteat contraria multa anxiate orandi: feruorem in nobis accendi (qualiter sanctos Dei seruos, ingentes cruciatus nedum solitudines videamus testari, quam è profunda abyso atque è mediis mortis faucibus querulam se ad Dominum efferte vocem dicunt) sed alienas & extraneas omnes cutas abigendas dico, quibus hue & illuc vaga ipsa mens circumfratur, & è celo detracta in terram deprimatur. Supra se verò ipsam eleuari oportere intelligo, nequid eorum qua exca & stolidam nostra ratio commentari solet, in Dei conspectum proferat, nec se intra vanitatis lux modulu constriatam teneat, sed ad puritatem Deo dignam afflurgat.

5 Vtrunque notatum apprime dignum, ut quisquis se ad orandum comparat, illuc suos sensus studiaque applicet, neque (ut fieri solet) distrahatur erraticis cogitationibus: quia nihil magis contrarium Dei reuerentiae quam leui: ast testis illa licentia nimis laetiuentis & ab omni metu soluta. Quam in tantò eniùs laborandum est quanto magis difficulter experimur: uenio enim sic intentus est ad precandum quin multas obliquas cogitationes obrepere sentias, quia orationis cutsum vel abrumptant vel flexu aliquo ac diuerticulo morentur. Hic verò nobis succurrat quodam indignum sit, ubi Deus nos ad familiare alloquium admittit, abuti tanta eius humanitate, sacra profanis miscendo, dum eius reuerentia mentes nostras sibi decinent non tenet: sed perinde ac si nobis sermo esset cum homine vulgari, inter orandum, omisso illo, huc vel illuc transuolamus. Sciamus ergo non alias rite proboque se accingere ad orandum, nisi quos afficit Dei maiestas, ut expediti terrenis curis & affectibus ad eam accendant. Atque id sibi vult ceremonia elevationis manuum, ut meminerint homines se procul remotos esse a Deo, nisi sensus suos in sublime tollant. Sicut etiam dicitur in Psalmo, Ad te leuavi animam meam. Et cipius hanc loquendi formam usurpat Scriptura, oratio-

1 Cor. 10.28

Psal. 135.1

ncre.

nein tollere: ne in suis fēcibus desideant qui cupiunt à Deo exaudiri. Hęc summa sit, quo liberalius nobiscum Deus agit, comitec nos invitans vt in sinū suum curas nostras exoneremus, minūs nos esse excusabiles nisi tam præclarum & incomparabile eius beneficium tebus. aliis omnibus apud nos præponderat, nōsque ad se trahit, vt studia sensūque nostros serio ad orandum applicemus: quod fieri non potest nisi mens cum impedimentis fortiter luctando sui sum emergat. Akeru. proposimus, ne petamus nisi quātum nobis D. us permittit Eti. enim iubet nos effun *Psal. 62.9* dete corda nostra, non tamen stultis ac prauis affectibus indifferenter habegas laxat: & dum promittit se facturum secundūm pitorum voluntatem, non eousque procedit indulgentia, vt eorum arbitrio se submitat. At qui in vtro que passim grauitate delinquitur: ne que enim modò temerē sine fronte, sine reuerentia Deū pleriq; de suis ineptiis interpellare audent, & quicquid per somniū adlibuerit, ad eius tribunal impudenter proferre: sed tanta vel stoliditas vel stupiditas eos tenet, vt spuriissimas quāsq; cupiditates obtrudere Deo ausint, quārum consciens facere homines vehementer pudeat. Audaciam hanc riserūt atque euā detestati sunt quidam profani homines, vitium tamen ipsum semper regnauit: atque hinc factum est vt ambitioni louem sibi patrōū asciscerent, auti Mercurium, Apollinem & Minetum doctiñē cupidi, bellicosi Martem, Venetū libidinosi. Sicuti hodie (vt nuper attigi) maiorem licentiam illicitis suis cupiditatibus homines in precibus indulgent, quām si pares cū patibus iocose fabulantur. Atqui non patitur Deus suam facilitatē ita habet: iud. br̄to, sed ius suū sibi vendicans, vota nostra suo imperio subiicit & frēgo coeretur: eo tenendum est illud Iohannis, Hęc est fiducia ^{1. Iohann. 5.17} nostra, quod si quid petierimus secundūm voluntatem eius, audit nos. Cę terūm quis tantę perfectioni longę abest quin paessine facultates nostrę, quęrendum cū remedium quod subueniat. Quemadmodum mentis aciem in Deum intendere conuenit, ita cordis affectum cōdēm sequi necesse est. Vtunque verò longe infra subsistit, imò verius fatiscunt & deficiunt, aut in contrarium feruntur. Ideo vt huic imbecillitati succurrat Deus, Spiritum in precibus nobis dat magistrum, qui dicit quod regum est, atque affectus nostrōs moderetur. Quia enim quid orandum sit quemadmodum oportet nescimus, in subſidium ille subit, & pro nobis interpellat genitib⁹ inenarrabilibus, non q; ipse te vera vel precerur vel ingeniūcat: sed fiduciā vota, suspicio in nobis excitat, quibus concipiendis haudquam sufficerent naturę vires. Neq; ab te genitus inenarrabilis Paulus vocat quos duce Spiritu emitunt fideles: quia nō ignorant qui verē exercitati sunt in precibus, cæcis anxietatibus ita se perplexis constriogi vt vix repetiant quid profari expediat: imò dum conantur balbutire, impliciti habitant: vnde sequitur singulare eis rēctē orādi donum. Hęc non eō dicuntur quō nos ipsi propt̄ē desidiae fauentes, ad Dei Spiritum orandi prouinciam telegemus, & torpeamus in illa incuria ad quām plus fatis sumus proclives (qualiter impiꝫe quotundani voces audiuntur, oscitantet esse expectandum donec ille mentes nostras a libi occupatas pr̄europa) sed pot. us vt nostram ignauiam socratiāmq; pertet, tale Spiritus adminiculum expertamus Nec verò Paulus, quum iubet orare in Spiritu, ideq; desinit ad vigilantiām hortari: significans ita vi-^{1. Cor. 14.15} gēte Spiritus instinctum ad formandas preces, vt conatum nostrum minime impedit vel retardet: quoniam hacin patre vult Deus experti quām efficaciter corda nostra impellat fides.

6 Esto & altera lex, vt rogando semper inopiam nostram verē sentiamus, ac serio cogitantes omnibus quāz petimus nos indigere, serio imd̄ cādi, hic cōsec. 7., ardente m̄ impetrandi effectum iungamus cum ipsa prectione. Multi *D. iiiij.*

enim defunctoriè preces ex formula recitant ac si pensum Deo solueretis & quanquam fatentur necessarium suis malis remedium hoc esse , quia Dei opere quam implorant carere exitus le sit: appetet tamen hoc officio ipsos defingi ex more: quia interim frigent animi, neq; expendunt quid postulent Generalis quidem & confusus necessitatis sui sensus illuc eos ducit: sed non eos sollicit quasi in te presenti, vt egestatis sui leuamen petant. Patrio quid odiosius aut etiam Deo magis execrandum putamus hac fictione, vbi quis veniam peccatorum postulat, interim aut se peccatorem non esse cogitans, aut certe peccatorem esse non cogitans? nempe quia Deus ipse plane libidio habet. Atqui eiusmodi prauitate, vt nuper dixi, refutrum est hominum genus, vt defungendi causa permulta saepe flagitent à Deo, quae citra eius beneficētiā aut sibi aliunde evenire, aut iam apud se residere pro certo iudicant. Aliorum leuius delictū esse videtur, sed neq; ipsum tolerabile: vt preces sine meditatione demurarent qui tantum hoc principio imbuti sunt, yoris litandum esse Deo. Piis autem maxime cauendum ne vnguā prodeant in conspectum Dei quicquam postulaturi, nisi quod & serio animi affectu exardescunt, & ab ipso simul obtinere cupiunt. Quinetiam tamen in usque in Dei gloriam duntaxat petimus, non videtur primo inturu necessitati nostra consulere, ea tamen nō minori desiderij feruore & vehementia peti conuenit. Ut quū poscimus nomen eius sanctificari, ardenter (vt ita dicam) esuriens & sitienda est illa sancti filiiatio.

*Omnī tempore nō
dum iſſi. Cognitum
materiū omnīum traditū, Tristatur quis intet vos? ore: qui letus est, canat.
tranquillitatē ſolū ipſe communis ſensus, quia nimium pīgiti ſumus, pītior reſexigit, nos a-
peccatūrū nō fīrōrū criūs à Deo pungi ad strenuē orandum. Ethoc tempus opportunum no-
nō ratiōnē, nō bīs minat Daud: quia (ſic uī pluribus aliis locis docet) quo nos durius pre-
munt moleſtīas, incommoda, timores, alīq̄ue ſpecies tentationum, aci-
nos Deus ad ſe accerſet, liberior patet accessus. Intere, non miuūs ve-
rūtum eſt illud P̄iuli, omni tempore orandum eſſe: quia vīcunq̄e ex ani-
mi nostri ſentientia ſperare fluant, & vndique nos circundet letitiae
materia, nullum tamen eſt punctum temporis quo nos ad precandum
inopia noſtra non horretur. Abundat quifpiam vīno & tritico: quando
buccella panis nōi affidua Dei gratia frui non potest, non impedit cel-
lā vel hortē aquominus panem, quotidianiū poſtulet. Iam ſi repūtamus
quot ſingulis momentis diſcretimina immineant, nullum ab orando im-
mune nobis eſſe tempus docebit metus ipſe. Hoc tamen in ſpiritualibus
melius licet cognoscere. Quando enim tot peccata, quorum nobis ſu-
muis conſciū, nos ſecuros cefſai eſſinent quin ſuppliciter & culpm & pē-
nam depreceμi? Quando nobis tentationes inducias concedunt, quin
ad auxilium properemus? Adhac regni Dei & gloriæ ſtudium non per
interualli ſed affidū nos rapere ad ſe it: debet ut eadem ſemper nos ma-
neat opportunitas. Ergo non fruſta toties nobis p̄cipit orandi af-
fiduitas. Nondum de perſuerantia loquit, cuius poſtea fiet mentio: ſed
Scriptura affidū orandum admonens, ſocordiam noſtrā coarguit:
quia non ſentimus quām necessaria ſit nobis h̄c cura & ſedulitas. Hac
regula hypocrisis & Deo mentiendi calliditas ab oratione arceret, imò
longē abigitur Promittit Deus ſe propinquum fore omnibus qui inuo-
cauerint eum in veritate, & inuenturos deponiat qui quæberint in to-
to corde: eō minime aspirant qui ſibi placent in ſuis ſordibus. Itaque
penitentiam legitima oratio poſtulat. Vnde illud tritum in ſcriptritis,
Deum ſceleratos non exaudire, & preces eorum eſſe execrabilis, ſicut &
ſacrificia: quia aequum eſt ut Dei autes clausas inueniant qui obſerante*

corda

*Iacob 5.13**Pſal 32.6**Ephes 6.18*

torda sua, nec Deum flexibilem sentiant qui sua duritie provocat eius
tigorem. Apud Isam minatur in hunc modum, Quum multiplicauer- *Ies.1.1.*
tius preces velitas, non exaudiam: manus enim velitra sanguine plenæ
sunt Item apud Ieremiam. Clamavi & tenuerunt audire: clamabut ipsi
vicissim, & non audiām. quia summi probri loco dicit, iactati fœdus
suum ab improbris, qui sacrum eius nomen tota vita polluunt. Vnde a- *Isa.29.13.*
pud Isam conqueritur, quum labiis ad se Iudei accedant, cor eorum
esse longè remotum. Non restringit quidem hoc ad solas preces: sed si-
etionem in singulis cultus sui partibus se abominati asserit, Quò per-
tinet illud Iacobi, Petitis, & nō accipitis: quia male petitis, vt in volupta-
tes veitras insuflatis. Verum quidem est (vt paulo post Ierum vi debi-
mu-) non inniti dignitati piorū quas fundunt preces: nō tamen super-
vacua est Iohannis almonitio, Siquid petierimus, accipiemus ab eo, *Iohann.3.22.*
quia præcepta eius seruamus: quandoquidem mala conscientia ianuam
nobis claudit. Vnde sequitur, nec rite peccati, nec exauditū nisi synceros
Dei cultores. Displiceat igitur in suis malis quisque se ad orandum cōpa-
rat: & (quod sine pœnitentia fieri nō potest) induat mendici personam
& affectum.

8 Huc & tertia accedit, vt omni propriæ gloriæ cogitatione se abdi-
cit, omnem dignitatis opinionem exuar, omni dentique sui fiducia dece-
dat quisque se coram Deo sitlit precandi causa, datus in abiectione sui
gloriam Deo in solidū. ne siquid, vel minimū atrogemus nobis, cum
inani nostra inflatione ab eius facie concidamus. Huius submissionis,
qua omniē altitudinem prosterat, frequentia exempla in Dei servis
habemus: quorum vt quisque est sat & nullus, ita quum in Domini con-
spectum prodic, plutimum prosteratur. Sic Daniel, quem tanto elogio
Dominus ipse commendauit, Non in iustitiis nostris dicebat, coram *Dan.9.13.*
te fundimus preces: sed in misericordiis tuis magis. Exaudi nos Domi-
ne Domine propitius sis nobis. Exaudi nos, & fac quæ petimus, propter
temetipsum: quia inuocatum est nomine tuum super populum tuum, &
super locum f. Atum tuum. Neque verò obliqua figura, vt fieri solet, qua-
si unus ē populo se turbat perimiseat, quin potius seorsum reatum fate-
tur, supplexque ad veritatem asylum confugit: sicuti d. sette pronuntiat,
Quum ego confessus essem peccata mea & popul mei. Hanc quoque *Ibidem 20.*
humilitatem suo exemplo præscribit David, Ne intres in iudicium cum *psal.143.2.*
seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Tali
forma precator Isaias, Ecce tu iratus es, quia peccauimus: in viis tuis *Isa.6.4.5.*
fundatum est sculum, ideo seruabimur. Et sumus omnes repleti im-
munditia: & quasi pannos fœdatus, omnes iustitiae nostræ. & emarcui-
mus nos omnes quasi sol-um, & iniquitates nostræ quasi ventus disper-
gunt nos. Et non est qui inuocet nomine tuum: qui se excitet ut apprehendat te. Quoniam abscondisti faciem tuam à nobis, & tabescere nos fecisti
in manu iniquitatis nostræ. Nunc igitur Domine, tu es pater noster,
nos sumus lutum: tu es formator noster, & nos sumus opus manus tuarum.
Ne irascaris Domine, neque in æternum recordabis iniquitatis. En-
trepisce, agedum, nos omnes sumus populustuus. Vide ut nulla protinus
fiducia nitantur nisi hac vna, quod se Dei esse cogitantes, illi se fore cu-
ræ non desperant. Non secus Ieremias, Si iniquitates nostræ respon- *Ier.14.7.*
detint contra nos, fac propter nomen tuum. Verissime enim simul ac
sanctissime scriptum est (à quocunque tandem sū) quod ab incerto au-
thore scriptum, Propheta Batuch tribuitur, Anima tuistis & deso- *Batuch.2.13.*
lata super magnitudine mali, curua, & infirma, anima famelica, & oculi
deficientes dant tibi gloriam Domine. Non secundum iustitias patrum
fundimus preces in conspectu tuo, & coram facie tua petimus miseri-

Tertia lex rite pre-
candi, hic cōficit.

9.

Rite precandi initium quia peccauimus coram te.

Vnde deprecatio. 9 Denique rite precandi initium atque etiam præparatio est ve-

Vnde c. 4 scđ. 9. nix deprecatio cum humili & ingenua culpa confessione. Neque enim

*Psal. 25. 6.
Ibide. 18.*

Psal. 51. 7.

Mat. 9. 2.

Iohann. 1. 9.

Quod sensu accipie nobis remittat, & nos emundet ab omni iniquitate. Vnde preces sub-

da pro. orationes Lege sanguinis expiatione consecrati oportuit, ut acceptæ essent, atque

quæcùmque culpe & pœna venia supplicant generalis illa præfatio, quæ

conciliat precibus fauorem, nunquam omitenda est: quia nisi in gra-

tuita misericordia fundat nunquam Deum exorabunt. Quod referit ip-

test illud Iohannis, Si confiteamur peccata nostra fidelis est & iustus, ut

revidetur ad exo-

randum Deum.

Psal. 85. 2.

Iota 3. 3. 3.

2. Reg. 1. 4.

Psal. 11. 15.

10 Quod autem propriè iustitiae suffragium interdum ad exoran-

tum Deum tacite sancti videntur (ut quum David dicit, Cuius di anima

ne, quia bonus sum. Item Ezechias, Recordare Domine obsecro, quod

imbului coram te in veritate, fecique in oculis tuis bonum) talibus lo-

quendi formulis nihil sibi aliud volunt, quam ex ipsa regeneratione, ser-

uos Dei se ac filios testari, quibus ipse fore se propitium recipit. Per Pro-

phetam docebat (ut iam vobis est) quod uos suos super iustos esse, aures suas in

preces

precessorum. Rursus per Apostolum, nos impetraturos quicquid petierimus, si mandata sua obseruemus. Quibus sententiis premium orationi *1. Iohann. 3. 13.* non statuit ab operum meritis: sed ita stabilitate vult eorum fiduciam qui *Iohann. 9. 11.*

sibi non fucata integratis & innocentia probè conscienti sunt, quales offerter. Et si fideles viuunt. Siquidem ex ipsa Dei veritate sumpium est quod dicit apud Iohannem ex eis illuminatus, non exauditi a Deo peccatores: si peccatores modò receperint Scripturam vel intelligimus, qui citra iustitiae desiderium toti suis peccatis indormiunt & acquiescent: quando nullum eorum in synceram Dei invocationem vnde prorumpet quod non simul ad pietatem aspireret. Talibus ergo promissis respondet sancto rum obtestationes, quibus suæ vel puritatis vel innocentie mentionem iniiciunt, quod sibi exhiberi sentiant quod est omnibus Dei seruis expetandum. Deinde, cum ferè vobis reperiuntur hoc preceptionis genere dum se coram Domino cum suis hostibus comparant, è quotum iniquitate eius manu vindicari optauint. In hac vero comparatione nitrum non est si iustitiam suam & cordis simplicitatem protulerunt, quod ex causa ipsius æquitatem magis ad fetandas sibi supprias Dominum promouerent. Id ergo boni pio pectori non præcipimus, quin suæ puritatis conscientia coram Domino fruatur ad se confirmandum in promissionibus quibus veros suos cultores Dominus solatur & fulcit: sed impetrā di fiduciam, deposita proprii meriti cogitatione, sola Dei clemētia subniti volumus.

Hic et sec. 12. 13.

Quartalex ritè precandib' et sec. 12.

11. Quia demum ut ita prostrati & subacti vera humilitate, nihilo minus certa spe exorandi ad orandum animemur. Res quidem in speciem contraria, cum sensu instanter vltionis Dei coniungere certam fiduciam fautoris: quæ tamen inter se optimè concuerint, si propterea malis oppressos sola Dei bonitas erigit. Sicut enim antea docuimus penitentiā, & fidem socias esse inseparabili vinculo similes connexas, quia ut tanDEM altera nos terret, altera exhilarat: ita in precibus mutuò eas occurrere oportet. Atque hunc consensum paucis verbis exprimit David, Ego, inquit in multitudine bonitatis tuæ ingrediar dominum tuum: adorabo in templo Sanctitatis tuæ cū timore. Sub Dei bonitate fidē cōpletebitur, tamen interea non excludens: quia non tantum eius maiestas ad reverentiam nos cogit, sed propria etiam indignitas omnis superbia & securitas oblitus sub metu nos continet. Fiduciam vero non intelligo, quæ solutā omni anxietudinis sensu mente suavi & perfecta quiete demulceat, nam ita placidè acquiescere, eorum est qui rebus cunctis ex voto faveantibus, nulla tanguntur cura, nullo desiderio vltur, nullo timore affluit. Optimus autem ad invocationem Dei stimulus sanctis est, dum necessitate sua disticti summa irquietudine vexantur, & tantum non exanimantur in seipsis, donec opportunè fides succurrit: quia inter tales angustias ita ipsis affluit Dei bonitas, ut præsentium quidem malorum gravitate fatigati gemant, maiorum etiam timore laborent & crucientur, illa tamen serui, & tolerantie difficultatem subleuent ac solentur, & exstremum liberationemque sperent. Ex vitroque ergo afflita emergat pīj hominis oratio, conuenit, utunque etiam continet & repræsentet: nempe ut malis præsentibus ingemat: & à nouis sibi anxiè timeat: tamen confugiat simul ad Deum, minimè dubitans quin auxiliarem ille manus porrigeat. *14.*

In precibus concor vere fidem cum pœnitentia.

Psalm. 5. 8.

Ex quo ergo afflita emergat pīj hominis oratio, conuenit, utunque etiam continet & repræsentet: nempe ut malis præsentibus ingemat: & à nouis sibi anxiè timeat: tamen confugiat simul ad Deum, minimè dubitans quin auxiliarem ille manus porrigeat. Mirum enim quā dissidentia nostra irritetur Deus, si poscamus a se quā non expectamus beneficentiam. Itaque nihil magis consentaneum preceptionum naturę quam legē hanc illis præscribi & statu ne temere protumpant, sed fidem præeuntem sequantur. Ad hoc principium nos omnes Christus vocat hac sententia, Dico vobis, quæcūque petitis, credite vos accepturos, & evenient vobis, *Idem & alibi confit.* *Mat. 11. 23.*

Mat. 21.22.
Jac 1.5.

Iac. 5.15.

Rom. 10.14.

De certitudine fiduciae. **12** Hanc necessitatem minimè cogitant aduersarij nostri. Itaque dicit, quia statuuntur fideles, quum certa animi fiducia fideles iubentur statuere Deum sibi propriū diles. *Dicū sibi esse* esse ac benevolū, rem omnium absurdissimam dicere nos putant. At proprie, & quām qui si vllum verē precationis vsum haberent, intelligerent profectō, si necessaria sit in meū inuocare. *Si in meū inuocari.*

¶

Hibr. 4.16.
Ephes. 3.12.

Psal. 32.22.
Psal. 50.10.
Psal. 5.5.

Ephes. 6.16.

*m̄ it, Quicquid petieritis in oratione credētes, &c. Cui cōcinit Iacobus, Si quis indiget sapientiam, postuleat ab eo qui dat omnibus simpliciter, nec exprobra: postuleat autem in fide, nihil haſtās. Vbi haſitationi fidei oppoſens, vñ eius aptissime exprimit. Non minus etiam notandum quod ad h̄l, nihil proficere qui Deum perplexi & dubij inuocant, nec statuunt in animis suis exaudienti sint necne. Quos etiam flūlibus compatiat, qui variè mouentur à vento & circumferuntur. Vnde alibi orationem fidei p̄o leḡ tima nuncupat. Deinde quum Deus secundum suam cuique fidem se daturum tones affirmet, citra fidem nihil consequi nos posse in ruit. Denique si fides est quae impetrat quicquid orando conceduit. Id sibi vult celebris illa Paulis sententia, ad quam insipidi homines paucum attenlunt, *Quonodo inuocabit quispiam in quām non credidit? quis autem credet, nisi audiatur? Fides autem ex auditu, auditus ex verbo Dei.* Nam p̄ecandi exorcium ex fide gradatim deducens, aperte contendit non posse Deum ab aliis syncerè inuocari, nisi quibus Euangelijs p̄edicatione clementia eius & facilitas innotuerit, imò familiariter fuit exposita.*

¶
Quām vero fidei vim bene p̄ispicere nemo queat nisi qui experimento eam in corde suo sentit: quid cum huiusmodi hominibus disputando proficias, qui aperiè ostendunt nihil se vñquam præter vanam imaginationem habuisse? Quid enim valeat & quām necessaria sit illa, quam requitimus, certitudo, ex inuocatione potissimum dicitur. quod qui nō videt, valde stupidam habere se conscientiam prodit. Nos igitur omisso hoc ex cœtum genere, defixa in illa Pauli sententia hæreamus, non posse ab aliis inuocari Deum nisi qui eius misericordiam ex Euangeliō cognitam habent, & eam sibi paratam esse certò persuasi sunt. Quālis enim erit ista oratio? O Domine, ego quidē an exaudiere me velis dubius sum: sed quia anxietate premot, ad te confugio, ut si dignus sum mihi facias. Non ita soliti sunt omnes sancti, quorum orationes in Scripturis legimus. Nec ita nos instituit per Apostolam Spiritus sancti, qui iubet nos adire ad thronum cœlestem cum fiducia, ut gratiam consequimur: & quām alibi docet nos habere audaciam & aditum in fiduciā per fidem Christi. Hanc ergo obtainendi quod perimus securitatem (quam & sua voce Dominus mandat, & omnes sancti exemplo sue docent) vtraque manutenere nos oportet, si cum fructu opere volumus. Et enim dēmum accepta Deo est oratio qua ex tali, vt ita loquar, præsumptione fidei nascitur, & intrepida spe certitudine fundata est. Poterat simplici fidei nomine esse contentus: atqui non modò fiduciā addidit, sed eam quoque instuxit libertate vel audacia, vt hac nota discernet à nobis incredulos, qui Deum promiscue quidem nobiscum orant, sed fortuitō. Quā ratione tota Ecclesia in Psalmo orat: Sit misericordia tua super nos, quemadmodum sperauimus in te. Eadem etiam conditio alibi ponitur à Propheta, Quo die clama uero, hoc scio quād Deus mecum. Item, Mane disponam tibi, & speculabor. Ex his verbis elicimus precēs in æterni fruſtra proīci, nisi spes sit annexa, vnde veſtū ē ſpecula Deum quieti expectemus. Quibus conuenit ſeries Paulinæ exhortationis, nam antequam fideles ad p̄ecandum in ſpiritu ſollicitet omni tempore cum vigilancia & affiduitate, in primis iubet allōmetre ſeūm ſicci, galeam ſalutis, & gladium ſpiritus, quod ē ſerbū Dei.

memor-

Memoria portò hic repeatant lectores quod antè dixi minimè labefacta
ti fidem, vbi cum miseria, egestate, sordiumque noctatum agnitione Nō labefactari: cer-
connectitur. Quia num quis enim graui scelerum mole premi se vel labo titidini fidei in p̄-
rate sentiant h̄seles, nec modò rebus omnibus vacuos quæ favorem cō- cibis vbi conne-
ciliare apud Deum queant: sed oneratos multis noxis quæ eam merito ē. tunc agnitione
formidabile in reddiat: non tamen desinunt se offrire, neque terret eos nō fere misericordia.
hic scelus quominus ad ipsum se confundat: quando non aliud est ad
eum ingressus. Neque enim instituta est oratio qua nos arroganter co-
ram Deo efficiamus, aut quicquam nostrum magno est menus, sed qua-
reatum nostrum cōfessi ardentissimæ nostras apud Deum deploramus: quæad
modum filij, ipud parentes familiariter querelas suas degonunt. Quia
potius imminens malorum nostrorum congeries calcaribus vel stimulis
refusa esse debet quæ nos ad precaudum incitent. qualiter etiam nos
suo exemplo docet Propheta, Sana animam meam, quia peccavi tibi.
Fateor quidem in his aculeis mortiferas fote pūctiōnis vidi Deus succur-
teret: verum pro incomparabili sua indulgentia optimus Pater tempe-
stuum remedium addidit, q̄ iō peccatiōnem omnem sedans, cutas le-
niens, mucus abstergens, comitac nos ad se allicet, int̄ scrupulos omnes
tollens, nedum obicitacula, facilem viam sternet.

¶ Ac prius quidē orare nos iubens, ipso præcepto nos coarguit *Psal. 50. 10.*
impie contumaciz, nisi obsequiamur. Nihi magis præcisè mandat ipo- *Præcipit Deus vt*
petat quād quod habetur in Pi. I-no, Inuoca me in die tribulationis. Sed ipsum invocemus: *tum iri. vt. unque*
quia inter pietatis officia nullum frequentius commendant Scripturæ, promittit exaudi-
non est quod longius h̄c immeter. Petere (inquit Magister) & accipietis: *omnium necessariū,*
pulsate, & aperietur vobis. Quinquam huic præcepto adiungatur etiam *reus vide precemur*
promissio, vt neceſſe est, cīli enim præcepit esse obediendum fatentur *Matt. 7. 7.*
omnes, maior tamen pars refugiet Deum vocantem, nisi se exorabilem
adeoque obivium fore promitteret. His quidem duobus positis, certum
est quicunque tegiuersantur ne recta ad Deum veniant, non modò es-
se rebelles & immortigeros sed etiam incredulitatis conuincit: quia pro-
missionibus diffidunt. Quod è magis notandum est, quia hypocritæ, hu-
militatis & modestie prætextu, tam superbè contemnunt Dei præceptū,
quād fidem benignæ invitationi abrogant, immo eum fraudant præcipua
cultur sui parte. Nam vbi sacrificia repudiavit, in quibus tunc videba-
tur sita esse tota sanctitas, hoc sumum esse & libi præ aliis pretiosum
declarat, inuocari in die necessitatis. Quicque vbi quod suum est exigit,
& ad parendi allicitatem nos animat, nulli sunt tam speciosi dubitandi
coloris, qui nos excusent. Quicunque ergo paſsim occurrit in Scrit-
pturis testimonia quibus nobis præcipit Dei inuocatio, rōdide ante
oculos nostros signunt vexilla quæ nobis fiduciam inspicient. Tem-
eritatis esset protumpeſt in Dei conspectū, nisi ipse anteuerteret nos vo-
cando, itaque viam nobis sua voce patefacit: Dicam illis, Populus meus *Zach. 13. 9.*
vos: dicent mihi, Tu Deus noster. Videmus vt cultores suos præuenient, ve
litzque subsequi, ideoque timendum non esse ne patrum suavis sit hec me
lodia quam ipse dictat. Insigne præsettum illud Deielogium nobis in
mentem veniat, quod feci omnia obicitacula nullo negotio superbum,
Tu Deus exaudiens preceptionem: ad te vsque omniscaro veniet. Quid *Psal. 65. 4.*
eum magis amabile vel blandum quād Deum hoc titulo indui, qui et
riores nos reddit nihil magis esse naturæ eius proprium quād sup̄ li-
cuni votis annueret? Hinc iauam præte colligit Propheta non paucis,
sed cunctis mortalibus: quia etiam omnes hac voce compellit. Inuoca
me in die afflictionis: eruam te, & glorificabis me. Secundum hanc regu-
lam David promissionem ibidem obicit, vt obineat quo lpetit. Tu *Psal. 50. 15.*
Deus reuelasti in aure seruiti: propterea inuenit seruus tuus cor suum *2 Sa. 7. 27.*

ut oraret. Unde colligimus pauidum fuisse, nisi quatenus cum promis-
sio exeretur. Sic alibi generali doctrina se instruit, Voluntatem timeniu-
Psal. 145. 19. se faciet. Imò h̄c iu Psalmis animaduertere licet, quasi abrupto orandi
contextu transiū fieri nunc ad Dei potentiam, nunc ad bonitatem,
nunc ad fidem promissionum. Videri posset intentus est Daud senten-
tias illas inferens, preces mutillas reddere: sed vsu & experientia compre-
hendunt habent fideles languescere ardorem nisi adhibeant noua fomenta:
ideo pie minime inter precā sum superuacua est tam natura Dei quam
veib⁹ meditatio. Atque ita exemplo Daudis inferente ne pīgeat que lan-
guidos animos novo vigore rescant.

**Reistantur raria
Dei promissiones:
quā dulcedine q.
non excitantur ad
precandum, omni-
no sunt excusabi-
les.**

***Iere. 2. 13.**
Prov. 18. 10.
Iocel. 2. 32.
Ieza 65. 24.
Psal. 91. 15.
Psal. 145. 18.

14. Ac mirum est ranta promissionum dulcedine vel frigidē, vel nul-
lo ferē modo nos affici ut per ambages vagando bona pars malit⁹ reli-
cto aquarum viuentium fonte sibi fodere aridas cisternas, quām Dei li-
beralitatem vltro sibi oblatam amplecti. Arx inexpugnabil s̄ nomē Do-
niini, (inquit Solomo) ad eam configiet iustus, & seruabitur. Iocel vero,
postquam de horribili que instabat clade vaticinatus est, memorabilem
illam sententiam subiecit, Quisquis inuocauerit nomen Domini, saluus
erit: quam scimus propriè ad cursum Euangeli spectare. Vix centesimus
quisque mouetur, ut in occursum Deo prodeat. Clamat ipse per Iesaiā,
Inuocabitis me, & exaudiā vos. Imò antequam clamet respondebo
vobis. Hoc quoque eodem honore alibi totam Ecclesiā communī-
ter dignatur: sicuti ad omnia Christi membra pertinet. Clamauit ad me,
exaudiā eum: cum ipso sum in tribulatione, ut eripiā eum. Neque
ramen (ut iam dixi) locos omnes numerare propositum est: sed eximios
quosque diligere, ex quibus gustemus quām humaniter ad se nos Deus
alliciat, & quām artis vinculis constricta sit nostra ingratitudo, vbi in-
ter tam acres stimulos adhuc pigritia nostra constat. Quare in auti-
bus nostris semper resonent h̄c voces, Propè est Dominus omnibus in-
uocantibus se, inuocantibus in veritate. Item quas ex Iesaiā & Iocelē cita-
vimus: quibus affirmat Deus se intentum esse ad exaudiendas preces, a-
deoque oblectari quasi grati odoris sacrificio, vbi curas nostras in ipsa
conincimus. Hunc singularem percipimus promissionum Dei fructum,
vbi non dubitanter & trepidē concipimus preces: sed eius verbo freti, cu-
ius nos alioquit terret maiestas, audemus eum inuocare Patrem, quando
hoc suauissimum nomen suggestere nobis dignatur. Restat ut talibus
inuitamēris prædicti, sciamus inde fuisse nobis materia ad exorandū:
quando preces noſtra nullo merito nituntur, sed tota e. cura dignatas &
spes impetrandi fundata est in Dei promissionibus, atque ab eis pendet:
ut neque indigeat alia futura, neque sursum hue vel illuc circunspiciat.
Itaque cum animis nostris statuendum est, etiamsi non excellimus pari
sanctitate que laudatur in sanctis Patribus, Prophetis, & Apostolis, quia
ramen commune est nobis orandi præceptum, & communis si les, si ver-
bo Dei intumur, nos in hoc iure eorum esse socios Dei eam (ut antea vi-
sum est) se facilem ac propicium omnibus forte denunciāns, misericordis
quibusque spem obtinendi quod petierint, facit. atque ideo notādū sunt
generales formæ, quibus nemo (vivulgō dicunt) à primo ad ultimum ex-
cluditur: parvula sit cordis sinceras, disperguntia nostris humilitas, &
fides: ne hypocryſis nostra Dei nomen fallaci inuocatione profanet:
non respuerit optimus Pater, cuos non modò a se vcoite hostiatur,
sed quibuscumque potest modis sollicitat. Hinc illa precandi ratio Dā-
uidis quam nuper recitauit, En pollicitus es Domine seruo tuo: cā ob re
colligit anima tua hodie seruo tuus & inuenit quod ora: et coram te.
Nunc ergo Domine Deus Pater, tu es Deus, & verba tua vera erunt. Lo-
quutus es seruo tuo de his beneficiis, incipe ergo & fac. Sicuti etiā alibi,

2 Sam. 7. 27.
Psal. 11. 76.

Præsta seruo tuo secundum eloquium tuum. Et omnes simul Israhelites, quoties se fœderis recordatione muniant, satis declarant non esse timide orandum, vbi Deus ita prescribit. atque in hoc imitati sunt Patrium exempla, præfertim Iacobi, qui postquam confessus est se in moe esse tot misericordias quas suscepere erat manu Dei, ad maiora tamen postulanda se animati dicit, quia Deus se sicuturum promiserat. Quod scūque verò colores obtendint increduli, vbi ad Deum non configunt quoties urget necessitas; ipsum non requirunt, nec eius opem implorant, non alter de fraudant cum legitimo honore, quām si fabricarent sibi nouos deos & idola: si quidem hoc in modo Deum sibi honorum omnium authorem esse negat. Contrà nihil validius ad pios omni scrupulo liberādos, quām armari hac cogitatione, non esse cur illa temora impedit dum in ore gerunt Dei mandato, qui obedientia nihil sibi gratius esse pronuntiat.

Hinc rursus quod prius dixi clarissim elucescit, probè cum metu, reverentia, sollicitudine quadrata intrepidum precādi spiritū, neque verò absuntia, sollicitudine bedurum esse si prostratos Deus erigit. Hoc in modo belle inter se consentiunt ne quadrare intriquæ in speciem repugnant logiendi forme. Dicunt Ieremias & Daniel pudum precādi: si quis se prostrernere preces coram Deo. Alibi Ieremias, Cadat oratio nostra in ritum. consipicatu Dei, ut misereatur residuæ plebis sue. Ritus sapientie filieles dicū Iere. 42. 9. turorationem leuare. Sic loquitur Ezechias, Prophetam rogans ut inter Dan. 9. 18. cedendi vices suscipiat. Et David precem suam ascendere cupit sicuti in Iere. 42. 2. censum. Nonne quanuus de paterno Dei amore persuasi in eius fidem se Reg. 20. 10. alacriter conferant, nec dubitent quam vel opem promittit implora- Psal. 141. 2. re: non tamen supina eos quasi propter fronte securitas attollit, sed ita per gradus promissionum sursum ascendunt, ut tamen supplices ma- neant in sui diefectione.

15 Hic non una obiicitur quæstio: nam Scriptura refert votis qui- Obiectio, in qua ex busdam Deum tuorem gessisse, quæ tamen ex animo minimè sedato vel ponuntur loci qui- compposito eruperant. Ista quidem de causa Iothan incolas Sichē cladem, quibus vidi- di que postea superuenit deuouit: sed tamen fetuote iracundiæ & velut Dei quærum lati- tionis accensus, morem execrationi gerens Deus, videtur impetus male ordinatos probare. Talis etiam fetuor Sampsonem rapuit, quem dice- que promissione ret, Robora me Deus ut sumam vltionem de incircuncisis. Esi enim a nulla mitebantur, liquid fuit probi zeli admixtum, fetuida tamen atque ideo virtuosa cupi Iud. 9. 20. ditas vindictæ illuc dominata est. Anzuit Deus. Vnde colligi posse vide- Iudic. 16. 28. tur, quanvis ad veibz prædictiū formati non sint preces, effectū tamē consequi. Respondeo, singularibus exemplis non aboleti perpetuam le- gem: deinde speciales interdum motus inditos paucis hominibus fu-isse, quibus factum est ut dissimilis illorum esset atque vulgi ratio. Notandum est enim responsum illud Christi, quum discipuli exemplum Eliæ incon- Lue. 9. 55. siderat. emulari cuperet, eos nescire quo spiritu essent prædicti. Ceterum vltia progedi necesse est, non semper placere Deo vota quibus annuit: sed quatenus ad exemplum pertinet, claris documentis palam fieri quod Scriptura docet, eum vellet misericordia succurrere, & eorum exauferre genitus qui iniusti afflictio opem eius implorant: ideo exequi sua iudicia, dum ad eum surgunt inopum querimonie, quanvis indigne que tantillum imperent. Quoties enim de impiorum scutia, rapinis, violen- tia, libidine aliisque sceleribus poenas sumens, compescens audaciam, & furorem, tyrannicam quoque potentiam euettens, indigne oportet pressis se opim ferre testatus est, qui tamen in certum numeri orando actem verberabant. Et Psalmus unus elate docet non carere effectu pie- ces quæ tamen file in cœlum non penetrant. Colligit enim quas incidelis non minus quām pīs necessitas extorque: preces ex natura sensu: quibus tamen Deum proprium esse ex cœlum demonstret.

An quia tali facilitate gratas sibi esse resterunt in suam misericordiam amplificet vel illustret hac circumstantia, quod ne incredulis quidem negantur sua vota deinde ut probos suos cultores ad orandum magis extimule, dum vident prophanos evitatus non catere interdum profectu. Non tamen est cur fides dellata etiam à Lege sibi diuinitus imposita, vel in videant increduli, quoniam magis in lucrum fecerint, ubi adepti sunt quod volerant. Hoc modo oiximus hexum fuisse Deum facta per iniuria Achab, ut hoc documento probaret quoniam sit exorabilis erga suos electos, ubi ad ipsum placandum vera affectus conuersio. Id oportet in Psalmo cum Iudais expostulat, quod experti ipsum votis suis faciem, ad ingenij sui perducaciam paulo ostendentes sint. Quod etiam ex iudicium huiusmodi liquido patet, quotiescunq; licet fuerunt, et si fallaces erant eorum lachrymæ, sicut tameneceptos ex hostiis manibus. Sicut ergo promiscue Deus solem suum producit super bonos & malos: ita nec fletus eorum contemnit quorum iusta est causa, & auxilio digna arumæ. Inter ea non magis hos in salutem exaudit, quoniam bonitatis sue contemporibus alimenta suppeditat. Difficilior videtur esse queratio de Abraham & Samuele: quorum alter nullo Dei verbo instructus pro Sodomitis, alter etiam contra manifestam prohibitionem pro Saule oravit. Eadæ ratio Ieremie, qui utibz excidium deprecatus est, quanvis enim repulsam passi fuerint, datum tamen videtur eos fide priuare. At qui solutio haec modestis lectitudinis, ut spero, satisfaciens: generalibus principiis fultos, quibus iubet Deus in dignis quoque misericordia prosequi, non prorsus fide caruisse, quanvis in ipsa specie frustrata eos fuerit opinio. Prudenter alicubi Augustinus, Quomodo (inquit) fide orat sancti, ut petant à Deo contraria quæ decreuerint, neque quia secundum voluntatem omnes orant, non illam absconditum & incommutabilem, sed quoniam illis inspirat, ut eos exaudiatur alio modo: ut prudenter distinguit. Recte dictum: quia pro suo incōspicibili consilio sic emperat eternum cunctus, ut non irritent sanctorum precies quae fite & errore nimis implicitæ sunt. Neque tamen hoc ad imitationem magis valere debet quoniam sanctos ipsos excusat: quos non inveni modum excusare. Quare voi non extat certa promissio, conditione interposita rogandus. Ita Deus. Quòd pertinent illud Davidis, Euigila ad iuciciam quod mandasti: pia ad petendum temporale beneficium spiritus oracula se instrudum esse admonet.

1. Hoc etiam uictate operari potest est, quæ de quatuor recte orantibus legibus dicitur, non ita exigunt summo rigore, ut preces repudiet Deus in quibus non inueniunt per se etiam vel fidem vel penitentiam, vñ cum prece exigit. Et zeli ardore votis que recte compositis Diximus, quanvis oratio familia perficitur, quam multa casibus infirmitates & modestiam, ne habendas laxemus quibuslibet votis, ac ne concupiscaimus nisi quantum Deus permittit. deinde ne vilescat nobis Dei misericordia in suis timentibus tollenda esse suis mentes ad putani castamque eius venerationem. Hoc nemo qua pars sibi integritate inquam constitutum am (ut de vulgo non loquar) quam mulier Davidis querit in omniæ intemperiem superius: non quod consulto vel expostulate cum Deo velit, vel eius iudicis obstatere: sed quia per iniuriam fatigatus non aliud inuenit melius solatium quam si dolores suos in illius sinum coniici. Quidamnam toleratur à Deo nostri balbuties, & infelicitez datur venia, quoties inconsiderate aliquid nobis excedit: ut certè sine hac indulgentia nulla esset prece di libertas. Ceterum quanvis Davidi animus esset Dei se attributio totum subiiceret, nec minore patientia quam imperfandi studio oraret: emergent tamen, immo interdum ebullienti turbulenti affectus, qui à prima quoniam postulamus lege non patrum distant. Maximè ex clausula Psalmi trigesimæ,

1. Reg. 21. 39.
Psal. 105.

Gen. 18. 23.
1. Sam. 1.
Tere. 3. 16.

Libro de Civitate
Dei 22. c. 2.

Psal. 7. 7.

Quatuor ritè precia
di legibus dicitur, non ita exigunt summo rigore, ut preces repudiet Deus
in quibus non inueniunt per se etiam vel fidem vel penitentiam, vñ cum
prece exigit. Et zeli ardore votis que recte compositis Diximus, quanvis oratio familia
perficitur, quam multa casibus infirmitates & modestiam, ne habendas laxemus quibuslibet votis, ac ne concupisca
Deus in suis timentibus tollenda esse suis mentes ad putani castamque eius venerationem.
ex variis exemplis
comprobatur.
de quibus feci. 4.
6. 5. 11.

tricesimi non inconspicere licet quanta doloris vehementia abreptus fuit sanctus vir, nescibi modum statueret. Desine (inquit) à me, donec abeam & non sim. Diceres hominem desperatum nihil aliud expetere nisi ut cessante Dei manu in suis malis purgescat. Non quod deuoto animo ruat in illam intemperiem, aut ut solent reprobri, velit Deum facessere: sed tantum conqueri ut itam Dei sibi esse intolerabilem. Iu illis etiam tentationibus se p̄ effluunt vota non satis bene formata ad regulā verbī Dei, & in quibus non satis expendunt sancti quid fas sit & expediat. His quidem vitiis quæ evanquæ maculatæ sunt preces repudiari merentur: modò tamen ingemiscant sancti, castigant seipso, & statim ad se redeant, ignoscit Deus. Sic etiam in secunda Lege peccant: quia & cum frigore suo illis se p̄ lucent. Indum est, neque sui illos egestas & miseria satis acriter pungit ad serio precandum. Iam se p̄ contingit eorum mentes dilabi & prop̄ euanscere. venia igitur hac quoque in parte opus est, ne languide vel mutile vel interrupte & vagæ preces repulsam patiantur. Hoc naturaliter indidit Deus hominū mentibus, legitimas non esse preces nisi mentibus sursum sublatis. Hinc ceremonia eleuationis manuum ut ante diximus, quæ omnibus seculis & gentibus trita fuit, sicuti adhuc viget: sed quotusquisque, dum manus leuat, non sibi conscient est tarditatis: quia cor in terra subsidit. Quod ad petendam peccatorum remissionem spectat, quanvis hoc caput nemo fidelium pratereat, sentiūt tamen qui verè sunt in precibus exercitati, vix decimam eius sacrificij partem se affterre de quo loquitur David, Sacrificium Deo acceptum, spiritus afflictus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Ita semper duplex petenda est venia, quod & sibi conscient sint multorum delictorum, quorum tamen sensu non ita tanguntur ut sibi quantum oportet displiceant: & quatenus in pœnitentia & timore Dei proficere illis datum est, iusto mortore ob suas offensas prostrati, iudicis vindictam deprehendunt. Maximè fidei debilitas vel imperficio fidelium preces vietat nisi succurseret Dei indulgentia: sed nihil mitum est hunc defectum à Deo ignosci, qui asperis documentis se p̄ suos exerceat, ac si data opera fidem eorū vellet extinguere. Dutissima est hæc tentatio, vbi clamare coguntur fideles, Quousque ita sceris super oratione serui tui? ac si preces ipsæ Deum exactaret. Sic quum dicit Ieremias, Exclusit Deus orationem meam, non dubium est violenta perturbatione fuisse concussum. Innumera eius generis exempla occurunt in Scripturis, ex quibus patet fidei sanctorum se p̄ mixtam fuisse dubitationibus & agitata, ut credendo & sperando altius tamen infidelitatis proderent: sed quia non perueniunt quod optandum est, eo magis eniteos oportet ut correctis vitiis propriis in dies ad perfecta norandi legem accedant, ac interea sentire in quanta malorum profunditate sint de icti qui in ipsis remedii non sibi morbos accersunt, quando nulla est oratio quam non metitō fastidiat Deus, nisi ad maculas conniveat quibus onenes aspersæ sunt. Hæc non ideo commenoro ut sibi quicquam fideles securè condonent, sed ut seipso seu re castigando contendant superate hæc obstacula: & quanvis omnes vias obstruere conetur Satan ut eos ab orando prohibeat, nihilominus pertumpant, certò persuasi, vt cunq; non omnibus remisexpediti sint, conatus tamen suos Deo placere, votaq; sua probari, modò contendant & nitantur quod non statim pertingunt.

17 Quando vero nemo est hominum dignus qui se Deo representet, ac in eius conspectum prodeat: ipsa celestis Patet, ut nos pudore simul & metu eximeret, qui nostros omnium animos deilicete debebant, Filiu nobis suum donauit Iesum Christum Dominū nostrum: qui apud ipsum nobis sit aduocatus & mediator, cuius ductu ad ipsum securè ac-

Psal.51.19.

Psal.80.5.
Thren.3.8.

In Christi foliis do-

mine semper oran-

dū esse. Vide sed,

36.37.infra,

1.Tim.2.5.

1.Loben.2.1.

cedimus, tali intercessore confisi, nihil, quod eius nomine petierimus; nobis denegatum iti: vt illi à Parte nihil denegari potest. Atque hoc omnino referti necesse est quicquid antea de si te docuimus: quia sicut promissio Christum mediatorem nobis cōmēdar, ita nisi spes impetrādi eo subnixa sit, orandi beneficio se priuat. Nā si nolac in mentē venit horribilis Dei maiestas, fieri non potest quin expaescamus, ac nos indigni tatis propriez agnitus procul abigat, donec medius occurrat Christus, qui solium formidabilis glorie in solium graue commutet: si ut etiā docet Apostolus vt cum omni si lucia apparere audeamus, misericordia consecuturi & gratiam inuenturi in auxilio opportuno. Atque vt Lex de inuocando Deo posita est, vt promissio data, exaudiitum iti qui inuocauerint: ita in nomine Christi inuocare peculiariter iubemur: & promissione habemus propositam, impetraturos quod in eius nomine petierimus.

Heb. 4. 16.

Iob. 14. 13. & 16. 24

Hactenus (inquit) non petitis quicquam in nomine meo: petite, & accipietis. In illo die in nomine meo petetis: & quicquid petieritis, faciani, vt glorificetur Pater in Filio. Hinc sine controvertia clatum est: eos qui in alio quām Christi nomine Deum inuocant, illius iussi conuicti prævaricari, ac voluntatem pro nihilo reputare: nullam vero promissionem habere quicquam impetrandi. Siquidē, vt ait Paulus, omnes Dei promissiones in Christo sunt etiam & amen: id est confirmantur & implentur.

18 Ac diligenter notanda est circumstantia temporis, dum Christus discipulos ad suam intercessionem iubet configere, postquam in cœlum ascenderit. In illa hora, inquit, petetis in nomine meo. Certū quidē est ab quām precantes in initio non fuisse exauditos quicunque precati sunt, nisi Mediatores gratia. Hac ratione instituerat in Lege Deus vt solus sacerdos sanctuarium ingrediens gestaret in humeris nomina tribuum Israel & totidem ante prætus lapides pretiosos: populus autem procul staret in atrio, atque inde festatione in carne.

Ioban. 16. 26.

Exod. 28. 9. 12. 21.

Psal. 20. 4.

vt ratæ essent ac fitiæ pteces. Ergo illa vmbritalis Legis ceremonia docevit atceri nos omnes à facie Dei, idē que mediatore opus esse, qui nomine nostro apparet, nōque gestet in humeris, & pectori alligatos teneat, vt in eius persona exaudiamur: deinde sanguinis aspersione pteces inmundari, quas alioqui nūquām sordibus vacuas esse dictum est. Et videamus Sanctos, quum impetrare aliquid cuperent, spem suam in sacrificiis fundasse: quia sciebant votorum omnium esse sanctiones. Recordeatur oblationis tute (inquit David) & holocausti tuū pingue reddat. Hinc colligitur, D̄um ab initio Christi deprecatione fuissi placatum, vt piotum vota suscipiet. Cur ergo nouaz horam assignat Christus quā in suo nomine orate incipiente discipuli, nisi quia hæc gratia, vt est hodie illustrior, ita plus commendationis apud nos mereatur? Et hoc eodem sensu paulo ante dixerat. Hactenus non petitis quicquam in nomine meo: petite. Non quod de Mediatores officio nihil protulit tenerent (quum his rutilimentiis imbuti essent omnes Iudei) sed quia nō dum liquido cognoverant, Christum suo in cœlum: & sensu certiorem quām ante fore Ecclesie patronum. Ergo absentie sua dolorem vt aliquo non vulgari fructu solet, munus aduocati sibi vendicat, & docet precipuo hactenus beneficio eos caruisse, quo frui illis dabitur dñi eius patrocinio sulti liberius Deū inuocabunt. sicut dicit Apostolus, viā eius recentem eius sanguine dicaram esse. Quo minus excusibilis est nostra prauitas, nisi tam in estimabile beneficium, quod nobis proptè destinatum est, vt roque (vt ait) brachio ample&imper.

19 Portò quum sic ipse vnica via ac unus accessus quo ad Deū ingrediri nobis datut: qui ab hac via defleunt, & hunc accessum defuerunt, iis neque

Heb. 10. 20.

Quia alter precatur quām in Christi nomine nihil illis reliquā fieri in throno Dei, præter irā & terrorē Neque tamē nisi contrarium officio Mediatores Christi qd alii pro aliis orare subveniant,

neque via vlla neque accessus ad Deum superest: nihil in eius throno re
liquum sit præter iram, iudicium, ac terrorem. Denique quum hunc pro
capite ac duce Pater nobis signauerit, qui ab eo vlo modo declinat, vel
obliquant, conantur qu intum in se eit notare à Deo impressam delere,
& adulterare. Ita vnu sicut uitur Mediator Christus, cuius intercessione *i. Tim. 2. 1.*
propitius & exorabilis nobis redditur Pater. Quanquim interim & suæ
sanctis intercessiones relinquantur, quibus alij ahorum salutem mutuò
inter se Deo coimmittant, de quibus meminist Apostolus sed tales que
ab unica illa dependeant: tantum abes, ut delibent ex ea quippiam.
Num vt à dilectionis affectu scaturint, quo nos vltro citio que ample-
etiam, cœu vnu corporis membra: ita etiam ad capitum unitatem refe-
runtur. Quia ergo illæ quoque in Christi nomine fiunt, quid aliud quæ
testantur, neminem vlliso nimo precibus, nisi Christo intercedere, pos-
se adiuvari? Atque vt non obstat sui intercessione Christus quoniam in
Ecclæ precibus alter alteri vellissimi patrocinemur: ita fixum maneat,
omnes totius Ecclæ intercessiones in illam vnicam esse dirigendas. I-
mò hoc maximè nomine cauenda nobis ingratitudo est, quod Deus in-
dignitati nostre ignosceras, non tantum singulis pro se orare permittit,
sed etiam alias pro aliis admittit deprecatores. Cuius enim superbie esset
vbi Deus Ecclæ sine paternos constituit qui meritò repudiari meren-
tur, si pro se quisque priuatim oret, hac liberalitate abutivt Christi ho-
norem obsecrant?

20 Porro metum est nugamentum quod balbutiunt Sophistæ, Christi Resutatur Sophisti-
stum esse redempcionis Mediatorem, fideles autem intercessionis. Quasi flaru commentum,
verò Christus temporata mediatione defunctus, æternam & nunquam Christum esse redem-
intermoratur ad seruos suos reiecerit. Benigne scilicet illum tractant, ptonis Mediatorē,
qui tantum honoris portionem illi decidunt. Atqui longe aliter Scifideles interces-
ptura, cuius simplicitate, omissis istis impostoribus, contentum esse piu nis.
hominem conuenit. nam quum dicit Iohannes, Si quis peccauerit, ad- *i. Iohann. 2. 1.*
uocatum nos habere apud Patrem, Christum Iesum: an patronum o- *Rom. 8. 32.*
lum nobis fuisse intelligit, ac non potius perpetuam illi intercessionem *i. Tim. 2. 5.*
assignat? Quid, quod Paulus sedentem ad Patris dexteram etiam pro no-
bis intercedere affimat? Quum verò alibi vnum Dei & hominum
Mediatorem illum nuncupat, annon ad precationes respicit quarum
antè paulò meminerat? Siquidem pro omnibus hominibus interceden-
dum prefatus, in eius sententia confirmationem niox subnecit, vnum
esse omnium Deum, & vnum mediatorem. Neque verò aliter interpre-
tatur Augustinus, quum si loquitur, Homines Christiani inuicem se
conimendant orationibus suis Pro quo autem nullus interpellat, sed ip
se pro omnibus, hic vnu verisque mediator est. Paulus Apostolus, quan *Lib. contra Parrot.*
quam sub capite præcipuum membrum: quia tamen membrum erat cot- *mid. 2. c. 8.*
poris Christi, & nouerat, non per figuram in interiora veli ad sancta san *Rom. 15. 30.*
etorum, sed per expi-ssam & firmam veritatem in interiora cœli ad san *Ephes. 6. 19.*
Etatem non imaginatiā, sed æternam intraisse maximum & verissimum *Colof. 4. 3.*
Sacerdotem Ecclæ: se orationibus fidelium ipse quoque commendat. *i. Cor. 12. 25.*
Nec mediatoriē se facit inter populi & Deū: sed rogit ut omnia corporis
Christi membra inuicē pro se ent: quoniam inuicē sollicita sunt mé-
bra, & si paucum vnum membrum, reliqua compatiuntur. Ac sic niébro-
rum omnium adhuc in terra laborantium mutuæ pro se inuicem ora-
tiones ascendant ad caput quod præcessit in cœlum, in quo est propri-
tatio pro peccatis nostris. Nam si esset mediator Paulus, essent utique
& reliqui Apostoli ac sic multi mediatores essent, nec constaret ipsius
Pauli ratio, qua dixerat, Vnu enim Deus, vnu mediator Dei & homi-
num, homo Christus in quo & nos vnum sumus, sis etiam unitatem *i. Tim. 2. 5.*
E. 13.

In Psal. 94.

fides in vinculo pacis. Item alibi, At vero sacerdotem si te quisas, super celos est, ubi interpellat pro te, qui in terra mortuus est pro te. Neque vero somniamus illum, patris genibus aduolutum, suppliciter pro nobis deprecari, verum cum Apostolo intelligimus, sic cum apparere eoram facie Domini, ut mortis eius virtus ad perpetuam pro nobis intercessionem valeat; sic etiam vi sanctorum celi ingressus, ad consummationem usque seculorum solus populi eminus in atrio residentis vota ad Deum defecit.

Contra eos qui sanctos mortuos blasphemantib[us] apud Deum intercessores, vel Christi intercessores misericordiam mortuorum precibus et meritis.

21 Quantum ad sanctos attinet, qui carne mortui in Christo vivunt, si quam illis oratione in attribuimus, ne iis quidem ipsis somniemus alia esse tog indi Dei viam, quam Christum, qui solus via est; aut alio non nisi Deo esse acceptas eorum preces. Itaque postquam Scriptura nos a omnibus ad Christum unum reuocat, postquam ecclesiis Pater vult omnia in ipso recolligere: numis stuporis fuit, ne dicam insanis, nobis per ipsos accessum sic velle moliti, ut ab illo abduceremur sine quo nec tis aditus villas patet. Id autem aliquot seculis factitatum quis neget, ho lieque ubiunque Papismus viget, factitari? Ad conciliandam Dei benevolentiam eorum merita subinde obtruditur; atque ut plurimam Christo pretito, per eorum nomina Deus obsecrat. Anno hoc, quod est, munus unicae illius intercessionis quam Christo supra assertum, ad illos traducere? Deinde quis vel Angelus, vel demon ulli hominum de eiusmodi quam singunt ipsorum intercessione syllabam non quam tenentiauit? in Scriptura enim nihil extat. Quae ergo eius comminificendae fuit ratio? Certè domini humerum ingenium sublida sibi ita querit, quibus non munimur per Dei verbum, luculentè suam dissidentiam prodit. Quod si conscientia eorum omnium appelletur qui sanctorum intercessione oblectantur, repetiemus non aliund id euenerit, nisi quia anxietate laborant, periinde ac si hic Christus desiceret, aut nimium severus foret. Quod primum perplexitate Christum inhonorant, & solius mediatores titulum spoliante; qui ut illi in singularem prerrogatiu[m] à Patre datus est, ita ne que alio transfigri debet. Atque hoc quidem ipso gloriam natiuitatis eius obscurant, crucem evacuant; quicquid denique aut fecit, aut passus est, sua laude exuunt, ac defraudant. siquidem hoc tendunt omnia, ut solus sit & habeatur mediator. Similiter Dei benignitatem abiiciunt, qui se illos in Patrem exhibebat. non enim illis Pater est, nisi Christum sibi fratrem esse agnoscant. Quod plane abnegant, nisi fraterno esse affectu (quo nihil mollius aut tenerius esse potest) cogitant. Quare illum unicae Scriptura nobis offert, ad ipsum nos mitit, & in ipso ultiit. Ipse, inquit Ambrosius, os nostrum est, per quod Patri loquimur: occlusus noster, per quem Patrem videmus: dextera nostra, per quam nos Patri ostendimus. Quod nisi intercedente, nec nobis nec sanctis omnibus quicquam cum Deo est. Si excipiunt, quas in templis concipiunt publicas preces huius bac appendice, Per Christum Dominum nostrum, frumentum effugium est: quia non minus profanatur Christi intercessio, dum mortuorum precibus & meritis miscetur, quam si ea penitus omissione soli mortui in ore essent. Deinde in suis omnibus litaniis, hymnis & prosis, ubi Sanctis mortuis nihil non honoris defecit, nulla Christi intentio.

E libro de Isaiae &**annunt.****Stoliditate in pre-****candis in rebus, ad****nullla impunitati****& horren-****da sacrilegia pro-****gressimis. 10 Pa-**

22 Eò autem usque progressi est stoliditas, ut hic expressum habeamus superstitionis ingenium, que ubi semel se enim excusit, nullum laetitia, & horre sciriendi faciem facere solet. Nam postquam caput fuerat in sanctorum intercessionem respicere, sensim sua cuique procuratio est attributa tum singul peculiares sibi diuos asciuerunt, in quorum non secus atque tutela-

totelatum deorum fidem se contulerunt. Neque nō modō (quod olim Istrae si expiobrabat Propheta) secundum vrbium numerum dij sunt erēcti, sed secundum capiū multitudinem. Atqui, quum in vnam Dei voluntatem desideria sua omnia referant, hanc intueantur, in ea acquiescent: *Erasmus epist. ad Stolidem & carnaliter atque etiam contumeliose de iis cogitat, qui aliam ipsius orationem assignat, quam qua Dei regnum aduenire expectant.* à q̄o c̄t titubans, & in longissimè abest, quod illis affingunt, vnumquenque priuato affectu in clara luce cœnituos cultores esse propensiorem. Tandem nec ab horrendo sacrificio abstinuerunt plurimi, non ut suffragatores iam, verū ut salutis sue p̄ficiendi, inuocando. En quō recidant miseri homines, dum à legitima sua statu, hoc est, Dei verbo, euagantur. Omitto crastina impietatis mōs, in quibus tametsi Deo, Angelis & hominibus sunt detestabiles, cōtuni tamē nondum ipsos pudet vel piget. *Prostrati ad statuum aut pītūtām Barbarę, aur Catharinę & similiū demurimur Pater noster.* Hunc furentē tantum abest ut Pastores sanandum vel cohendendum cūt, vt quæstus odore allecti, plausu suo cōprobent Verūm ut tam sœdi cōminis inuidiam a se derident, hoc tamē quo colore defendant, rogarī Eligium vel Medardum ut seruos suos respiciant & iuuent ē calo? Sanctam Virginem ut Filium facere iubent quod petunt? Olim vetitū fuit in Concilie Carthaginensi, ne ad altare directa fieret precatio ad sanctos: ac probabile est, quum sancti viti impetu p̄trae consuetudinis non possint in totū mō compescere, hāc salem moderationē adhibuisse ne hac forma vniaretur publicae orationes, Sancte Petre ota pro nobis. Quanto autem longius eusas diabolica coūua importunitas, qui ad mortuos transferre non dubitant quod Dei & Christi proptiuī erat?

23. Quod autem efficere student ut Scripturae autoritate videatur subniti eiūmodi intercessio, si ustra in eo laborant Angelorum, inquit, orationes leguntur. Sapiens, neque id modō: sed in Dei conspectum per eorum manus perfetti dicuntur fidelium pieces. Verū si Angelis sanctos præsens vita defunctorum conseire libet, probandum suerit esse admis- nistratoris Spiritus, quibus delegatum sit ministerium curandæ nostræ salutis, quibus demandata sit prouincia custodiendi nos in omnibus viis nostris, qui nos circumneant, qui moneant & consolentur, qui pro nobis excubias agant, quæ omnia illis deferuntur: illis autem minimè. Qām prepostere Angelis sanctos mortuos inuoluant, satis superēque extor diuersis munebus patet, quibus alios ab aliis Scriptura distinguit. Causa duci partibus apud terrenū iudicem fungi nemo audebit nisi admis- sus: unde ergo verius tanta licentia ut Deo patronos obtundant quibus munus iniunctū nō legitur? Voluit Deus angelos curandæ nostræ sa- luti practicere, vnde & sacros cœtus frequentant, & Ecclesia illis thea- trum est, in quo iacentur variam & multiplicem Dei sapientiam. Quod illis peculiare est, ad alios quicquid inserviunt, certè ordinem à Deo positiū, qui inuiolabilis esse debebat, considunt ac peruerunt. Eadem dexteritate pergit in citandis aliis testimoniis. *Ieremia dicit, ut Deus, si iterent Mōs & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.* Quomodo sic de mortuis (inquit) loquutus foret nisi pro viuis intercedere illos nouisset? Ego vero contraria colligo: quum inde apparet neque Mōsem neque Samuelē intercessisse pro populo Istrachico, tunc nullam fuisse prorsus mortuorum intercessio nem, *Quis enim sanctorum de populi salute labore credendus sit, cessante Mōse, qui alios omnes in hac parte longo intervallo, dum viueret, superauit?* Ergo si minutulis istas argutias sectantur, Mortuū p̄ viuentibus intercedunt, quoniam dixit Dominus, *Si intercesserint,*

E iii.

Iere. 2.28. &c. 11.15.
Erasmus epist. ad Sadoletū. 15. o. li-
cet titubans, & in
tens, audetamen
scribere, Prmū cō-
stat nullum effe lo-
cū in diuinis rebu-
missib⁹, qui permittat invocare diuos,
nisi fortasse deter-
quere hoc placet,
quod diues in Euā
gelica parabola im-
plorat ep̄ Abrā-
hæ. Quāqā autē
in re tanta nonare
qui quā p̄ter autho-
ritatē scripture, me
in periculōsum ri-
der posuit, tamē in
uocationē diuorum
nusquam improbos
ep̄.
Resistantur hic &
sicut 2.4.25. 26. &c.
sumēta quibus san-
ctorū mortuorū in-
tercessionem confr-
mare intantur ad-
versarii. Prīmō o-
fenditūr non vale
re argumentum ab
angelis ad sanctos
mortuos, quum de-
uersum sit munus.
Heb. 1.12.
Psal. 91.17.
Psal. 34.8.8.
Hebr. 1.
Cor. 11.
Ephes. 3.
Secundūm argu-
mentū intercessio-
nis sanctorū ex Ie-
rem 15.1. & eius re-
satatio.

ego longe speciosius argumentabor in hunc modum, In extrema populi necessitate Moses non intercedebat, de quo dicitur, Si intercesserit. Ergo neminem alium intercedere verisimile sit, quum omnes à Mosis humanitate, bonitate & paterna sollicitudine procul absint. Id scilicet cauillando consequuntur, ut iis armis vulnerentur quibus se pulchre munitos putabant. At verò simplicem sententiam sic contorqueri valde ridiculū est: quia tantum pronuntiat Dominus populi flagitiis se nō parcitur, etiā si Moses aliquis patronus illis contingere, aut Samuel, quorum precibus se tantopere indulgentem praestiterat. Qui sensus ex simili Ezechielis loco lucidissimè elicitur, Si fuerint, inquit Dominus, isti tres in civitate viri, Noha, Daniel, & Iob filios & filias non liberabunt in sua iniustitia: sed animas tantum suas libetabunt. Vbi dubium non est quin iudicare voluerit, si renuiscere duos ex illis contingat, nam ierius et tempore superstes erat, Daniel scilicet, quem tum constat in primo adolescētiae flore incomparabile dedisse pietatis specimen. Eos igitur omitamus quos Scriptura clare demonstrat, cursum suum consumimasse. Ideo Paulus, quum de Davide loquitor, non docet precibus ipsum iuuare posteritatem, sed duntur et atati sue inseruiisse.

Act. 12. 36.

Tertium argumentum 24. Excipiunt rursus. Ego eos omni pietatis voto exuemus, qui initium intercessionis hil toto vitæ decisu quām pietatem, & misericordiam spuauerunt? Equi-
fanciōrum refutatur dem, ut curiosius excutere nolim quid agant, aut quid meditentur, ita ne
rbi de flatu sancto quaquam est probabile vatis & particularibus votis hoc illuc circunfer-
rum mortuorum et tū: sed potius stata atque immota voluntate in Dei regnū aspiciat, quod
corū affectū: neque non minū impiorum interitu quam filium salutē constat. Quod lū-
nata ipsis esse quā verum est: eorum quoque charitatem in communione corporis Christi
hic gerantur.

non dubium est contineri, nec latius patere quām fuit communionis illius natura. Iam vero tametsi in hunc modum pro nobis orare concedam, non tamen ideo à sua quiete discedunt ut distrahabantur in terrenas curas: ac multò minus à nobis ideo protinus invocandi erunt. Neq; id agendum ex eo consequitur quod qui in terris degunt homines, vicissim alij aliorum precibus cōmendare se postulant. Hoc enim alēndā in ipsis charitati officium seruit dum suas inter se necessitates veluti partitū tur, & mutuò suscipiant, Atque id quidem faciunt ex Domini praecepto, neque promissione destituantur: quā duo semper in oratione primastenit. Omnes eiusmodi rationes à mortuis absunt: quos à nostro contubernio dum subduxit Dominus, nullum nobis cum illis reliquit commercium, ac ne illis quidem nobiscum, quantum assequi licet coniecturis. Quod si quis causetur, fieri non posse quin eandem erga nos charitatem retineant, ut sunt vna nobiscum fide coniuncti: quistamen eousque longas illis esse aures reuelauit quā ad voces nostras portigantur? oculos etiam tam perspicaces qui necessitatibus nostris adiungilente? Nugantur quidem in suis vmbribus nescio quid de fulgore diuini vultus ipsos iradiante, in quo, ceu in speculo, res hominum ex alto despiciant, verū id affirmare, qua prælestum confidentia illi audent, quid est nisi per tumultuosa cerebri nostri somnia velle in abdita Dei iudicia, sine eius verbo penetrare & pertrumpere, ac Scripturam conculcare? quā toties carnis nostra prudentiam, sapientiæ Dei inimicā esse pronuntiat: vanitatem sensus nostri in vniuersi damnat: prostrata omni nostra ratione, solam Dei voluntatem à nobis vult spectari.

Quartū argumentum 25. Quā vero alia Scriptura testimonia propagnando huic suo mendacio asciscunt, pessimè contorquent. Sed enim, inquit, Jacob ut suum patrūmque Abraham & Isaac nomē super suam posteritatem invocetur, roget. Primum, videamus qualis ista sic invocationis forma inter Israelitas, non enim patres suos ad ferendas sibi suppeditias implorant: sed

Rom. 8. 6.

Gen. 48. 16.

sed Deum obtestantur quod servorum suorum, Abraham, Isaac & Jacob meminerit. Eorum ergo exemplum nihil iis patrocinatur qui ad sanctos ipsos sermonem habuerint. Verum quia stipites isti, qua sunt heretudine, nec quid sit nomen Jacob inuocate, nec cur inuocandum sit capiunt: non mitum si in ipsa quoque forma sic pueriliter titubant. Loquutio hæc non semel in Scripturis occurrit. Isaías enim virotum non men inuocati super mulieres dicit, dum eos habent maritorum loco sub quorum fide & tutela degant. Ergo inuocatio nominis Abraham super Israelitas, in hoc sita est dum generis sui originem ad eum referunt, eumque pro authore & parente suo memoria celebti colunt. Neque verò id faciat Jacob quod sit de propaganda nominis sui celebratates solitus: sed quum totam posteriorum beatitudinem constare noverit hereditate fœderis quod secum Deus pepigerat: quod illis bonorum omnium summum fore videt, comprecatur ut genere suo censeantur. id enim aliud non est quam fœderis successionem adeos transmittere. Illi vicissim, dum memoriam eiusmodi precibus suis inducunt, non ad intercessiones mortuorum suffugiant: sed Domino fœderis sui recitationem obiciunt, quod clementissimus Pater illis se propitium ac beneficium fore, in Abraham, Isaac & Jacob gratiam recipit. Alioqui quam patrum in Patrum merita sancti reclinauerint, testatur publica vox Ecclesie apud Prophetam, Tu pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignoravit nos, Tu Domine Pater noster, & redemptor noster. Ac dum sic quidem loquuntur, si nul addunt, Conuertete Domine propter s̄ tuos tuos. nullam tamen cogitantes intercessionē, sed ad fœderis beneficium animum aduententes. Nunc verò quum Dominū Iesum habeamus, in cuius manu non petculsum modō, sed cōfirmatum sit nobis æternum misericordiz fœdus: cuius potius nomen in pteibus nostris prætendamus? Et quoniam boni isti magistri his verbis Patriarchas volunt statui intercessores, scire ex ipsis velim cur in tanta turba ne minimum quidem apud eos locum obtineat Abraham Ecclesie pater. Ex qua collauie sibi aduocatos sumnat minimè ignotum est. Abraham, quem Deus alius omnibus prætulit, & quem euexit in sumnum honoris gradum, negligi ac supprimi quam consonantem sit mihi respondeant. Nempe quum palam esset talem usum vetet Ecclesie fuisse in cognitum, placuit, occultanda nouitatis causa de antiquis Patribus silere: ac si nominū diuersitas recentem & adulterum morem excusaret. Quod autem obiciunt quidam rogari Deum ut in Davidis gratia populi misereatur, adeo non suffragatur eorum errori, ut ad eius refutationē maxime sit efficax Nam si expendimus quam personam fuit nuerit David segregatus ab omni sanctorum cœtu, ut quod in eius manu pactum Deus pepigit, stabiliat. Ita & fœderis potius quam hominis habetur ratio, & sub figura Christi intercessio unica asseritur. Nam quod singulare fuit Davidi, quatenus Christi imago fuit, in alios non competere certum est.

26 Sed hocquodam scilicet mouet quodd sanctorum orationes sæpe leguntur exauditæ. Cur? Nempe quia orarunt. In te sperauerunt (inquit Propheta) & salvi facti sunt: clamauerunt, & non sunt confusi. Ote sanctorum mortuorum ergo & nos eorum exemplo, ut eorum instat exaudiamur. Hic verò, sum, contrà quam decet, præpostere ratiocinantur, non exauditi iri nisi qui semel exaudiiti sunt. Quanto melius Jacobus? Elias (inquit) homo erat nobis similis: & precatione precatus est ne plueret, & non pluit super terram annos tres & menses sex. Rursum oravit, & cœlum dedit pluviā, & terza dedit frumentum suum. Quid? An singularem aliquam Eliæ prærogatiuam colligit, ad quam sit nobis consugiendum? Minimè vero. sed E. iiiij.

*Cur Papiſtēnō ſu-
mant Abraham in
terceſſorem.*

** Psal. 132. 1. 10.*

*Quintū argumen-
tum interceſſionis
sanctorum mortuo-*

** Psal. 22. 5.*

Eacob. 5. 17.

vim propria que orationis perpetua docet, ut nos ad similiter orandum exhortetur. Nam Dei promptitudinem ac benignitatem in exaudiendis illis maligne interpretamur, nisi talibus experimentis confirmamur in certiore promissionum eius fiduciam: quibus non vni aut alteri, aut etiam paucis inclinatam fide autem suam pollicetur, sed omnibus qui nomen suum inuocauerint. Atque est minus excusabilis est infidelia hec, quod tot Scriptures admonitiones videntur quasi ex professo contemnere. Liberatus est sapius David Dei virtute, an ut eam ad se traheret ut eius suffragio liberaretur? Longe aliter affirmat ipse, Me expectant iusti donec rependas mihi. Item, Videbunt iusti, & gaudebunt, & sperabunt in Domino. Ecce pauper iste clamauit ad Deum, & respondicci. Multe in Psalmis sunt eiusmodi preces, quibus ad preceandum quod postulat hac ratione Deum prouocat, ne pudchiant iusti sed suo exemplo etigantur ad bene sperandum. Vno iam contenti sumus, Propterea orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Quem locum eo libenter cito quod non puduit tabulas, qui operam linguis merit ut ad defensionem Papatus locant, eum obtendere ad probandam mortuorum intercessionem. Quasi vero aliud velit David quam frumentum ostendere qui ex Dei clementia & facilitate proueniet ubi exauditus fuerit. Atque hoc in genere tenendum est, experientiam gratiae Dei, tam ergo nos quam erga alios, non vulgare esse adminiculum ad confirmandam promissionum illius fidem. Non recito plurimos locos ubi David Dei beneficia sibi proponit in fiducia materi*a* quia Psalmorum lectoribus sponte occurrit. Hoc idem suo exemplo prius docuerat Iacob, Minor sum eun*ds* miserationibus tuis & veritate quam preter*it* iusti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis egredior. Promissionem quidem allegat, sed non solam: quin simul effectum coniungit, quod animosius in futurum confidat eundem erga se Deum fide. Neque enim similis est mortalibus, quos liberalitatis sue tradet, vel quorum exhaustur facultas: sed a propria natura estimandus est, sicut prudenter facit David, Redemisti me (inquit) Deus verax. Postquam salutis sua laudem Deo tribuit, ad ungit veracem esse: quia nisi perpetuo similis sui esset, non satis firma sumi posset fiducia & inuocationis ratio ex eius beneficiis. Vbi autem scimus, quoties nobis auxiliatur, specimen ac probationem date bonitatis sua & fidei, timendum non est ne spes nostra pudeat, vel nos fructuatur.

Nefas trassi, preces
ad sanctos mortuos dirgere, quae
cultus hic vni Deo
semper est, proprio,
intercessions munera ad gloriam Christi
sum preciosum, quam non tollunt mutue
fides fiduum precepitque adulmor
tus, aut ad mortuus.

²⁷ Summa haec sit, quae Scriptura in Dei cultu hoc nobis summum caput commendet ut eum inuocemus (sicuti posthabitis omnibus sacris fictis a nobis hoc pie, cati officium exigit) non sine manifesto sacrilegio orationem ad alios dirigi. Vnde etiam in Psalmo dicitur, Si expandimus manus nostras ad deum alienum, nonne Deus requirit ista? Deinde quoniam Deus nonnulli ex fide velit inuocari, & disertè ad amissum verbis sui, orationes formata iubeat: denique quoniam fides in verbo fundata, sit sum preciosum, recte orationis mater: simulacrum a verbo deflectitur, orationem adulterari necesse est. Atqui iam ostensum est si consultetur tota Scriptura, illuc huc honorem soli Deo vindicari. Quod ad intercessions munus pertinet, etiam videmus Christo peculiare esse, nec ullam Deo gratam esse preicationem nisi quam Mediator ille sanctificat. Ac tametsi fideles ultra citroque preces apud Deum pro fratribus offerunt, hoc nihil vnic*a* Christi intercessioni derogate ostendimus: quia omnes simul ea subnixi tam se quam alios Deo commendant. Adhuc docuiamus in scite hoc trahi ad mortuos, quibus nusquam legitimus mandatum est: vt pro nobis orient. Sepe nos Scriptura hottatur ad mutuas huius officij vices: de mortuis ne syllaba quidem, imo Jacobus haec duo coniungens, ut confiteamur pec-

Iacob. 5. 16:

ccca

Psal. 142. 8.

Psal. 52. 8.

Psal. 34. 7.

Psal. 32. 6.

Genu. 32. 10.

Psal. 31. 6.

Psal. 44. 1.

cata nostra inter nos, & vicissim alij pro aliis oremus, mortuos & acicte excludit. Proinde ad hunc errorem damnandum sufficit vna illa ratio, exordium rite orandi nasci ex fide, fidem verò esse ex auditu verbi Dei, ubi nulli fictitiae intercessionis mentio: quia temere patronos sibi asciuit supersticio, qui diuinis datu non erant. Nam quin multis precandi formis referia sic Scriptura, nullum reperitur exemplum huius aduocatio-
nis, sine qua in Papatu nulla creditur esse oratio. Adhuc superstitionem hanc constat ex diffidentia natam esse: quia vel Christo deprecatore contenti non fuerint, vel eum omnino spoliuerint hac laude. Atque hoc posterius ex eorum impudentia facile coarguitur: quia non alio validiore argumento pugnant, opus nobis esse sanctorum patrocinio, quam dum obiiciunt nos esse indignos familiarii ad Deum accessu. Quod nos verisimiliter quidem esse fatemur, sed inde colligimus nihil eos Christo reliquum facere qui pro nihilo ducunt eius intercessionem, nisi accendant Georgius & Hippolytus, aut similes latrū.

28 Etsi autem oratio propriè ad vota & preces restringitur, tanta est tamen inter petitionem & gratiarum actionem affinitas, ut commode sub nomine uno comprehendendi queant. Nam quas * Paulus enumerat species, sub prius membrum huius partitionis recidunt. Rogando & pre- cando desideria nostra apud Deum effundimus, poscentes tam quæ sa- ciunt ad propagandam eius gloriam & illustrandum eius nomē, quam beneficia quæ vsui nostro conducunt. Gratias agendo, benefacti eius erga nos iusta laude celebramus, acceptum ferentes eius liberalitati quic- quid ad nos bonorum peruenit. Itaque duas istas partes simul comple- xus est David, Inuoca me in die necessitatis: eruam te, & glorificabis me. Psal. 50. 15

Vtrunque nobis continenter in vsu esse non abs te precipit Scriptura: tantam enim nostram esse inopiam alibi diximus, res vero ipsa clamauit ac tanta nos angustiis vnde virgari ac premari, ut satis sit cause omnibus cur assidue gemant & suspirant ad Deum, supplicantesque eum implorent. Nam et si à rebus aduersis sint immunes, sanctissimos tamē quoque stimulare debet scelerum suorum culpa, deinde innumerit tentacionum insultus ad expetendum remedium. In sacrificio autem laudis & gratiarum actionis nulla esse potest sine scelere interrupcio: quando non cessat Deus alia aliis beneficia cumulare, ut nos, quāuis lento & pigro, ad gratitudinem cogat. Denique tanta ac tam effusa beneficiorum eius largitas nos pene obruit, tot ac tam ingentia eius miracula, quaquam exsum species, certuantur, ut nunquam nobis desit laudis gratiarumque actionis argumentum ac materia. Atque, ut hęc planius aliquanto expli- centur, quom sic in Deo spes omnes opēque nostrae sit: et sunt (quod iam ante probatum est) ut neque nos, neque nostra omnia prosperē habe- bēti nisi eius benedictione possimus: assiduè nos ei nosti: que omnia o- portet cōmendemus. Deinde quicquid deliberaamus, loquimur, agimus, Iac. 4. 14 sub eius manu ac voluntate, sub spe denique auxilio eius deliberemus, I. Th. 5. 1. & 2. loquimur, agamus. Omnes enim à Deo maledicti pronuntiantur qui sui alteriusve cuiusvis fiducia, consilia agitant ac statuant, qui extra eius voluntatem, i. s. que noui inuocato, quicquam moluntur, aut inchoare tentant. Et quum iam aliquoties dictum sit, iusto cum honore asciri ubi bonorum omnium author ageretur: inde consequitur, sic ex manu eius suscipienda esse illa omnia, ut assida gratiarum actione prosequan- tur: nullāmq; esse iustum rationem qua eius beneficia usurpemus, quæ non alio fine ab eius largitate nobis proficiunt ac preponiunt, nisi etiam in laude eius confitenda & gratias agendis assidui sumus. Paulus enim, dum testatur per verbum & orationem sanctificari, simul induit, sine 1. Tim. 4. 5 verbo & oratione minimè sancta & pura nobis esse per verbum scilicet

Hic &c sic. 29. tra
H. aut de orationis
spectibus, Petitione, &
Gratiarum
actione: & de as-
dua fidelium exer-
citatione in verag.
* 1 Tua. 2. 1

- Psal. 40.4* fidem metonymicè intelligens. Proinde eleganter Dauid, dum percepta Dominii liberalitate, datum sibi in os canticum nouum prædictum: quo tecum inuit, in aliud canticum esse silentium, siquod eius beneficium tunc laude præterimus: quum toties benedicendi materiam nobis exhibeat quoties benefacit. Sicut etiam Iesuas, singularem Dei gratianam prædicans, ad canticum nouum & non vulgate horatur fideles. Quo sensu alibi Dauid, Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Similiter Ezechias & Ionas hanc sibi liberationis finem testantur fore, vi cananticis Dei bonitatem in templo celebrent. Hanc eandem legem Dauid generaliter piis omnibus prescribit. Quid refendam Domino (in iustitia) pro omnibus quæ in me contulit? Calicem salutum accipiam, & nomen Domini invocabo. Et eam sequitur Ecclesia alio Psalmo, Saluus es nos Deus noster, ut confiteamur nomini tuo, & gloriemur in laude tua. Ita respexit ad precem solitarij, & non contemptit pieces eorum. Scribitur hoc ad generationem posteram, & populus creatus laudabit Dominum, vt annuntient in Sion nomen eius, & laudem eius in Ierusalem. Item quoties obsecrant Deum fideles ut faciat properet nomen suum: sicut indignos se profertent qui obtineant quicquam propterea nomine, ita se obligant ad gratias agendas: & huic sibi rectum beneficium Dei visum fore promittunt, vt eius sint præcones. Sic Oseas, de futura Ecclesiæ, redemptio loquens, Aysen (inquit) iniquitatem ò Deus, & atolle bonum nos autem viulos labiorum solucemus. Nec modù linguae præconum sibi vendicant Dei beneficia, sed amorem sibi naturaliter conciliant. Dilexi (inquit Dauid) quia exaudiens Dominus vocem depreciationis nunc. Item alibi quæ senserat auxilia recitans, Diligam te Deus fortitudo mea. Nec verò vanquam placebunt Deo laudes quæ non fluent ex hac dulcedine amoris. Quintam tenendum est illud Pauli, vota omnia peruersa & virtuosa esse quibus non annexa est gratiarum actio. Sicut enim loquitur, In omni oratione (inquit) & obsecratione cum gravarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum. Nam quia multos impellit motus, tristitia, impatientia, dolor, acerbitas, & metus, vt orando obmurmurent, iubet ita temperari affectus, vt fideles, antequam adepti sint quod cupiunt, hilariter nihilominus benedicant Deo. Quod si haec copula in rebus ferè contraria vigere debet, eo sanctiore viuculo nos obstringit Deus ad canendas suas laudes, quoties nos votorum compotes facit. Sicut autem docuimus Christi intercessione conlectari nostris preces, quæ alioqui pollutæ essent, ita Apostolus, iubet nos per Christum offrire hostiam laudis, nobis ad celebrandum Dei nomen os non satis purum esse adinones, nisi intercedat Christi sacerdotium. Vnde colligimus prodigijs fascinatos fuisse homines in Papatu, ubi maior pars Christum vocari aduocatum miratur. Haec ratio est cur præcipiat Paulus sine intermissione & orate & gratias agere: volebas scilicet quanta fieri potest assiduate, omni tempore, omni loco, omnibus in rebus ac negotiis recte esse ad Deum omnium vota, quæ & omnia ab eo expectant, & omnium ei laudem referant, sicuti perpetua laudâdi otandi que argumenta nobis ostent.
die tentat Dominus: eos per ignominiam, paupertatem, tribulationem, *Gen. 22.1* & alias crucis species castigans. Sed aliter Deus tentat, aliter Satan: hic vt *Deut. 8.2, &c. 13.3* perdat, damnet, confundat, præcipite: Deus verò, vt suos probando, ex *Satan tentat, Deus* experimentum de eorum sinceritate sumat, & exerceendo tobut confit- tēat, sed suo modo, met: eorum carnem mortificet, excoquiat, adulat, que nisi in hunc mo- *plane scilicet alio-* dum coereceretur, lasciaret, & supra modum exultaret. Præterea Satan de quo vnde & fi- inermes & imparatos adoritur, ut incautos opprimat: Deus vñā cum nimbus fecit.

temptatione facit euentum, ut sufferte sui patienter possint quicquid illis *1. Cor. 10.13* immittit. Maligni nomine Diabolus an peccatum intelligamus quam- *2. Pet. 2.9*

minimum refert. Satan quidem ipse hostis est qui viræ nostre insidia- *1. Pet. 5.8*

tui: peccato autem armatus est iu nostrum exitium. Hęc igitur nostra est postulatio, ne viliis temptationibus vincamur ac obtuainur, sed Domini *Sūma 6.petitionis* virtute contra omnes aduersas virtutes, quibus oppugnamur, fortes ste- mus, quod est ne succumbere temptationibus: ut in eius custodia ac fidem.

suscepti, ac protectione eius securi, supra peccatum, mortem, inferorum portas, & torum Diaboli regnum inuestidur emus: quod est à maligno liberari.

Vires in vincendis betari. Vbi etiam diligenter animaduertit, di m' est, non nostrum esse à maligno liberari, petum ferre. Alto frusta aut per librum à Deo posceretur quod de arbitrio, sed c' s' domini apud nos esset. Sanè qui sui fiducia ad talen' se pugnam comparet, totas à Dei Spiritu tant, non sat' intelligunt cum quām pugnaci atque instru' & hoste sibi res su' Nunc petimus ab eius potestate liberari, tanquam ab ore insanii ac rabidi alicuius leonis, Ita im' eius dentibus ac vnguis dispersi, eius saucibus degleti' ndi, nisi nos Dominus e media morte eripiatis: hoc tamen simul scientes quod si Dominus aderit, ac pro nobis tacentibus pugnabit, in eius virtute faciemus virtutem. Cōfident alij ut volent propriis liberi arbitrijs (quas à se habere sibi videntur) facultatibus ac viribus: nobis satis sit, quod una Dei virtute stamus ac valemus. Plus autem ista precatio complectitur quām prima specie præ se ferat: nam si Dei Spiritus virtus nostra est ad cerram cum Satana depugnandum, victoriā referre antē non poterimus quām illo pleni omnem carnis nostre infirmitatem exuerimus. A Satana igitur & peccato dum petimus liberari, nouis gratia Dei incrementis locupletari subinde expetimus: donec ad plenum iis referti, de omni malo triumphemus. Durum & asperum videtur quibusdam, peti à Deo ne in temptationem nos inducat, quando eius natura contrarium est nos tentare, teste Iacobo. Sed iam ex parte soluta questio est, q' omnium temptationum quibus vincimur, concupiscentia nostra propriæ causa est, idéoque culpam sustinet. Neque aliud vult Iacobus, quām frusta & iniuste in Deum vitia trahiri quæ nobis imputare coginur: quia sumus eorum nobis conscijs. Ceterū non obstat quominus nos Deus ubi ita visum est Satana mancipet, prouiciat in sensum reprobum fœdāsque cupiditates, atque ita in temptationes inducat, iusto quidem iudicio, s'pē tamen occulto: quia sepe hominibus abscondita est causa quæ tamen apud eum certa est. Vnde colligitur non esse impropiam loquitionem, si persuasi sumus non absque ratione ipsis toties minari, quim percutient exercitate & obdurate cordis reprobis, h'c certa fore vindicta sua documenta.

47 Tresistæ precatio[n]es, quibus peculiariiter nos ac nostra omnia

Vide scilicet 38. Deo commendamus, euidenter ostendunt quod * ante diximus, Christianorum orationes publicas esse debere, ac in publicam Ecclesiam adificationem communionisque fidelium profectum spectare. Non enim sibi quisque priuatim dari quicquam postulat: verū omnes in communione panem nostrum, remissionem peccatorum, ne inducamur in tentationem, ut à maligno liberemur, possumus. Causa præterea subiicitur

De petendi audacia sancta, & fiducia cur tanta sit nobis & petendi audacia, & fiducia obtinendi: quæ tametsi obtinēdi, quā Deus in Latinis exemplaribus non extat, magis tamen appositi h'c quadam suis concedit. *Vide* quām ut omissa videatur: nempe quod eius est regnum, & potentia, & spes. *scilicet 11.12.* & gloria in secula seculorum. H'c solida tranquillaque est fidei nostra requies: nam si nostra dignitate nostra Deo orationes commendande essent, quis vel mutire coram eo auderet? Nunc, ut misertissimi simus, ut omnium indignissimi, ut omni commendatione vacui nunquam tamē orandi noscaus deficiat, nunquam fiducia destituet: quando nec Patri nostro regnum suum, potentia, gloria eripi potest. Ad finem additur, Amen: quo ardor desiderij exprimitur obunendi quæ à Deo petita sunt: & spes nostra confirmatur, huiusmodi omnia iam impetrata esse, & certò nobis concessum iri: quando à Deo promissa sunt, qui fallere nō potest. Atque hoc conuenit cum illa quam prius retulimus formula, Fac Domine propter nomen tuum, non propter nos, aut natiuitatem nostram: quia non tantum

Ibid. 14.36.37.

tantum finem votorum fuorum exprimit sancti, sed fatentur indignos se esse qui impetrant, nisi Deus causam a seipso petat: ac sibi exortandi esse fiduciam ex sola Dei natura.

48 Habemus quicquid a Deo petere debemus, ac omnino etiam possumus, descriptum hac formula, & velut orandi regula ab optimo magistro Christo tradita: quem nobis doctorem Pater praefecit, & quem numeris omnibus auscultari voluit. Nam & aeterna eius sapientia semper fuit: & homo factus, Angelus magni consilij hominibus datus est. Atque adeo numero omnibus absoluta est haec oratio, ut quicquid illi extraneum alicet. *Isa. 31.2.*
Vide. Aug de ora. ad Probat.

numquam additur, quod ad eam referri non possit, impium sit, & indignum quod a Deo probetur. Hac enim summa prescripta, quid se dignum, quid sibi acceptum, quid necessarium nobis sit, quid denique concedere ipse velit. Quamobrem qui ultra progrederentur, & praeter hec aliquid a Deo postulare, primum quidem sapientia Dei ex suo addere volunt (quod sine insana blasphemia esse non potest) deinde sub voluntate Dei non se continent: sed ea contempta, longius cupiditate euagantur. Postremo nihil unquam absque sunt, quoniam sine fide orient. Quin vero omnes eiusmodi orationes circa fidem sunt nihil est dubium: quia hic abest verbum Dei, quo nisi fides semper nictitur, stare nullo modo potest. Qui vero posthabita magistri regula suis votis indulgent, non modo verbo Dei carent, sed quantum omni conatu valent, aduersantur. Eleganter ergo non minus quam vere Tertullianus legitimam orationem nunquam cupauit: alias omnes ex leges & illicitas esse tacite indicans.

49 Haec ita nolumus accipi, quasi hac precandis formula astringamus, ut nec verbum aut syllabam mutare licet. Multae enim passim in Scripturis legitur orationes, verbis ab ista longe diversis, eodem tamen Spiritu conscriptae, & quarum usus valde utilis nobis est. Multae ab eodem Spiritu fidelibus assidue suggeruntur, quae verborum similitudine non ita multum conueniunt. Id duntaxat sic docendo agimus, ne quis omnino aliud querat, expectet, aut postulet, quam quod hac oratione summatim comprehensum est: & verbis licet diuerissimis, sensu tamen non variet. Quo modo omnes, & quae in Scripturis habentur, & quae ex piis preceptibus prodeunt orationes, in hanc certum est. nullam sane reperire usquam licet, quae huius perfectionem exquare, nedum superare possit. Nihil hic omnissimum est quod in Dei laudes cogitari, nihil quod homini pro suis commodis in mente venire debeat. & adeo quidem exacte, ut omnibus merito spes ablata sit melius aliquid tentandi. In summa ineinierimus haec diuinae sapientiae esse doctrinam, quae quod volunt, docuit: voluit autem quod necesse fuit.

50 Quaquam autem supra iam dictum est, sublatis ad Deum animis semper suspicendum, & sine intermissione orandum: quando tamen ea nostra est imbecillitas quae multis adminiculis sustentari, is noster exercitor qui calcaribus excitari opus habeat: conuenit ut sibi quisque nosciturum exercitationis causa peculiares horas constituant quae non sine oratione effluant, & quae totos animi affectos in hoc penitus occupatos habent: statuat ad precebeant: nepe dum manu surgimus, antequit a diuina operari aggredimur: dum modice sine sumendum ad pastum discumbimus. dum Dei benedictione pasti sumus, dum perstans obseruatio quiete nos recipimus. Haec modo sit non superstitionis horarum observatione, ceteras horas defuncti nobis videamus: sed imbecillitatis nostrae pedagogia, qua sic exerceatur, & Et res aduersae, & subinde stimuletur. Præsertim solicite curandum est, quoties aliqua terrena prosperitas, & no angustia aut ipsi premimur, aut premi aliquos videmus: ut ad eum statim ceterae, & aliorum, totatis non pedibus sed animis recurramus: deinde ne quam aut nostram tamen sunt stimuli aut aliorum prosperitatem præterite sinamus, quin laude ac gratiarum ad precios!

Defuga in persecuzione.

Precationi Dominicæ nihil addendum, est diuus verbi riti liberum est in concipiendis precibus.

* *sect. 28.29.*

actione manuum eius agnoscere nos testemur. Postremo, hoc in omni oratione diligenter obseruandum est, ne certis circumstantiis Deum aliquid certis circis ligare velimus, nec illi prescribere, quo quid tempore, quo loco, qua ratione factus sit. Qualiter hoc oratione docemur nullam illi legem figeret, diligenter, aut conditionem imponere: sed eius arbitrio permittere, ut quae facienda in omnibus factus est, qua sibi ratione, quo tempore, quo loco visum fuerit, faciat.

Propriea ante ipsam nullam pro nobis precem concipiimus, praesumus, ut eius voluntas fiat: ubi iam eius voluntati nostram subiungimus. quo non secus ac in electo freno coercita, Deum in ordinem cogere ne presumat, sed eum votorum omnium suorum arbitrium ac moderacionem statuit.

51. Si animis in hanc obedientiam compositis troui lentice Diuinæ legibus nos regi patitur, facile discemus in oratione per suorū, ac suorum patientia in precepientiā desiderio patienter expectare Dominum: certiusq[ue]am si minime candi exercitus, hic appareret, nobis tam en semper aesse, suo p[ro]tempore declaraturum quā non habuerit surdas aures precibus, q[ui]c in hominum oculis negligenter vi debantur. Erit vero isthac præsentissima consolatio, ne deficiamus, ac desperatione concidamus, si quando ad prima nostra vota Deus non respondet. Quemadmodum solent qui dum suo tantum ardore setuntur sic Deum inuocant, ut nisi ad primos impetus adfuerit, ac præsentiōne opem attulerit, statim iratum sibi infensumque fingant, & omnisp[er]t[er] exortandi abiecta, inuocare desinant. Quid potius sp[iritu] m[od]estram bene tempe rata animi aequitatem differendo, in eam perseverantiam insistamus, quæ tantopere nobis commendatur in Scripturis. Nam in Psalmis f[ac]iliter videtur licet ut David & reliqui fideles, dum precando sere laeti vi dentura aeternū verberasse, quia Deo furdo verba sparserint, non tamen a precando desistunt: quia sua verbo Dei autoritas non assentitur, nisi locatur eius fides supra omnes cœrctus. Deinde etiam ne Deum tentemus & nostra improbitate fatigatum adue sum nos prouocemus. quod multus solenne est, qui non nisi certa conditione cum Deo pacificetur, & perinde ahi sicut cupiditatū seruus esset, stipulationes suis legibus adstringunt, quibus nisi extēplo pateat, indignantur, tremunt, obloquuntur, murmurant, tumultuantur. Talibus ergo s[ecundu]m in futuro suo iratus concedit.

Nu. ii. 18. & 33. quod aliis in misericordia propitius denegat. Documento sunt filii Israël, quibus satius fuerat non exaudiiri a Domino, quācum cum carnibuse eius indignationem vorare.

52. Quod si demum nec post longam expectationem assequatur sensus noster quid orando profectum sit, nec fructum inde ullum sentiat: si des tamen nostra, quod sensu percipi non poterit, nobis certum faciet, nos obtinuisse quod expediebat, quando toties ac tam certo sibi cure fore molestias nostrar[um] Dominus recipit, ex quo semel in suum sinum deposita fuerint. Atque ita efficiet ut in paupertate abundantiam, in afflictione consolationem possideamus. Nam ut dicitur omnia Deus tamen nunquam nos dicit, qui expectationem ac patientiam suorum frustrati non potest. Erit ipse unus nobis pro omnibus: quando bona omnia in se complectitur quæ olim nobis revelabit in die iudicij, quo regnum suum planè manifestabit. Adde quod etiā si nobis annuat Deus, non tamen senserit ad disertā voti formulam responde: sed in specie nos spendens, in modo tamen incognito pieces nostras non vanas tulit ostendit. Hoc tibi volunt Iohannis verba, Si nouimus quod ait nos qui quid petierimus ab eo, nouimus quod habemus petitiones quas petimus ab eo. Diluta videtur hæc verborum superfluitas: sed aptime utilis est declaratio, quod scilicet Deus, etiam ubi nobis morem non gerit, precibus tamen nostris facilis est ac propitius, ut spes verbo eius inmixta nūquam nō fringat.

os frustretur. Hac verò patientia sustentari eosque opus habent fideles, ut non diu constarunt nisi in eam recumberent. Non enim leuis experimentis suos probat Dominus, nec molliet exercet: sed in extrema quæque sapientia adgit, & adactos, diu in eo luto hærente finit, antequam gustum suæ dulcedinis aliquem illis præbeat. Atque, ut a Hanna, Mortificat & viuificat: deducit ad infatos, & reducit. Quid hic possent nisi in qui animis, & in desperationem ruere: nisi afflitos, desolatos, & iam se 2.5.am. 2.6. immortuos hæc cogitatio erigeret se à Deo respici, & finem praesentibus malis affore? Vt cunque tamen eius specie securitate consistant, orate interea non desinunt, quandoquidem, nisi adit in oratione perseveranticonstantia, nihil orando agimus.

De electione aeterna, qua Deus alios ad salutem, alios ad interitum prædestinavit.

CAP. XXI.

I AM verò quodd non apud omnes perquam homines fœdus vita prædi-

catur, & apud eos quibus prædicatur, non eundem locum vel aqua- Necesse est ex totius

liter vel perpetuo reperit: in ea diuersitate mirabilis diuini iudicij operis sive tra-

altitudo se profert. Nec enim dubium quin aeternæ Dei electionis at- tatione suo loco e-

bittio hæc quoque varietas seruiat. Quod si palam est Dei natus fieri ut

alii vltro offeratur salus, alij ab eius aditu arceantur: hic magna & at

dux protinus emergunt questiones, quæ aliter explicari nequeunt quam

si de electione ac prædestinatione constitutu habeant pietates quædam

tenere conuenient. Perplexa (vt multis videtur) quaestio: quia nihil mi-

nus consentaneum putant quam ex communi hominum turba alios

ad salutem, alios ad interitum prædestinari. Ut autem perpetuam se ipsi

impediant, ex contextu postea liquebit. Addes, quod in ipsa que terret

caligine, non modo uilis huius doctrinæ, sed suauissimus quoque stu-

etus se profert. Nunquam liquidò vt decet persuasi erimus salu em no-

stram ex fonte gratiæ nisi recordia Dei fluere, donec innouerit no-

bis aeterna eius electio: qua hac comparatione gratiam Dei illustrat,

quod non omnes promiscue adoptat in spem salutis, sed dat aliis quod ex fonte gratiæ

aliis negat. Huius principij ignorantia quantum ex gloria Dei imminuat, miser cor & fluere

quantum veræ humilitati detrahatur, palam est. At qui quod ita cognitum est, Eius tres

necessarium est, cognosci posse negat Paulus, nisi Deus omisso prouersus, principiæ utilitates

operum respectu, quos aijud se decreuit eligat. In hoc (inquit) tempore Prima, Desglorie

reliquæ secundum electionem gratiæ saluæ fuerunt. Quod si per gra-

tiam, non iam ex operibus: quandoquidem gratia iam non esset gratia. Tertius gratia.

Si ex operibus non ex gratia: quandoquidem opus non esset opus. Si ad Secunda vera fi-

ctionis originem reuocandi sumus, vicem sit non aliunde quam ex liorum Dei humili-

mata Dei liberalitate contingere nobis salutem, qui hoc extinximus vo-

lunt, malignè quamvis in se est obscurant quod magnificè ac plenis bu-

cis celebrandum erat. & ipsam humilitatis radicem euellunt. Claret est te-

statut Paulus ubi residu populi salus electioni gratiæ adscribitur, tunc

demum cognosci, Deum inero beneplacito seruare quos vult, non

autem mercede rependete, quæ nulla deberi potest. Qui foret occlu-

dunt nequis ad gustum huius doctrinae accedere audeat, non minorem

hominibus quam Deo faciunt iniuriam: quia neque ad nos ut pat est hu-

miliandoz quicquam aliud sufficiet, nec quam simus obstricti Deo, ex

animo sentiemus. Nec verò alibi solidæ fiduciae fulta, etiam Christo

auctore: qui vt nos inter tot discrimina, insidias & letales confli-

ctus omni metu liberet, iniuriasque reddat, saluum fore promittiit quic-

quid à Patre accepit in custodiam. Ex quo elicimus continua trepidatione

2.5.am. 2.6.

Suauissimi feu-

dus esse ostenditur

doctrinæ prædesti-

nationis cognitio,

qua salutem instru-

etis illustratio in gratiæ

Prima, Desglorie

reliquæ secundum

electionem gratiæ

Tertius gratia.

Rom.11.5.

Secunda vera fi-

liorum Dei humili-

tatis.

Iohann.10.25.

cos pessimè & sibi & cunctis fidelibus consulere qui ad tres quas notauimus utilitatem cœxiendo, salutis nostræ fundamen' um e medio sublatum cuperent. Quid quod nobis inde emerit Ecclesia, que alioqui, ut recte docet Bernardus, non posset inueniri, nec inter creaturas agnoscit?

Serm. in Can. 7.8. **Hic & scilicet 2. ad-**
momenturij, qui cu-
pulsi, hic ultra scri-
pture limites prorū-
put in diuina sa-
pientiae adyta.

quia mito utroque modo latet intra gremium beatæ prædestinationis, & intra mattam misericordiam damnationis. Sed antequam tem' ipsi in ingrediōt, cum duplice hominum genere mihi bifarium præfundum est. Disputationem de prædestinatione, quam per se sit aliquantum impedita, valde perplexam acque adeo periculosam reddit hominum curiositas: qua nullis repugnulis coliberti potest quin & in veritas ambages evageatur, & in sublime le prospiciat: nihil, si liceat, arcini, quod non sceretur atque euoluat, Deo relictura. In hanc audaciam & improbitatem quum multos videamus paup'ru tuere, & in iis quosdam alioqui non malos: op' portunè admonendis sunt quis sit in hac parte officij sui modus. Primum ergo meminerint, in prædestinationem dum inquirunt, se in diuina sapientiae adyta penetrate, quò si quis secundè ac confidenter proclumpat, nec quo suam curiositatem satiet, assequetur, & labyrinthum ingredie, ut cuius nullum reperiet exitum. Neque enim æquum est ut quæ in seipso abscondita esse voluit Dominus, impune homo excusat: & sapientia sublimitatem (quam adorari & non apprehendi veluit, vt per ipsam quoque admirabilis nobis foret) ab ipsa aeternitate euoluat. Quæ nobis patet facienda censuit voluntatis suæ arcanæ, ea verbo suo prodidit. Censuit autem, quatenus nostra interesse nobisque conducere prouidebat.

Augu. hom. in Io-
han. 15.

Iohan. 16.12.

2 Petuenimus in viam fidei, inquit Augustinus, eam constanter teneamus. Ipsa perducit ad cubiculum Regis, in quo sunt omnes Ihesu'ri scientiae & sapientiae absconditi. Nō enim ipse Dominus Christus suis magnis & selectissimis discipulis inuidebat quum diceret, Multa habeo vobis dicenda: sed non potestis portare nunc. Ambulandum est, proficiendum est, crescendum est, vt sint corda nostra capacia eorum rerum quas capere modò non possumus. Quòd si nos ultimus dies proficiētes inuenierit, ibi discemus quod hic no potuimus. Hęc cogitatio si apud nos valeat, verbū Domini vnicam esse viam quæ ad inuestigandum quicquid de eo teneri sis est nos deducat, vnicum esse lumen quod ad perspiciem' quicquid de ipso conspici oportet nobis præluceat: facile nos ab omni temeritate retinebit ac colibebit. Sciemus enim ubi primum verbū fines excesserimus, nobis extra viā & in tenebris esse cuiuslibet in quo errare, labi, impingere identidem necesse sit. Sit igitur primum nobis hoc præ oculis aliani prædestinationis notiā appetere, quām quæ verbo Dei explicatur, non minoris esse insanias, quām si quis per in. iū incedere, vel in tenebris cernere velit. Neque vero nos pudeat aliquid in ea re nescire ubi est aliqua docta ignorantia. Quin potius libenter ab eius scientiae inquisitione abstineamus, cuius est cum stulta, tum periculosa atque adeo exitialis affectatio. Quòd si nos solicitat ingenij lascivia, semper illud quo rerundatur, opponere expediet, sicut nimium melis non bonum est, ita inuestigationem gloriaz nō cedere curiosis in gloriam. Est enim cur ab ea audacia abstineamus quæ nihil quām in ruinam præcipitate nos potest.

Pron. 25. 27.

Hic & scilicet 4. ad-
momenturij qui e-
muntur p' destinationis
scipientiæ iubent.

3 Sunt alij, qui dum huic malo medeti volunt, tantum non sepelii*iubent omnem prædestinationis mentionem, sane à qualibet eius quæ-*
mē p' destinationis *scipientiæ iubent.*

iubent omnem prædestinationis mentionem, sane à qualibet eius quæmē p' destinationis scipientiæ iubent. Non secus atque à scopulo, refugere docent. Quorum tametsi iustificationem scipientiæ iubent in eo laudata est moderatio, quòd tanta sobrietate delibada censent mysteria: quia tamē nimis infra modum decidunt, parum proficiunt apud humanum ingenium, quod se coegeri non temere patitur. Ergo, vñ hac

vt hac quoque in parte legitimum finem teneamus, redeundum erit ad verbum Domini, in quo habemus certam intelligentię regulam. Esten-
nū Scriptura, schola Spiritus sancti, in qua ut nihil prætermisum est,
scit & necessarium & vole, sic nihil docetur nisi quod scire conducat.

Quicquid igitur de prædestinatione in Scriptura proditur, caudendum est
ne ab eo fideles arceamus: ne videamur aut illos maligne fraudare Dei
sui beneficio, aut Spiritum arguere ac suggillare qui ea vulgarit que vti-
le sit villo modo suppumi. Permitramus, inquam, Christiano homini, cū
etis qui ad eum dicitur: Guntur Dei sermonibus mentem aureisque referare,
modo cum hæc temperantia, ut quum primum Dominus faciū os clau-
setur, ille quoque viam sibi ad inquietandum præcludat. Hic opimus so-
brietatis terminus eut, si non modò in discendo præuenti semper se-
quamus Deum sed ipso finem docendi faciente, sapete velle desinamus.
Neque tanti est quod timent periculum, ut à Dei oraculis avettete ani-
mos ideo debeamus. Celebre est Solomonis dictum, gloriam esse Dei ce-
lare verbum. Sed quum de te qualibet hoc promiscue non intelligi,
& pietas & sensus communis dicet: quærenda uobis distinctio est, ne
modestie & sobrietatis pretextu bruta inscitia nobis placeat. Ea verò *Deut. 29. 29.*
paucis à Moysi verbis dilucide exprimuntur: Arcana, inquit, sua sunt Deo
nostronobis autem & filiis nostris hæc manifestauit. Videmus enim ut
studium doctrinæ Legis populo commendet tantum à cœlesti decreto,
quia Deo placuit eam promulgare: populum verò eundem contineat
in iis cancellis, hac soli ratione, quia fas non est mortalibus se in arcana
Dei ingere.

4 At tripiunt subito, fateor, profani homines in prædestinationis me-
teria quod vel carpant, vel cœidunt, vel allarent, vel subsannent. At
si nos abstinet eorum procacitas, celanda erunt præcipua quæque fiduci-
dogmata, quorum fere nullum à blasphemia iniuiolatum aut ipsi aut eo-
rum similes relinquent. Refractarium ingenium non minus insolenter
se efficeret, quum audierit tres in Dei essentia subesse personas, quam si au-
diat Deum præuidisse quid de homine futurum efficeret quum crearet. Nec
abstinebunt à cachinnis quum intellexerint paulum supra quinque an-
norum millia effluxisse à creatione mundi, quærent enim cur tandem o-
tiosa fuerit ac sopita Dei virtus. Nihil denique proferetur quod non lu-
dibriis suis impetrat. Quòd hæc factilegia compescamus, an de Filij & Spi-
ritus diuinitate tacendum? an silendo trāmittenda mundi creatio? Imò
verò potentior est & in hac parte & vbiique Dei veritas quam ut impio-
rum maledicentiam reformidet, quemadmodum & Augustinus in opus *Cap. 15. r. 7q, ad 20.*
culo de bono perseuerantie valide contendit. Videmus enim pseudoa-
postolos non potuisse efficiere, veram Pauli doctrinam infamando ac cri-
minando, ut cum iphius pudet. Quod autem piis quoque mentibus peri-
culosam esse dicunt totam hanc disputationem, * quia sit exhortationi *Vide c. 23. sed. 12.*
bus aduersa, quia fidem quatefaciat, quia cor ipsum conturbet atque exa *13. 14.*
nimet: nane est. His ob causas redargui se solitum non dissimulat Augu *De bono perf. c. 14.*
stinus quod prædestinationem nimium liberè prædicaret. sed, quod illi
promptum erat, abundè resellit. Nos autem, quia multæ & variæ huc
ingeruntur absurditates, vnamquaque suo loco diluendam seruare ma-
luimus. Tantum illud in uniussum obtinere apud eos cupio, ut quæ in
occulto recondita Dominus reliquit, ne scrutemur: quæ in apertum pro-
tulit, ne negligamus: ne aut una ex parte nimia curiositas: aut ex alte-
ra, ingratitudinis dampnemur. Nam & illud scitè ab Augustino dictum *Lib. 5. De Gene. ad*
est, nos tutò Scripturam sequi posse, quæ velut materno incessu submis literam,
fus graditut, ne infirmitatem nostram deserat. Qui verò tam cauti sunt
vel timidi ut prædestinationem obruiā cupiant, ne debiles animas con-

turbet: quonam obsecro colore tegent suim arrogatiā, quum oblique Deum insinulent stulta incogitante, quasi periculum, cui prudenter occurrere sibi videntur, non praeuiderit? Quis quis igitur prædestinationis doctrinam nūdīa ḡ auat, aperte maledicit Deo: ac si inconsideratē ei elaplum foret quod est Ecclesiæ noxiū.

Perpetrā prædestina- Prædestinationem, qua Deus alios in spem vitæ adoptat, alios ad*nationis causam pōm p̄ceptentiam.* iudicat & cetera morti, nemo, qui velit pius censeri, simpliciter negare aut detestari eam in multis cauillis inuoluunt, præsertim verò qui præscientiam faciunt eius causam. Ac nosquidem utrunque in Deo statuimus: sed præpostorē dicimus alteram alteri subici. Præscientiam quum tribuimus

Quid sit præscien- Deo, significamus omnia semper fuisse ac perpetuò manere sub eius o-
tia Des. cālis: ut eius notitiae nihil futurum aut præteritum, sed omnia sunt præ-
sentia & sic quidem præsentia, ut non ex ideis tantum imaginetur (qua-
liter nobis obue-santur ea quotum memoriam mens nostra retinet) sed
tanquam ante se posita vere intueatur ac cernat. Atque hæc præscien-
tia ad uniuersum mundi ambitum & ad omnes creaturas extenditur.

Quid prædestina- Prædestinationem vocamus æternū Dei decretum, quo apud se consti-
tutum habuit quid de unoquoque homine fieri velle. Non enim pati
conditione creantur omnes: sed alius vita æterna, alius damnatio æterna
præordinatur. Itaque prout in alterutrum finem quisque conditus est, ita
vel ad vitam vel ad mortem prædestinatum dicimus. Hanc verò Deus
non modo in singulis personis testatus est, sed specimen eius in tota A-
braha sobole edidit, unde palam fieret, in eius arbitrio esse qualis cuius

Prædestinationis que gentis futura sit conditio. Quum diuideret altissimus gentes, & se-
exemplum in tota pararet filios Adam, pars eius fuit populus Israel, funiculus hereditatis
Abræha sobole, a- eius. Ante omnium oculos est segregatio in Abrahæ persona, quasi
liarum gentiū re- in ardo trunco, populus unus alii reiecti peculiariter eligitur: causa
spectu, confirmatur verò non apparet, nisi quod Moses, ut posteris ansam gloriandi præci-
multis testimoniis dat, gratuito tantum Dei amore excellere eos docet. Liberationis enim
Scripture hanc assignat causam, quod Deus Patres dilexerit, & elegerit semen eo-
rum post eos. Expressius salio capite. Non quia reliquias gentes superfluis
Deut. 32. 8. numero, complacuit eis in vobis ut vos eligeret: sed quia dilexit vos. Sa-
Deut. 4. 37. pius eadem apud ipsum admonitio repetitur, En Dominī Dei tui cœlū
Deut. 7. 8. est, terra, & quæcunque in ea sunt: & tantummodo complacuit sibi in pa-
Deut. 10. 14. tribus tuis, & amavit eos, elegitque vos semen eorum. Item illis alibi
Deut. 23. sanctificatio præcipitur, quod electi sint in populū peculiarem. Et ali-
Psal. 47. 5. bi iterum dilectio asseritur esse protectionis causa. Quod etiam fideles
Deut. 9. 6. una voce prædicant, Elegit nobis hereditatem nostram, gloriam Iacob
quem dilexit. Dotes enim quibus ornati à Deo erant, omnes in gratitudi
amorem transcribunt: non modò quia sciebat nullis eas meritis se ade-
ptos, sed ne sanctum quidem Patriarcham ea fuisse virtute prædictum ut
sibi & posteris tantam honoris prærogatiuam acquireret. Et, quò validius
conterat omnem superbiam, exprobat nihil tale fuisse promeritos,
quum populus sit contumax ac dutæ ceruicis. Sæpè etiam odiose &
probri loco hanc electionem Prophetæ Iudei obiiciunt, quoniam ab
ea turpiter desciuerant. Quicquid sit, nunc in medium prodeant qui
Dei electionem volunt attingere vel dignitati hominum, vel operum
meritis. Quim videant gentem unam aliis omnibus præteriti, audiant
nullo respectu addactum fuisse Deum, ut in paucos & ignobiles, dena-
de etiam prauos & immorigeros esset propensior: cum cōne litigabunt,
quia tali misericordia documentum proferte voluit? Atqui neque ob-
stuperis suis vocibus opus eius impedit, nec conuictorum lapides
Psal. 95. 7. et 100. 3. in cœlum iactando, iustitiam eius ferient aut ledent: quin potius
in eorum capita resident. Adhoc etiam principium gratuitū fœderis
toua;

reuercantur Israelitæ, vbi vel gratia Deo agendæ sunt, vel spes in futurū tempus erigen la. Ipse fecit nos, & non ipi nos (inquit Propheta) populus eius, & oves pascuorū eius. Non est superuacua negatio, quæ ad nos excludit nos adiutum, vt sciant bonorum omnium, quibus excellunt, Domini non modò esse authorem, sed à seipso causam lumpissimæ, quia nihil in ipsis erat tanio honore dignum. Merito etiam Dei beneplacito contentos esse iuber, his verbis, Semen Abraham, seruire iusti Jacob, electi eius. Et postquam continua Dei beneficia recensuit tanquam electionis fructus, tandem conculcit, ita liberaliter ecclie, quia recordatus est fœderis sui. Cui doctrina respondet totius Ecclesiæ canitum, Dextra tua & lumen vultus tuus Patribus nostris dedit te, et quia complacitum tibi est in illis Notandum verò est, vbi sicut et menu, symbolum esse visibile arcana gregationis, in qua continetur adoptio. Ad eam, domini gratitudinem populum habuit David, Beata gens cuius Iehonah est Deus. populus quem elegit in hereditate sibi Ad bonam spem verò animat Samuel, Non deseret vos Deus propter magnum nomen suum: quando placuit ei vos sibi creare in populum, Quomodo & si ipsi David, dum impetravit eius fides, ad pugnam armat: Beatus quem elegisti, habitabit in atristus. Quia autem electio, in Deo abscondita, tam liberatione prima quam secunda aliisque inter mediis beneficiis sancta fuit, illuc transfertur verbum eligendi apud Isaiam. Miserebitur Deus Jacob, & eligit adhuc de Istr. 1. quia futurum tempus designans, collectionem residui populi, quem visus fuerat abdicasse, signum fore dicit stabilis firmaque electionis, quæ simul excidisse visa fuerat. Quum etiam alibi dicitur, Elegite, & non abiici te: continuum insignis liberalitatis paternæ benevolentiae celsura commendat. Appellans apud Zachariam Angelus, Eligit adhuc Deus Ierusalem, quasi eam durius castigando reprobasset, vel exilium fuisse electionis interruptio: quæ tamen inuolabilis manet, licet non semper apparet signa.

6 Addendum est secundus gradus restrictionis, vel in quo conspicua ostenditur etiā spes fuit Dei gratia magis specialis: quando ex eodem genere Abraham alios repudiavit Deus, alios in Ecclesiæ fouendo, se intet filios retinere ostendit. tis, qua inter filios Ismael patre initio gradum cum fratre Isaac adeptus erat: quia spirituale fœdus in eo non minus obligatum fuerat symbolo Circuncisionis. Exceditur ille: inde Esau: postremo innumera multitudo & totus fœderè Israel. In Isaac vocatum fuit semen: eadē vocatio in Jacob duravit Simile exemplum edidit Deus Saulem reprobando: quod etiam in Psalmo magnifice prædicatur, Repulit tribum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit: sed elegit tribum Iuda. Quod aliquoties facta historia repetit, quod melius in ista mutatione admittibile gratia Dei arcuum patet. Vito suo & culpa, fateor, excederūt ab adoptione Ismael, Esau, & similes: quia apposita erat cōditio, vt fideliter colerent Dei fœdus quod perfidi violarunt. Fuit tamen hoc singulare Dei beneficium, quod eos reliquis Gentibus præferre dignatus fuerat: sicut dicitur in Psalmo, Non ita fecit alii Psal. 47. 20. nationibus, nec iudicia sua manifestauit eis. Ceterum hic duos gradus electionis notandos esse non temere dixi: quia iam in totius gentis electione etiā non necesse ostendit Deus se in mera sua liberalitate nullis legibus astrinximus: sed hinc notandum: nempe berū esse, vt minimè ab eo exigenda sit equalis grata partitione: cuius in generalē totius Aequalitas ipsum verè esse gratuitam demonstrat. Ideo Malachias Istræbrahe, seminis, & his ingratitudinem amplificat, quod non tantum ex toto genere humano electi, sed etiam ex sacra domo in peculium segregati perfide & imbecilam in illo semine, pī demandant beneficium Patrem spernant. Nonne frater era Esau Iacob, & inquit. Atqui Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Sumit enim Deus pro confusione, quum uterque esset progenitus ex sancto patre, & fœderis

Psal. 105. 6.

Psal. 44. 4.

Psal. 33. 12.

Psal. 65. 5.

Psal. 14. 1.

Psal. 2. 12.

Psal. 41. 9.

Psal. 2. 12.

Psal. 47. 20.

Malach. 1. 2.

successor, denique ramus ex sacra radice: iam filios Jacob nō fuisse vulgariter obstricatos, qui in illam dignitatem asciti fuerant. sed quum teste-
to Esau primogenito, pater eorum, qui natura erat inferior, h̄c factus
esse, bis ingratis coarguit, ac conqueritur dupli illo vinculo non fuis-
se retentos.

De predestinatione

pia & doctissima
scribente Lutherū
vide, Tom. I. pag.
86. inf. & pag. 87.
in fin. Tom. 3. Psal.
22. versi. 6. Tomo 5.
in c. 17. Ioannis. I.
cem in prefatione in
Epiſtolā ad Romā.
Itē aduersus Era-
ſmū de ſecuro arbi-
trio. pag. 429. 430.
433. 452. 462. 463.
Item in Psal. 139.

7. Quinquam satis iam liquet Deum occulto consilio liberè quos
vult eligere, aliis rejectis: nondum tamen nisi dimidia ex parte expōta
est gratuita eius electio, donec ad singulas personas ventum fuetur, qui
bus Deus non modo salutem offert, sed ita assignat ut suspensa vel du-
bi non sit effectus certitudo. Hi in semine illo unico censemur cuius
meminit Paulus. nam et si adoptio in manu Abrahæ fuit deposita, quia
tamen multi ex posteris quasi putrida membra reſecti sunt: ut efficax &
vere stabilis sit electio: necesse est ascendere ad caput in quo electos suos
celestis Pater inter se colligunt, & ibi inseparabili nexu deuinxit. Ita in
adoptione generis Abrahæ eniuit quidem liberalis Dei fauor, quem a-
llis negavit, in Christi tamen membris lōgē præstantior eminet vis gra-
tie: quia capitii suo insiri nunquam à salute excludit. Scirè itaque Pau-
lus ex Malachiz loco quem nuper citauit ratiocinatur, vbi Deus, interpo-
lione modum in parte subesse, ut non omnes promiscua gratia efficac-
citer eligat. Quod dicitur, Jacob dilexi, pertinet ad totani sobolem Pa-
triarchæ, quam Propheta illuc opponit posteris Esau. Hoc tamē non ob-
stat quominus in persona vnius hominis specimen electionis propositū
nobis fuerit, quæ effluere non potest quin ad metam suam perueniat.
Hoc Paulus vocati reliquias non frustra obſeruat: quia experientia ostē-
dit ex magna multitudine plerosque dilabi & euanscere, ut ſepiuſ ma-
neat exigua tantum portio. Quod autem generalis electio populi non
semper firma & rata fit, in promptu feoffert ratio: quia cum quibus pa-
ciscitur Deus, non protinus eos donat Spiritu regenerationis, cuius virtute
vsque in finem in fœdere perseverent: sed externa mutatio absque in-
teriori gratiae efficacia, quæ ad eos retinendos valida erit, medium quid-
dam est inter abiectionem humani generis, & electionem exigui piorū
numeri. Hereditas Dei vocatus est totus populus Israel, ex quo tamen
multi fuerunt extranei: sed quia non de nihilo pepigerat Deus se patrē
& redemptorē illius fore, gratuitum suum fauorem potius respicit quā
perfidam multorum defectionem: per quos etiam non abolita fuit illius
veritas, quia vbi sibi residuum aliquid feruauit, vocationem eius appa-
ruit esse absque pœnitētia. Nā quod sibi Deus Ecclesiā subinde ex filiis
Abrahæ potius quām ex profanis gentibus collegit, rationem habuit fœ-
deris sui: quod ab ipfa multitudine violatū ad paucos restrinxit, ne prot-
sus intercederet. Denique communis illi adoptio seminis Abrahæ, vñib⁹
quisdam imago fuit maioris beneficij quo Deus aliquos ex multis, di-
gnatus est. Hęc ratio est cur tam sedulo discernat Paulus filios Abrahæ
secundum carnem à spiritualibus, qui ex ēp̄lo Iſiac vocati sunt: nō quod
simpliciter esse Abrahæ filium res fuerit in anis & iniunctuosa (quod nō
sine fœderis contumelia diceretur) sed quia immutabile Dei consilium,
quo sibi prædestinavit quos voluit, efficax demum per se his solis poste-
rioribus in salutem fuit. Donec autem productis Scriptura locis quid
fieriendum sit liqueat, ne in vtranuis patrem sibi præindictum afferant
leſtores monco. Quod ergo Scriptura clatè ostendit, dicimus, eterno, &
immutabili consilio Deum semel constituisse quos olim semel assumere
vellet in salutem, quos rursus exitio deuouit. hoc consilium quo ad
electos in gratuita eius misericordia fundatum esse assertimus, nullo hu-
manæ dignitatis respectu, quos verò damnationi addicit, his iusto qui-
dem &

dem & irreprehensibili, sed incomprehensibili ipsis iudicio, vix adi-
tum precludi. Iam vero in electis vocationem flatuimus, electionis te-
stimonium. Iustificationem deinde, alterum eius manifestandum symbo-
lum, donec ad gloriam in qua eius complementum extat, peruenitur.
Quemadmodum autem vocatione & iustificatione electos suos Domi-
nus signat, ita reprobos vel à notitia sui nominis, vel à Spiritu sui san-
ctificatione excludendo, quale maneat eos iudicium istis veluti notis
aperit. Multa hic præteribo figura, quæ ad euertendam prædestinatio-
nem committuntur sunt stulti homines. Non enim refutatione in gentes,
quæ simulac proferuntur, suam ipsa falsitatem abunde redarguant. In us-
tantum immorabitur vel de quibus inter doctos disceptatur, vel quæ dif-
ficultatem simplicibus adferre possint, vel quæ speciosè ad fuggillandam
Dei iustitiam prætendit impietas.

Confirmatio huius doctrinæ ex Scripturæ testimoniis.

CAP. XII.

Hæc omnia quæ posuimus controvertia apud multos non carent, *Deiis qui prædicti*
maxime gratuita fidelium electio: quæ tamen labefactari non potest. *nationis causas, a-*
test. Vulgo enim existimant Deum, prout cuiusque metita fore erunt præcentiam
præuidet, ita inter homines discernere. quos ergo sua gratia fore non *meritorum,*
indignos præcognoscit, eos in filiorum locum cooptare: quorum inge-
nia ad malitiam & impietatem propensura dispicit, eos mortis damnationi deuouere. Sic interposito præscientia velo electionem non modo
obscuranit, sed originem aliunde habere fingunt. Neque hæc vulgo rece-
pta opinio solius vulgi est: habuit enim seculis omnibus magnos autho-
res. Quod ingentie fator, ne quis causa nostræ magnopere obfuturum
confidat si eorum nomina contra opponantur. Ceterior est enim hic
Dei veritas quam ut concutiat, clarior quam ut obruatur hominum
authoritate. Alij verò neque in Scriptura exercitati, neque illo suffra *Deiis qualitatibus* Deo
gio digni, maiori improbitate sanam doctrinam lacerant, quam ut tolle intendant, quod
rabilis sit eorum proceruia. *Quia Deus eligens suo arbitrio quosdam, a quo dila cuit electis*
lios præterit, item ei intendunt. Verum si res ipsa nota est, quid proficiat præterit.
contra Deum iurgando? Nihil docemus quod vsu compertum non sit,
Deo quibus vult gratiam suam erogare liberum semper fuisse. Non quæ *Hoc atque illuc. 21.*
ram *vnde alii posteritas Abrahæ præcelluerit, nisi ex illa dignatione* fact. 5.
cuius extra Deum causa non inuenitur. *Respondeant cur homines sint* *Electione quædā ge-*
magis quam boues aut asini, quum in manu Dei esset canes ipsos fingere *neraliss, quæ genit*
ad imaginem suam formauit. Concedentne brutis animalibus de sua sorti humanū discerni-
te cum Deo expostulare, quasi iniustum sit discrimen? Certe prærogativæ a brutis.
ua quam nullis meritis adepti sunt, eos portiri nihil. Equus est quam *Electione specialis*
Deum sua beneficia pro iudicij sui mensura variè distribuere. Si ad per in genere humano,
sona transilient, ubi magis odiosa illis est inæqualitas, saltem ad Christi
exemplum debent expauescere, ne de sublimi hoc mysterio tam se-
cure garrant. Concipitur ex semine Davidis mortalis homo: quibus
virtutibus promeritum fuisse dicent ut in ipso vetero fieret caput Ange- *Aug. de corre. &*
lorum, unigenitus Dei filius, imago & gloria Patris, lux, iustitia & salus *gratia ad Valent.*
mundi? Hoc prudenter animaduertit Augustinus, in ipso Ecclesiæ capite *num. cap. 5.*
lucidissimum est: gratuitæ electionis speculum, ne in membris nos con- *Itē de bono perficie*
turbanter, nec iuste viuendo factum esse Filium Dei, sed gratianō he- *ranti. cap. viij*
nore fuisse donatum, ut alios postea faceter donorum suorum con- *Aug. de virtutib. A-*
fentes. Hic si quis querat cur non alij quod ille, vel cur ab illo nos o- *to. Serm. 8.*
mnes tam longo intervallo distemus, cur nos omnes corrupti, ille
pudicas: non modo vesaniam suam, sed impudiciam suam quoque si.

G. J.

Ephes. i. 4.

mul prodet. Quod si pergunt velle Deo liberum ius eligendi ac reprobandi etipere, simul etiam quo idatum est Christo auferant. Nam quid de vnoquoque pronuntiet Scriptura oper. et p[ro]pteritum est attendere: Paulus quum docet nos in Christo electos fuisse ante mundi creationem, omnem certe dignitatem nostram respectum tollit perinde enim ac si diceret, quoniam in uniuerso A[et]erne semine nihil cl[er]icatione sua dignum repetiebat celestis Pater, in Christum suum oculos conuerisse: ut aqua in ex eius corpore membra eligeret quos in vita consortium sumpturus erat. Valeat igitur apud fidèles hac ratio, i[te]co nos in Christo fuisse in cœlestem hereditatem adoptatos, quia in nobis ipsis non eramus tanta excellentia capaces. Quod & alibi quoque notat, quum horatur ad gratiatum actionem Colossenses, ex eo quod diuinitus redditi faciunt idonei ad participandam sortem sanctorum. Si ergo iam istam Dei, ut idonei ad gloriam futuram vitæ obtinendam reddamur, procedit electio: quid iam reperitur in nobis Deus ipse quo ad eligendos mouetur? Apertius etiamnum altera eius sententia quod exprimetur. Igitur nos, inquit, antequam iacerentur mundi fundamenta, secundum beneplacitum voluntatis sue, ut essemus sancti & immaculati, & irreprehensibilis in conspectu ipsius. Vbi Dei beneplacitum quibuslibet nostris meritis opponit.

2 Quod solidior sit probatio, singulas eius loci partes notare operam. prestitum est, quæ simul connexæ nihil dubitationis relinquent. Electos nominans, minimè dubium est quin si leles compelleret, sicuti etiam mox assentit, quare nimis scđo commento deputauit nomen illud qui ad æternum detorquent quæ publicatum fuit Euangelium. Electos fuisse dicens ante creatum mundum, omnem dignitatem respectum tollit. Quæ enim discriminis ratio inter eos qui nondum erant, & qui deinde in Adam patres futuri erant? Nam si electi in Christo, sequitur non modò unum quemque extra se, sed etiam alios ab aliis segregatos, quando videmus non omnes esse Christi membrorum. Quod additur fuisse electos, ut essent sancti, errorem aperte refutat qui electionem ex præscientia deducit, quando tecum clamat Paulus, quicquid virtutis in hominibus appareret, electionis esse effectum. Nam si causa superior queritur, responderet Paulus Deum ita prædestinasse, & quidem pro voluntatis sue beneplacito. Quibus verbis evenerit quæcunque in seipsis imaginatur homines electionis sue media, nam & quæcunque ad spiritualem vitam beneficia confert Deus, ex hoc uno fonte manante docet, quia elegit quos voluit Deus, &, antequam nati essent, gratia quæ dignari eos solebat, seorsum illis deposita habuit.

3 Vbicunque vero regnat hoc Dei placitum, nulli in considerationem veniunt opera. Antithesis quidem hic non prosequitur, sed subaudienda est, qualis alibi explicatur ab ipsomet. Vocavit nos, inquit, vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositionem suum, & gratiam quæ data est nobis à Christo ante tempora secularia. Et iam ostendimus in eo quod sequitur. Ut essemus sancti & immaculati, scutulorum omnem admisi. Dic enim, Quoniam futuros præuidit sanctos, ideo elegit: & ordinem Pauli inuenies. Sic ergo colligere iutò potes, si elegit nos ut sancti essemus, non elegit quia futuros tales præuidebat. Pugnauerim inter se h[oc] duo, habete pios ab electione ut sancti sint, & ad eam ratione operum peruenire. Neque valet h[oc] cauillum quod subinde configiunt, nullis præcedentibus metitis Dominum rependere electionis gratiam, futuristamen concedere. Quum enim dicitur electos fuisse si leles ut sancti essent: simul innuitur, quæ in ipsis futura erat sanctitas ab electione habuisse exordium. Et quomodo quid sit istud verbum, quæ ab electione deriuantur, electioni causam dedisse? Id ipsum quod dixer-

Ephes. i. 4.

Hic & sed. 4.5.
6. 7. 11. ostenditur
Deut[er]ia in electione,
quām reprobatione in
nullā rationē
habuisse operū, nec
prædictitorum, nec
futurorum, sed il-
lius beneplacitum
esse causam r[ati]onis
que.

2. Tim. 1.9.

dixerat, videtur magis postea confirmare, ubi ait, Secundum propositum voluntatis suæ, quo I proposuerat in semetipso. siquidem Deum in semet ipso proposuisse, perinde valet acsi diceretur nihil extra se considerasse, *Ephes. 1. 5.* cuius rationem in decernendo haberet Itaque protinus subiicit hic per tinete totam electionis nostræ suminam, ut simus in laudem diuinæ gratie. Certè Dei gratia non sola prædicari in electione nostra meretur, nisi hæc gratuita sit. Porro hæc gratuita non erit, si in suis eligendis Deus ipse qualia sint futura eiusque opera reputat. Proinde quod suis discipulis dicebat Christus, in vniuersum valere inter omnes fideles cōpetitur. Non vos me elegitis: sed ego elegi vos. Vbi non præterita tantum me. *Iohann. 15. 16.* ita excludit, sed nihil habuisse in seipsum significat cur eligerentur, nisi *Rom. 11. 35.* sua misericordia anteuenisset. Quomodo & illud Pauli intelligendum, Quis prior dedit illi, & retributionem accipiet? Siquidem ostendere vult sic Dei bonitatem homines præuenire, ut nihil apud ipsos nec præterit, nec futurum reperiatur, quo ipsis concilietur. *Rom. 9. 5.*

4. Nam ad Romanos, ubi argumentum hoc & repetit altius, & fusius prosequitur, negat omnes esse Israelitas qui progenii sunt ab Israele: quia etiā iure hereditario omnes essent benedicti, successio tamen non ad omnes per eum transibat. Origo huius disputationis erat ex superbia falsi Iudei gloriae Iudaici populi, nam quum sibi Ecclesia nomen assererent, volebant à suo aribito pendere fidem Euangelij. Sicuti hodie libenter Papista fieri, ut hoc colore se in Dei locum substituerent. Paulus, quanvis concedat sanctam esse Abram progeniem ratione fæderis, contendit tamen extraneos esse in ea plerosque: neque id modò quia de generentur tamen ex legitimis adulterini: sed quia in summo fastigio eminat ac regnet species Dei electio, quæ sola tam illius adoptionem fecit. Si alios sua pietas stimularet in spe salutis, alios abdicaret sola sua defectio: stultè profecto & absurdè Paulus ad arcuam usque electionem lectores eucheret Iāsi Dei voluntatis (cuius causa extra ipsum neque apparat, neque quærenda est) alios ab aliis discernerit, ut nō omnes filii Israël sint veri Israelites, frustra cuiusque conditio in seipso initium habere singitur. Longius deinde rem prosequitur sub exemplo Jacob & Esau, nā quā ambo essent filii Abraham, pariter inclusi in utero matris, primogeniturae honorē transferri ad Jacob, pottero fratris fuit mutatio: quia tamen Paulus contendit testam suisse electionem unius, & alterius repudiationem. Quætitur origo & causa, quām præscientiæ doctores in hominum virtutibus & virtutis expositum esse volunt. Hoc enim illis facile cōpendium est, Deum monstrasse in persona Jacob, se gratia sua dignos eligere: in persona Esau, se repudiare quos prævidet in lignos. Sic quidem audacter illi. Paulus autem quid? Quām nondum nati essent, nec quipiam boni aut mali fecissent, ut secundum electionem propositū Dei manet, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Maior seruiet minor: sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Si quid valet præscientia in hoc fratribus discrimine, importuna certè fieret temporis mehtio. Demus Jacob suisse electum, quia futuris virtutibus parta ei fuit dignitas: quorsum diceret Paulus nondum suisse natum? Nam hoc inconsiderate additum foret, nihil dum boni fecisse: quia in promptu erit exceptio, nihil Deum latere, atque ita pietatem Jacob coram ipso suisse præsentem. Si opera conciliunt gratiam, suum illis pretium merito iam tunc constat debuit ante natum Jacob, perinde acsi adoleveret. Atqui in expediendo modo pergit Apostolus, docet quæ ad p̄tio. ē Jacob, non ex operibus profectim esse, sed ex vocatione Dei. In operibus futurum vel præteritum tempus non interponit: deinde præcisè ea opponit Dei vocationi, uno posito alterum disertè euertente volens. acsi diceret:

considerandū esse quid Deo placuerit, non quid attulerint ex scīpsis homines. Postremò certum est Electionis & propositi vocibus, quatenus communisci homines solent causas extra arcanum Dei cōsiliū, ab hac causa remoueri.

5 Quidnam ad hæc obscuranda prætexent qui operibus vel præteritis vel futuris locum aliquem in electione attingant? Hoc enim est protinus eludere quod contendit Apostolus, non ex aliquo operum ratione, sed ex mera Dei vocatione pendere statuim discriminem: quia inter nondum natos constitutum fuerit. Neque vero cum latueret istorum argutia, si quid solidi habuisset: sed quia optimè nouerat in homine Deū præuidere nihil boni posse, nisi quo electionis sue beneficio iam prius largiri statuerit: non confugit ad præpostorum illum ordinem, ut opera bona causa sua præferat. Habemus ex verbis Apostoli, solius diuinæ electionis arbitrio fundatā esse fideliū salutē. neque illū suorem operibus conciliari, sed ex gratuī vocatione prouenire. Habemus & eius rei propositam quasi *v'ποτν' ποστν'*. Fratres sunt Esau & Iacob, insdem geniti parentibus, eodem adhuc vtero conclusi, nondum editi in lucem. In illis omnia paria, diuersum tamen de illis Dei iudicium. Alterū enim assumit, alterum reicit. Sola erat primogenitura, cuius iure alter aiternum præcederet. Atqui, illa quoque præterita, iuniori defertur quod negatur maiori. Imò in aliis quoque destinao consilio primogeniturā videtur semper contempñissi Deus, ut omnem gloriandi materiam carni præcipleret. Repudiato Iosmacle animū ad Isaac adiicit, Postposito Manasse, Ephraim magis honorat.

6 Quòd si quispiam interpellet, ab istis inferioribus & minutis beneficiis non statuendum esse de summa futura vita: vt qui in primogenitura honorem electus fuerit, ideo reputetur in cœli hereditatem cooptatus (sunt enim plurimi qui ne Paulo quidem parcant, quasi ad alienū sensum Scripturam detinserit in his testimonis citandis:) Respondeo sicut antehac, nec incogitanti. Iapsum fuisse Apostolum, nec Scripturæ testimoniis sponte fuisse abusum. Sed videbat (quod ipse considerare non sustinet) voluisse Deum Spiritualem Iacob electionem, quæ apud inaccessum eius tribunal alioquin latebar, terreno symbolo declarare. Nisi enim concessam illi primogenituram ad futurum sæculum iefecimus, inanis fuerit & ridicula benedictionis species, ex qua nihil ei accesserit præter multiplices ærumnas, incommoda, triste exilium, multaque tristitia, & curarum acerbitates. Quum ergo Paulus citra dubitationem, Deum externa benedictione testificatum ceinaret quam in regno suo spiritualem & minimè caducam futuo suo parauerat: non dubitavit, ad hanc comprobandum, ex illa petere argumentum. Tenendum etiam illud memoria, terrę Chanaam annexum fuisse cœlestis domiciliū pignus: vt dubitari minimè debeat Iacob cum Angelis insitum fuisse in Christi corpore, ut eiusdem viiç socius esset. Eligitur ergo Iacob, Esau repudiato, & Dei prædestinatione discernitur, à quo nullis meritis diferebat. Causam si quires, hanc reddit Apostolus, Quia Mosis dictum sit, Misericordia eius miserebor: & miseratione dignabor quemcumque miseratione dignabor. Et quid hoc, queso, sibi vult? Nempe clarissime Dominus pronuntiat, nullam hominibus beneficiendi rationem in ipsis se habere: sed à sola sua misericordia sumere. Ideoque sumum esse opus suorum salutem. Quum tuam in se uno salutem Deus statuat, cur ad te ipsum descendes? Quum unam tibi sham misericordiam affigneret, cur ad propria merita decurres? Quum tuam cogitationem in suis miseratione contineat, cur ad operum tuorum intuitum partem reflētes? Ita præ ad minorem illum populum venire necesse est, quem Paulus alibi

præcognitum fuisse Deo scribit: non, qualiter isti imaginantur, præscire ex otiosa specula quæ non facit: sed quo sensu sœpe legitur. Nam certè quum dicit Petrus apud Lucam, Christum definito consilio & præscientia Dei fuisse morti addictum, non speculantem Deum inducit, sed salu*Act.2.23.*
ris nostra: authorem. Sic & idem Petrus, electos iuxta præcognitionem Dei fuisse dicens fideles ad quos scribit, propriè exprimit arcanam illam prædestinationem, qua Deus filios sibi quos voluit signavit. Et propo-*1.Pet.1.2.*
situm quod loco synonimi coniungit, quum vbique fixam (vt vulgo loquuntur) determinationem exprimat, Deum haud dubiè, dum au-
thor est nostra salutis, non egredi extra seipsum docet. Quo sensu in
codem capite Christum dicit agnum fuisse præcognitum ante mundi *2.Tim.2.19.*
creationem. Quid enim insulius aut frigidius quam Deum è sublimi
spectasse vnde ventura esset humano generi salus? Populus ergo præco-
gnitus: undem Paulo valet atque exigua portio turbè permixta, quæ
falso Dei nomen obtendit. Alibi quoque Paulus, vt eorum iactantiam
retundat qui sibi larna tantum obtesti, primas inter pios cotam mundo
arrogant, dicit Deum cognoscere qui sui sint. Denique illa vocedu-
pliceni nobis populum designat Paulus, vnum ex toto genere Abra-
ha: alterum vero inde segregatum, & qui sub oculis Dei reconditus, ho-
minum conspectum latet. Nec dubium est sumplisse hoc ex Moysi, qui
Deum quibus voluerit misericordem fore affirmat (quanvis de electo
populo fieri esset, cuius & equalis erat in speciem conditio) petinde ac
si diceret, in communi adoptione inclusam esse apud se singularem erga
aliquos gratiam instar sanctioris thesauri: nec obstatre commune fa-
cetus quominus paucitas illa communi ordine eximeretur: atque huius
rei liberum dispensatorem, & arbitrum facete se volens, præcisè negat
se vni potius quam alteri fore misericordem nisi quia ita lubuerit. quia
vbi querenti misericordia occurrit, et si repulsam non patitur ille quidem,
fauore tamē, cuius laudem sibi vendicat Deus, aut praqueruit, aut ex par-
te sibi acquirit.

7 Nunc de te tota pronuntiet supremus cognitor ac magister. Tan-
tam in suis auditoribus durissem cernens, vt apud turbam verba propè *Iohann.6.17.*
sine fructu fundaret, vt medeatur huic scandalu, exclamat, Quicquid dat
mili Pater, ad me veniet. Hęc enim est voluntas Patris, vt quicquid de-
detur mihi non perdam ex eo quicquam. Obserua à Patris donatione fie-
trinitum. vt in Christi fidem ac clientelam tradimur. Reuoluet hęc
forte quispiam circulum atque excipiet, censeri in Patris peculio eos
dunataxat quorum voluntaria ex hęce fuit deditio. Atqui in eo tantum
laborat Christus, etiam si defectiones ingentium turbatum rotum mun-
dum concuiriunt simum tamen ecclisię ipfis stabilius fore consilium
Dei ne vñquam labefat electio. Electi dicuntur ante fuisse Patris quam *Iohann.6.44.*
eos donat vñigenito filio. Queritur an natura: imò qui alieni etant,
trahendo suos facit. Maior inest Christi verbis claritas quam vt tergi-
uersando vllis nebulis obduci queat. Nemo (inquit) potest venire ad me,
nisi Patet traxerit eum. Qui autem audiuit, & didicit à Patre, ille ad me
venit. Si promiscue omnes coram Christo genu flebent, communis
esse electio: nunc in paucitate credentium manifesta appetit diuersitas.
Itaque postquam discipulos qui sibi dati sunt, assertuit Christus fuis-
se Dei Patris peculium, paulò pōst addit, Non pro mundo rogo, sed pro
his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Vnde fit, vt totus mundus ad suum
creatorem non pertineat, nisi quid à maledictione, & ira Dei ac morte
eterna non multos eripit gratia, qui alioqui perituri erant: mundum au-
tem in suo interitu, cui destinatus est, relinquit. Interea quanvis se me-
diūm Christus inserat, sibi tamen ius eligendi communiter vēdicat cum

Iohann. 13. 18. Patie. Non de omnibus, inquit, loquor: scio quos elegit. Si quis roget vnde elegit, alibi responderet. Ex mundo, quem à precibus suis excludit vbi discipulos Patri commendat. Hoc quidem tenendum est, vbi affirmat se scire quos elegit, speciem aliquam notam in genere humano: deinde non distingui qualitate suarum virtutum, sed cœlesti decreto. *Iohann. 13. 19.* Vnde sequitur, nullos proprio marte vel industria excellere, quando se Christus electionis facit auctorem. Nam quod alibi Iudaei inter electos numerat, quum diabolus esset, hoc tantum refertur ad munus Apostolicum: quod et si illustre speculum est fauoris Dei, (sicuti in sua persona toutes agnoscit Paulus) non tamen spem in se continet æternæ salutis Potuit ergo Iudas, quem peritè Apostolatum gereret, diabolico deterior sed quos inservit semel Christus in corpus suum, eorum neminem perire sinet: quia in cœseruanda eorum salute quod pollicius est præstabilit: nempe exercet Dei potentiam quæ major omnibus est. Nam quod alibi dicit, Pater ex his quos dediti mihi nemo perire nisi filius peccatoris, et si καταχροντικόν est loquutio, nulla tamen ambiguitate laborat. Summa est, Deum gratuata adoptioe create quos vult habere filios: eius verò initis secam esse in ipso causam: quia arcano suo beneplacito contentus est

Confirmatur ex. Aug. 29. summa sicut. &c. 8 At Ambrosius Origenes, Hieronymus censuerunt, Deum su. m gratiam inter homines dispensare prout ea querque bene usurum præudetur. Addit & Augustinum in ea fuisse aliquando sententia: sed quum melius in Scripturæ cognitione profecisset, non retractauit modò ut evidenter falsim, sed fortiter confutauit. Quoniam post retractationem, Pelagianos perstringens, quod in eo errore persistent: Quis iustum, inquit, acussum sensum Apostolo defuisse non mirari? Nam quum te stupendam proposuisset de illis nondum natis, & deinde sibi questionem obiceret: Quid ergo? nunquid est iniquitas apud Deum? et at locus ut respondere Deum præuidisse utriusque merita: non tamē hoc dicit, sed ad Dei iudicia & m. sericordiam confugit. Et alibi, quum omnia ante electionem m. merita sustulisset: Hic certe, inquit, vacat vana illorum ratione qui præficiantiam Dei defendunt contra gratiam Dei: & ideo dicunt nos electos ante mundi constitutionem, quia præsivit Deus futuros nos bonos, non seipsum nos facturum bonos. Non hoc dicit qui dicit, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Nam si propterea nos elegeret, quia bonos fuimus præsciuerat: simul etiam præsciueret quod eramus euni electuri, & quæ in eam rem sequuntur. Valeat Augustini testimonium apud eos qui libenter in patrum autoritate acquiescent.

Homi. in Iohann. 14. Quanquam non patitur Augustinus se à reliquis disiungi: sed claris testimonis diuortium hoc, cuius inuidia grauabant eum Pelagiani, ostendit falsum esse. Cito enim ex Ambrosio (libr. de Præd. sanct. cap. 19.) Christus quem miseratur vocat. Item si voluisset, ex indeuotis fecisset deuotos. sed Deus quem dignatur vocat: & quem vult, religiosum facit. Si ex Augustino integrum volumen contexete libeat, lectoribus ostendere promptum esset, mihi nonnisi eius verbis opus esset: sed eos prolixitate operare nolo. Sed age, fingamus ipsos non loqui: ad rem ipsam intendamus. Difficilis quæstio mota erat, Num iuste faceret Deus, qui certos homines sua gratia dignaretur: quia se uno verbo expedire Paulus poterat, si operum respectum obtendisset. Cur ergo id non facit: quin sermonem potius continuat qui in eadem difficultate versetur? Cur, nisi quia non debuit: non enim obliuionis vitio laborabat Spiritus sanctus, qui per os eius loquebatur. Nullis ergo ambigibus responderet, Ideo suis electis facere Deum, quia velit: id miseri, quia velit. Perinde enim valet oraculum, Miserebor cuius miserebor: & miseratione complestar quem misera-

Iohann. 15. 16.

Exo. 33. 10.

miseratione complestat; acsi dicetur, Deum non alia ratione ad miseri cordiani moueri, nisi quia miseri velit. Verum ergo manet illud Augu Hom. in Iohann. 3.8. stini, Gratiam Dei non inuenire eligendos, sed facete.

Epist. 106.

9 Ac ne illam quidem Thomae argutiam moramur, præscientiam In i. Sent. de trax. meritorum non ex parte quidem auctus prædestinantis, esse prædestinationis causam: ex parte autem nostra, quodammodo sic vocati posse, nem- Refutatur Thom. e pè secundum particularem prædestinationis estimationem. ut quum di arguola aliquid citur Deus prædestinare homini gloriam ex meritis, quia gratiam ei latribuens meritorū giri decevit qui gloriam mereatur. Quum enim nihil in electione nisi præscientia, meram bonitatem velit nos intueri Dominus, si quis plus aliquid perspi cere hic cupiat, præpostera erit affectatio. Quod si certitate subtilitate libeat, non deest quo istam Thomae arguolam retundamus. Ipse contentus, gloriari electis quodammodo prædestinati ex meritis: quia gratiam illis prædestinat Deus qua gloriani mereantur. Quid si contra excipiam, prædestinationem ad gratiam electioni ad vitam subseruit, esseque eius veluti pedille quam gratiam iis prædestinatis quibus glorie possessione iam diu assignata sit: quia in iustificationem ex electione illios suos adducere Domino placeat? Inde enim sequitur prædestinationem gloriae causam potius esse prædestinationis gratia, quam è conuerto. Sed valeant hæc certamina, ut sunt superuacua inter eos qui satis sapientiae sibi in verbo Dei esse ducent. Verè enim illud ab Ecclesiastico scriptore olim dictum fuit, qui Dei electionem meritus assignant, eos plus quam opotet sapere.

Ambro. de voc.

10 Obsciunt nonnulli, Deum sibi fore contrarium, si vniuersaliter Gent. lib. 1 c. 2 omnes ad se inuitet, paucos vero electos admittat. Sic promissionum v. De promissioni r. n. ueritas discretionem specialis gratia, secundum eos, tollit. atque ita lo - ueritas nec pur quantur moderati quidam homines, non tam opprimente veritatem eam quare haec duo, q. s. quām ut spinosas questiones aereant, ac frequentem multorum curiositatē. Deus verbi predi catione multos ro quām excusabiles est tergiueltatio. Eorum vero qui proterrunt insultat, et, paucis tamen nimis certe putidum cauillum, vel nimis pudens error. Quomodo Scrit. dicit donū fidei, q. a ptura hęc duo conciliat, ex externa prædicatione vocari omnes ad pœnitē pculū. Inter salutis tiam & fidem, neque tamen omnibus dati resipiscēt & fidei spiritum, promissiones electis alibi explicui, & mox aliquid repetendum erit. Iam quod postulauit il distinet. lis nego, ut duobus modis falsum est. nam qui minatur, dum supet ut bēm unam pluer, sicut item fore super alteram: qui famem doctrinæ ali bi depunit, non obstringit se cetera lege ut æqualiter vocet omnes. Et qui Paulum vetans in Asia verbum facere, & eundem à Bithynia auertēt, in Macedoniam trahit, sui iuris esse demonstrat, thesaurum hūc quibus visum est distribuere. Per Iesiam tamen apertius demonstrat quomodo ei. & his peculiarietate salutis promissiones destinat, nam de illis tantum, nō autem indifferenter de toto genere humano, prædicat sibi fore discipulos. Vnde constat perperam quibuslibet propositū salutis doctrinam, ut efficaciter prospicit, quia solis Ecclesiæ filiis seorsim reposita esse dicitur. Hoc in præsentia sufficiat, quanvis generaliter omnes compeller vox Iesu. 53. 1. Euangelij. tatum tamen esse fidei donum. Causam assignat Iesu, quod non omnibus patet, brachium Dei. Si dicetur Euangeliū maligne & peruersè contemni, quia audire pertinaciter multi recusant, valeret forte hic color de vniuersali vocatione. Neque vero Prophetæ cōsilia est extenuare hominum culpam, vbi exortatis fontem esse tradit quod Deus non dignetur illis brachium suum patet facere: tantum admetat, quia fides singulare donum est, ex externa doctrina autes frusta verbatur. Scire autem ex doctoribus istis velim, solane prædicatione filios Dei faciat, an fides. Ceterè quum dicitur Iohannis primo, Quicunque. C. iiiij.

Amos 4.7. et 8.11.
Iad. 16. 6.
Iesa. 3.16.

credunt in Filium Dei vnigenitum, filios Dei ipsos quoq; fieri, non con-
fusa illie ponitut congeries: sed specialis ordo datur fideli bus, qui nō ex
sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo
nati sunt. At fidei (in iurant) mutuuus est cum verbo cons. uis. nēpe vbi-
cunque est fides. Sed semen inter spinas cadete, vel in locis lapidosis no-
num non est: nō solū n̄ quia maior pars contumax re ipsa appetet ad-
uenitus Deum, sed quia non omnes oculis & aut bus sunt prædicti. Quo-
modo igitur conuenient, Deum ad se vocare quos sicut non venturos? Re-

*Aug de ver. Apo. spouleat pro me Augustinus Disputare vis m: cu t: Mitate mecum &
Serm. II. ex timia, O ilitudo. Ambo cōs. ntiamus in pauore, ne in eiore pere-
mus. Ade quod si cōs. et o, teste Paulu, fidei mater est: in eorū caput te-
tōr uero a gumenū, deo nō. Ile generalem fidem, quia specialis est ele-
ctio. Nam à serie causarum & effectuū facile colligitur, vbi dicit Paulus
nos: Ile refertos omni benedictione spirituali, sicuti nos elegit, at Deus
ante munera creationem: id: o non omnibus ells cōmunes has diuicias,
quia elegit Deus tantū n̄ quos voluit. Hæc ratio est cur alibi fidem ele-
ctorum commendet, ne quisquā putetur fidem sibi proprio motu acqui-
rete, sed petens Deum testēat hæc gloria, illuminari ab eo gratis quos
antē elegit. Restē enim Bernardus, Amici (in q: ut) scorsum audū: quib-
us & loquitur, N̄ sile timere pusille greci: quia vobis datū est nō s̄ my-
sterium regni celorum. Qui sunt hi? Vtique quos præsidiuit & prædesti-
nauit conformes fieri imaginī Filij sui, magnum secretum que iunotuit
consilium. Nō sit Dominus qui sūi sint: sed quod notum erat Deo, mani-
festauit hominibus: nec alios sanè dignatus tanti partici patione my-
sterij, nisi eos ipsos quos fore suos præsidiuit & prædestinauit. Paulū post
concludit, Misericordia Dei ab æterno usque ad æternum super timen-
tes eum: ab æterno, ob prædestinationem, in æternum, ob beatificatio-
ne: altera principium, altera finem nesciens. Sed quid Bernardum cita-
re restem opus est, quando ex Magistri ore audimus, non alios videte ni-
si qui sunt ex Deo? Quibus verbis significat, eos omnes qui ex Deo non
sunt regeniti, ad splendorem vultus eius obtupescere? Ac electioni qui-
dem apie coniungitur fides, modò secundum gradum teneat. Quem ot-
dinem clite extimunt alibi Christi verba, Hæc est voluntas Patris, vt
non perdam quod dedit. Hæc enim voluntas eius est vt quisquis credit
in Filium, non pereat. Si omnes velle saluos, custodem illis præficeret
Filium, & omnes in eius corpus sacro fidei vinculo insereret. Nunc con-
stat fidem singulare esse paterni amoris pignus, filius quos adoptavit re-
conditum. Ideo Christus alibi dicit, oues sequi pastorem, quia nouerunt
vocem eius: alienum verò non sequi, quoniam non agnoscunt vocem
alienorum. Vnde autem ista discrecio, n̄ si quia diuinitas perforata sunt
illis aures? Nemo enim se ouem facit, sed formatut cœlesti gratia. Vnde
& salutem nost: à Dominus perpetuò certam & tutam fore docet: quia
insuperabilis Dei potentia custodit. Proinde cōcludit, incedulos non
esse ex oīibus suis: nempe quia non sunt ex eorum numero quos Deus
sibi per Isaiam pollicitus est fore d. scipulos. Porro quia testimoniis que
citaui exprimit per seuerantia, inflexibili electionis constantiam si-
mul testantur.*

11. Nunc de reprobis, quos simul illie coniungit Apostolus. Ut enim
Jacob, nihildum bonis operibus promeritus, assūmitur in gratiam: sic
Esau, nullo adhuc scelerate inquinatus, odio habetur. Si ad opera conuer-
timus oculos, iniutiam interrogamus Apostolo, quasi idipsum quod nobis
perspicuum est non viderit. Porro non vidisse coniunctur, quando
hoc nominatim urget, quum nihildum boni aut mali designassent, alte-
rum electum, alterū reiectum; vt probet diuinæ prædestinationis funda-
mentum.

Eph. 1.3.

Tut. 1.3.

Ad Tho. præposit.
Bencl. c. pifl. 107.

Ioh. iii. 46.

Ibi. 19.

Ioh. iii. 10.4.

Ib. d. 20.

Ibid. 26.

*Vnde fel. 1.2. &
seq.*

Rom. 9.13.

mentum in operibus non esse. Deinde ubi obiectionem mouitnum ini-
quus sit Deus, illud quod certissimum & apertissimum fuisse iustitiae
ius patrocinium, non usurpat, Deum reprobare Esau secundum suam
malitiam: sed diversa solutio ne contentus est, quod in hunc finem exci-
tentur reprobri ut Dei gloria per illos illustretur Deum subiectis clau-
sulam Deum cuius vult miserereri, & quem vult indurare. Vides ut in so-
lum Dei arbitrium utrumque conferat? Ergo si non possumus rationem
assignare cur suos misericordia dignetur, nisi quoniam ita illi placet:
neque etiam in aliis reprobando aliud habebimus quam eius volunta-
tem. Quum enim dicitur Deus vel indurate, vel misericordia prosequi
quem voluerit, eo admonentur homines nihil causa querere extra eius
voluntatem.

*Refutatio calumniarum quibus haec doctrina semper iniqui
gravata fuit.*

CAP. XXII.

Hec verò dunt audire humanum ingenium, contineri nequit eius *Contra eos qui ele-
tione*ntia saten-
tu*r*ni*multetur. Ac multi quidem, ac si inuidiam à Deo repellere vel-
lent, electionem ita fatentur ut negent quenquam reprobari: sed inscē-
nū*ni*mis & pueriliter: quando ipsa electio nisi reprobationi opposita non
statet. Dicitur segregare Deus quos adoptat in salutem: sicutiò alios adi-
pisci, vel sua in industria acquirere quod sola electio paucis confert, plus
quam iuslè dicetur. Quos ergo Deus præterit reprobare: neque alia de
causis nisi quod ab hereditate quam filii suis prædestinat, illos vult ex-
cludere. Nec verò tolerabilis est hominum proterua, si Dei verbo frā-
nari se non sustinet, ubi agitur de incomprehensibili eius consilio quod
Angeli ipsi adorant Atqui nunc audiuiamus indurationem non minus in
inanu*Dei & arbitrio esse quam misericordiam. Nec verò Paulus, horum *Rom. 9. 20
quos dixi exemplo, anxiè laborat ut mendacij patrocinio Deum excu-
set: tantum admonet figura nefas esse cum factore suo rixari. Iam qui
non admittunt, illos à Deo reprobari, quomodo se expedient ab illa Chri-
sti sententia, Omnis arbor quam non plantauit Patet meus, eradicabi *Matt. 15. 13
tur. Aperte exitio adduci & deuoueri audiunt quoscunque cœlestis Pater
dignatus non est quasi sacras arbores in agro suo plantare. Si hoc repro-
bationis signum esse negant, nihil est tam liquidū quod illis queat pro-
bati. Quod si obrepere non desinunt, contenta sibi fidei sobrietas hac
Pauli admonitione, non esse causam litigandi cum Deo, si ab una parte *Roma. 9. 22
volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, ferat in multa
tolerantia & lenitate vasa irae apparata in interitum: ab altera autem
notas faciat diuitias gloriæ sua erga vasa misericordia quæ præparauit
in gloriam. Obseruent lectores, ut ansam susurris & obirectionibus
præcidat Paulus, summi dare imperium iræ & potentię Dei: quia ini-
quum est calculo nostro subiici profunda illa iudicia quæ sensus omnes
nostros absorbent. Quod respondent aduersarij triuolum est, Deum non *Exceptio aduersa-
prosus reiicere quos in lenitate tolerat: sed suspenso manere erga eos morum refutantur.
animo, si forte resipiscant. Quisiverò patientiam Deo tribuat Paulus,
qua eorum conuersionem expectet quos dicit apatos esse ad interitum.*
Rectè enim Augustinus locum hunc explicans, ubi potentia tolerantiae *Lib. cont. Iuli s.c. 5
adiungitur, Deum non sinere, sed virtute sua moderari. Addunt etiā non
abs te vasa iræ dici apparata ad interitum, vasa autem misericordia Deū aduersariorum sol
præparasse: quia hoc modo salutis laudem Deo adscribit & védicat: per *naturam*,
ditionis culpam reiicit in eos qui proprio arbitrio ipsam sibi accesserunt.
Sed ut illis concedam diversa loquendi forma Paulini asperitatem le-************

nire prioris membrum: minime tamen consente in eum est, præparationem ad interitum alio transferre quam ad arcanum consilium Dei: quod etiam paulo ante in contextu afferatur, Quod Deus excaueat lharanum, deinde quos vult induet. Vnde sequitur absconsitum Dei consilium obdulationis est causam. Hoc saltus obtineo quod tradit Augustinus, ubi ex lopus Dei s. oues facit, gratia potentiore eos reformatum, ut dometur eorum duritas: proinde obdutios ideo non cœnunt quia potentiorum illam gratiam non exerit Deus, qua non destituitur si eam profiteretur.

I.b.1. de prædest.

San. cap. 2.

de qua, obsecro, eius iniquitate erga se cōquerantur? Veniant omnes filii Adam, cum suo Creatore contendant ac disceptent, quod zeterna illius prouidentia, ante suam generationem, perpetuam calamitati addicti fuerint. Quid obstrepete aduersus hanc defensionem poterunt, vbi Deus illos ad sui recognitionem contia vocabit? Ex corrupta massa si desumpti sunt omnes, non mirum si damnationi subiaceant. Ne ergo Deum ipsi iniquitas inservient si exerno eius iudicio morti destinati sint, ad quam à sua ipsorum natura sponte se produci, velint nolint, ipsi sentiunt. Vnde apparet quā in peruersa si obstrependi affectatio, q̄ data opera supprimunt quā in se agnoscere coguntur damnationis causam, vi Dei p̄textus eos liberet. Atqui ut centies Deum esse autherem confitear, quod verissimum est, non protinus tamen crimen eluunt quod eorum conscientiis insculptum subiude oculis recurrat.

4 Rursum excipiat, Nonne ad eam quā nūc pro damnationis causa obtenditur, corruptionem Dei ordinatione p̄destinata ante fuerat? ad superius responsum eorū obiectio-
eius calamitatis in quam ipius praedestinatione lapsus est Adam, ac po-
ni: & solutio exce-
stos suos p̄cipites secum traxit. Annon itaque iniustus, qui creaturis p̄tionis, hic & sic.
suis tam crudeliter illudit? Eteor sane in hanc qua nūc illigati sunt, s. P̄ide & non ab-
conditionis misericordiam, Dei voluntate decidisse innumeris filios Adam: similem impiorum
atque id est quod principio dicebam, tecdum tādem semper esse ad obiectiōem sic. 6.
solum diuinæ voluntatis arbitrium, ius cuius sit in ipso abscondita. Sed I'ale & sc̄t. 9.
non protinus sequitur, huic obtestationi Deum subiudicere. Occurremus
enim cum Paulo in hunc modum, O homo, tu quis es qui discep̄tes Rom. 9.20
cum Deo? Num figmentum dicit ei qui se finxit, Cur me finxisti sic? An-
non habet potestatem filius, ut ex eadem massa faciat vas aliud in ho-
norem, aliud in contumeliam? Negabunt ita verē defendi Dei iustitiam,
sed subterfugium captati, quale habere solent qui iusta excusatione de-
stituuntur. Quid enim hic aliud dici videtur quā Deo esse potentiam
quā impediti nequeat quorū inus, prout libitum fuerit, quidvis agat? Ve-
rū longè secus est: quā enim potentior asserti ratio potest quā dum
iubemur cogitare quis sit Deus? Quomodo enim ullam iniquitatem ad-
mireret, qui iudex est orbis? Ad Dei naturam si propriè pertinet, iudi-
cium facere, iustitiam igitur naturaliter amat, iustitia auersatur. Pro-
inde non quasi deprehensus foret Apostolus, ad cuniculos respectauit:
sed indicauit altiorem esse iustitiam diuinæ rationem quā ut vel huma-
no modo metienda sit, vel ingenij humani tenuitate possit comprehen-
di. Facetus quidem Apostolus, eam subesse diuinis iudicis profundita-
tem, à qua mentes omnes hominum absorbendæ sint si conentur eō pe-
netrate. Sed docet etiam quā in dignum sit ad eam legem redigere Dei
opera, ut simulac eorum ratio nob̄s non constiterit, improbare audea-
mus. Notum est dictum Solemnis (quod tamen pauci dext̄e intelligūt) Proe. 26.10
Magnus creator omnium mercedem reddit stulto, & mercedem trans-
gressoribus. Exclamat enim de magnitudine Dei in cuius arbitrio est p̄
nam sumere de stultis & transgressoribus, quanvis eos Spiritu suo non
dignetur. Ac prodigiosus est hominum furor dum ita rationis suæ mo-
dulo subiicete appetunt quod immensum est. Angelos qui fletuerunt in
sua integritate, Pauluseleatos vocat: si eorum constantia in Dei bene-
placito fundata fuit, aliorum defectio arguit fuisse derelictos. Cuius rei
causa non potest alia adduci quā reprobatio, quā in arcauo Dei con-
silio abscondita est.

5 Age, adsit nūc *Manichæus aliquis aut Coelestinus, diuinæ proui-
dentiae calumniator, dico cum Paulo, rationem eius non esse redden-
dam, quia magnitudine sua intelligentiam nostram lōgē superet. Quid

*P̄ide sc̄t. 8.

Epist. 106.

mitum? aut quid absurdum? velutne Dei potentiam sic limitatam esse, ut nequid plus ad agendum valeat quam mens sua capiat? Dico cum Augustino, esse a Domino creatos, quos in exitum ituros sine dubitatione praesciebat: adque ita factum quia sic voluit. Cur autem voluerit, non esse nostrum rationem exigere, qui comprehendere non possumus: neque conuenire, ut diuina voluntas in controversiam apud nos descendat, de qua quoties habetur sermo, sub ipsius nomine supra iustitia regula nominatur. Quid ergo de iniuritate quæstio mouetur, ubi iustitia clare apparet? Neque vero nos pudeat improborum ora, Pauli exemplo sic obstruere: ac quoties oblatrare audebunt, identidem repetere, Quoniam estis miseri homines, qui Deo accusacionem intetatis? & ideo intentatis, quia operum suorum magnitudinem ad ruditatem vestram non attemperat?

Psal. 36.7

Quasi vero ideo peruersa sint quia carni sunt occulta. Immenitas iudiciorum Dei claris experimentis vobis nota est. Scitis vocari profundam abyssum: nunc ingenij vestri angustias consultite, an quod decrevit apud se Deus, cipient. Quide ego iuuat vesana inquisitione vos demergere in abyssum, quam vobis exualem fore ratio ipsa dicit? Cur non vos metus aliquis saltem cohibet quod de incomprehensibili Dei sapientia & terribili potentia tam historia Iob quam Propheticis libri prædicant? Si tumultuantur mentes tuae, ne pigate Augustini consilium amplecti. Tu homo expectas a me responsum: & ego sum homo. Itaque ambo audiamus dicentem, O homo tu quis es? melior est fidelis ignorantia quam temeraria scientia. Quære merita: non inuenies nisi si penitus altitudo? Petrus negat: latro credit: o altitudo! Quæris iurationem? Ego expuescam altitudinem. Tu ratiocinate, ego mirabor: tu disputa, ego credam: altitudinem video, ad profundum non peruenio. Requiruit Paulus, quia admirationem inuenit. Vocat ille inscrutabilia Dei iudicia: & tu scrutari venisti? Ille dicit inuestigabiles eius vias: & tu vestigas? Ut et tu procedendo nihil proficiemus: nam nec satisficer eorum petulantia, nec alia eget defensione Dominus, quam qua per Spiritum suum usus est qui per os Pauli loquebatur: & ipsi sediscimus bene loqui ubi cum Deo loqui desinimus.

Augu. de rer. Ap. Serm. 10

6 Alterum quoque obiectum ab impietate emergit, quod tamen non tam ad Dei suggestiōnē quam ad peccatoris excusationē rectâ spe stat. Et si, qui a Deo damnatur peccator, non nisi cum iudicis ignominia iustificari demum potest. Sic ergo profanæ lingue obgigniunt. Cur ea vitia? Deus imputaret hominibus, quorum necessitatem sua prædestinatione imposuit? Quid enim facerent an cum decretis eius luctarentur? At frustra id facturi sint, quum omnino facere non possint. Non ergo iure ob ea puniuntur quorum præcipua in Dei prædestinatione causa est. His abstinebo a defensione ad quam ferè scriptores Ecclesiastici recurrunt, non impeditre Dei præscientiam quominus homo peccator reputetur: quandoquidem illius mala, non sua Deus præuideat. Non enim hic subsisteret cavillatio, sed potius virget, Deum tamen maius quæ præuidet potuisse occurrere, si voluisse: quum non fecerit, destinato consilio creasse hominem in eum finem, ut se in terra ita gereret. Quod si Dei prouidentia in hanc conditionem homo creatus est, ut postea faceret quæcumque facit, non esse illi criminis verendum quod nec effugere possit, & Dei voluntate constringatur. Ergo videamus quomodo sit nodus expeditus, hic ex sect. 8.9.

Obiectum nodus expeditus, hic ex sect. 8.9.

Prov. 16.4

ad diem malum. Ecce, quum retum omnium dispositio in manu Dei sit, quum penes ipsum residat salutis ac mortis arbitrium, consilio nutuque suo ita ordinet, ut inter homines nascatur, ab ytero certe morti deuoti,

qui

qui suo exitio ipsius nomen glorifcent. Si quis causetur, nullam eis inferri necessitatem ex Dei prouidentia, sed potius ea conditione ab ipso esse creatos, quoniam futuram eorum prauitatem prævident: neque nihil dicit, neque torquuntur solent quidem interdum hac solutione vii veteres, sed quasi dubit. inter Scholastici verò in ea quiescunt, ac si nihil contraria opponi posset. Evidem præscientiam solam nullam inferre necessitatem creaturis libenter concessero, tamen si non omnes assentiantur: sunt enim qui ipsam quoque causam retum esse volunt. Verum mihi acutius ac prudenter videtur pessime Valla, homo alioqui in factis non admodum exercitatus, qui superuacuum esse hanc cōtentione ostendit: quoniam & vita & mortis diuinæ magis voluntatis quam præscientiaz sint actiones. Si hominum eueta præuidet Deus dūtaxat, non etiam suo arbitrio disponeret ac ordinaret, tum non abs re agitaretur quæstio, ecquid ad eorum necessitatem valeat ipsius præuidentia: sed quum non a liatione qua futura sunt præuideat, nisi quia ita ut fierent decreuit: frustra de præscientia his mouetur, vbi constat ordinatione potius & tu omnia euenire.

7. Disertis verbis hoc extate negant, decretum fuisse à Deo ut defensione periret Adam. Quasi verò idem ille Deus, quem Scriptura prædicat facere quæcumque vult, ambiguo fine condiderit nobilissimam ex suis creaturis Liberi arbitrij fuisse dicunt ut fortunam ipse sibi fingeret. Deum verò nihil destinasse nisi ut pro metito eum tractaret. Tam frigidum commentum si recipitur, vbi erit illa Dei omnipotentia, qua secundum arcanum consilium, quod aliunde non pendet, omnia moderatur? Atqui prædestinatione, velint nolint, in posteris se profert. Neque enim factum est naturaliter ut à salute exciderent omnes, vnius parentis culpa. Quideos prohibet fateri de uno homine quod inuiti de toto humano genere concedunt? Quid enim tergiuersando ludenter operam? Cunctos mortales in vnius hominis persona a morte eternæ mancipatos fuisse Scriptura clamat. Hoc quum naturæ adscribi nequeat, ab admirabili Dei cō filio profectum esse minimè obscurum est. Bonos istos iustiziæ Dei patrones perplexos habentes in festuca, altas verò tristes supetare nimis absurdum est. Iterum quero, Vnde factum est ut tot gentes vna cum liberis eorum infantibus eternæ morti inuolueret lapsus Ad absque remedio, nisi quia Deo ita visum est? Hic obmutescere oportet tam dicaces aliqui linguis. Decretum quidem horribile, fateor: inficiati tamē nemo poterit quin præsciuerit Deus quem exitum esset habiturus homo, antequam ipsum conderet, & ideo præsciuerit quia decreto suo sic ordinat. In præscientiam Dei si quis hic inuehat, temere & inconsulte impingit. Quid enim, quælo, est cur reusagatur cœlestis iudex qui non ignorauerit quod futurum erat? In prædestinationem competit siquid est vel iustæ vel speciosæ querimonia. Nec absurdum videri debet quod dico, Deum non modò priuili hominis casum & in eo posterorum ruinam prævidisse, sed arbitrio queque suo dispensasse. Ut enim ad eius sapientiam pertinet omnium quæ futura sunt esse præsum, sic ad potentiam, omnia manus sua regere ac moderari. Et hanc quoq[ue] questionem Augustinus, ut alias, scite expediri, Saluberrimè conficiunt quod tecum simè cedimus, Deum Dominum inque rerum omnium, qui creavit omnia bona valde, & mala ex bonis exortitura presciuit, & sciuit magis ad suam omnipotissimam bonitatem pertinere etiam de malis beneficere quam mala esse non sinere: sic ordinatis Angelorum & hominum in vita, ut in ea prius ostenderet quid possit liberum arbitrium, deinde quid posset gratia suæ beneficium, iustiziæque iudicium.

8. Hic ad distinctionem Voluntatis & Permissionis recursit, secun-

Hic & scđ. 8. confirmatur August. testimonis & Scri- pturae authoritate, Deum nō modò pri- mi hominiscum, & in eo posteroru- rum prævidisse, aut permisisse, sed arbitrio quoque suo dispensasse. Vide Calu libellum de Prædestinatione, pluribus in locis.

Ench. ad Lauren.

dum quām obtinere volunt, permittente modō, non autem volente Deo perire impios. Sed cur permittere dicemus nisi quia ita vult? Quām nec ipsum quidem per se probabile est, sola Dei permissione nulla ordinatione hominem sibi accersisse interitum. Quālē vero non constituerit Deus qua conditione recipuam ex creaturis suis esse vellet. Non dubitabo igitur cum Augustino simpliciter sacerdoti voluntate in Dei esse rerum necessitatē, atque id necessariō futurum esse quod ille voluerit: quemadmodum ea verē futura sunt quā p̄auiderit. Nunc vero si pro sua & impiorum excusatione vel Pelagianī, vel ^{*}Minichi, vel Anabaptistā vel Epicutei (nam cum istis quatuor sc̄ētis nobis in hoc argumen-
to negotium est) necessitatem quā ex Dei prædestinatione continguntur, obiiciant: nihil afferunt ad causam idoneum. Si enim prædestinatione nihil aliud est quām diuina iustitia, occulta quidem, sed ioculpatē, dispensatio: quia non indignos fuisse certum est qui in eam sortem prædestinarentur, iustissimum quoque esse interitum quem ex prædestinatione subeunt, & quē cettum est. Ad hoc: sic ex Dei prædestinatione pendet eorum perditio, ut causa & materia in ipsis reperiatur. Lapis est enim primus homo, quia Dominus ita expedite censuerat: cut censuerit, nos latet. Certum tamen est non aliter censuisse, nisi quia videbat nominis sui gloriam inde merito illustrati. Vbi mentionem glorie Dei audis, illuc iustitiam cogita. Iustum enim esse oportet quod laudem metetur. Cadit igitur homo, Dei prouidentia sic ordinare: sed suo vitio cadit. Pronuntiauerat paulo ante Dominus, omnia quā fecerat esse valde bona. Vnde ergo illa homini prauitas vt à Deo suo deficiat? Ne ex creatione esse putaretur, elogio suo approbanter Deus quod profectum erat à seipso. Propria ergo malitia, quam accepertat à Domino puram naturam corruptit, sua ruina totam posteritatem in exitium secum traxit. Quare in corrupta potius humani generis natura eui lentem damnationis causam, quā nobis propinquior est, contempletur, quām absconditam ac penitus incōprehensibilem inquiramus in Dei prædestinatione. Neque immensae Dei sapientiae submittere hucusque ingenii p̄iget, ut in multis eius arcanis succumbat. Eorum enim quā scire nec datur nec fas est, docta est ignorantia: scientia appetentia, insanit species.

^{*}Quāc est se. 7.4.6.

9 Dicit fortè quispiam me nondum attul. Sile quod scrilegā illam excusationem compesceret. Ego vero ne id quidem effici posse fateor quin semper tremat impietas & obmurmuretimili tamē dixisse videor quod ad obloquendi nou rationem tantū, sed p̄textum quoque adiumentum sufficeret. Excusabiles peccando habent voluntē reprobā, quia evadere nequeunt peccandi necessitatem: p̄fertim quām ex Dei ordinatione sibi iniiciatur huiusmodi necessitas. Nos vero inde negamus rite excusari, quandoquidem Dei ordinationi, quā se exitio destinatos cōque runtur, sui constet & quātis nobis quidem incognita, sed illa certissima. Vnde constituimus nihil illos suū in tene mali quod non iustissimo Dei iudicio infligatur. Deinde præpostore docemus agere ipsos, qui ad quatenus suū damnationis originē, in seconde diu ni consilij adyta oculos intendant: ad naturē corruptionem, vnde illa verē scātū conniveant. Hic autem imputare ne Deo possint obstat quod suę creationi testimoniū reddat. Tametsi enim a terra Dei prouidentia, in eam cui subiacet calamitatem conditus est homo: à seipso tamen eius materiali, non à Deo summis: quando nulla alia ratione sic perditus est, nisi quia à pura Dei creatione in virtuosam & imputari perueritatem degenerauit.

Hic sc̄ētū n. r. s.

10 Iam & tertia absuditate Dei prædestinationem infamant eius rātor, quā ex deo aduersarij: quām enim non alio referam is quām ad diuine voluntatis prædestinatione arbitrium, quād vniuersali exitio eximantur quos in regnū sui h̄eredes

Deus

Llib. 6. de Gene. ad
lit. cap. 15.

⁴Vide sup. secl. 5.

Prædestinationis
definitio.

Gen. 1.31

Deus assumit, ex eo colligunt apud ipsum ergo esse acceptiōē personae: quod vbique Scriptura negat: ergo vel Scripturam esse sibi differe habere acceptiōē rationem, vel in electione Dei esse meritorum respectum. Primum, alio personarum. Vide sensu negat Scriptura Deum esse personarum acceptorem, quād quo i- Caluni libellū de pli iudicant: siquidem Personæ vocabulo non hominem significat, sed Personam, definitione, quæ in homiae oculis conspicua, vel fauorem, gratiam, dignitatem, con plusbus locis. cihare, vel odium, contemptum, dedecis colligate solent. Quælibet sunt, dicitur Ad. 10, 34 uitæ, opes, potentia, nobilitas, magistratus, patria, forma, elegantia, & cetera eiusmodi. Item pauperes, miseria, ignobilitas, frides, contemptus, Rom. 2, 10 & similia. Sic Petrus & Paulus personam non acceptorem non esse Domini Galat. 3, 23 num docent, quia non discernat inter fidem & Grecum, quod solius gentis ratione alterum resolvat, impletatur alterum. Sic Iacobus in eisdem Iac. 2, 5 verbis vult, dum vult assertere Deum in suo iudicio dimitas nihil morari. Paulus autem alio loco de Deo sic loquitur, quod libertatis aut fer- Coloss. 3, 25 uitatis in iudicando nullam habeat rationem: proinde nihil repugnat Ephe. 6, 9 tibi erit, si dicemus, Deum secundum beneficium arbitrium, eligere in filios, nullo merito, quos visum fuerit, alii reiectis ac reprobatis. Restamen sic explicari potest, ut plenius satisfiat. Quælibet qui fiat ut ex duo *Vide Augustinu- bus quos nullum meritum discriminat, alterum præterea in electione Ep. 1, 10; sua, alterum assumat Deus. Ego vicimus ergo, putemus in eo qui assumitur esse aliquid quod Dei animum ad ipsum inclinet. Si nihil fitebuntur Vide Aug. lib. ad (quod necesse est) sequetur Deum non hominem intueri, sed à sua boni- Bonif. 2, cap. 7 tate rationem perire cur illi beneficiat. Quod igitur hominem unum eligit Cor. 1, 26 Deus, altero rei causa, id non prouenit ab hominis respectu, sed à sola eius misericordia: cui liberū esse debet profettere & exercere ubi & quoties placet. Nam & alibi vidimus non multos ab initio vocatos fuisse nobiles, vel sapientes, vel splendidos, ut Deus humiliaret carnis superbiam: tantum absit ut personis deuinctus fuerit eius fauor.

II. Quare falso & pessime Deum in equalis iustitiæ insimulant nonnulli quod non cundem erga omnes tenorem in sua prædestinatione seruat. Si omnes (nisi sunt) noxios deprehendit, perquam omnes puniat: si insontes, ab omnibus iudicij rigorem abstineat. Atqui perinde cum ipso agunt ac si vel intendunt illi foret misericordia, vel, dum vult miseri, cogatur in totum iudicio renuntiare. Quid est quod flagitant? si omnes sunt noxii, ut simul eandem omnes lauant penam. Fatemur communem noxiæ: sed dicimus quibusdam succurrere Dei misericordiam. Succurrat, aiunt, omnibus. Sed excipiendas, et quum esse ut puniendo quoque et quum iudicem ostendat. Id dum non sustinent, quid aliud quād vel miserandi facultate Deum spoliare conantur, vel hac saltem lege ipsam permittere ut iudicio se prius abdiceat? Quare pulcherrimè quadrant ista Augustini sententia, Quum in primo homine vniuersa genitus massa in condemnationem defluxerit, que sunt ex ea via in honorem, non proprie iustitia, sed Dei misericordie vesti esse. Epi. 10, 6. De pred. gratia De bono personarum. cap. 12. Quod vero alia sint in contemeliam, non iniquitat, sed iudicio depuntandum, &c. Quod Deus iis quos reprobat, debitam penam reperdit: iis quos vocat, innumeram gratiam largitur: ab omni accusatione liberari, similitudine creditoris, cuius in potestate est, alteri remittete, ab altero exigere. Potest igitur Dominus etiam dare gratiam quibus vult, quia misericors est: non omnibus dare, quia iustus iudex. Dando quibusdam quod non intendentur, gratuitam suam ostendere gratiam: non omnibus dando, quid mereantur omnes declarare. Nam quum Dominum scribit Paulus clausisse omnia sub peccato ut omnium misereatur, simul addendum est nemini esse debitorem: quia nemo illi prior dedit, ut mutuum exigat. Rom. 11, 32

Contra porcos, qui 12 *Hoc quoque ad euentandam prædestinationem exigitant, quod* prædestinationis ob ipsa stante concidat omnis solicitude, & bene agendi studium. *Quis e-* sentiu securi in vita non audiat, inquietum, eterno & immutabiliter Dei decreto sibi fixam esse
tus suis pergit, & aut vitam aut mortem, qui in protinus in mentem vniuit, nihil interesse
omnes qui has de quomodo se gerant: quando suo opere nihil aut impediri aut promoueri
possunt dicunt queat Dei prædestinatione? Ita omnes procul scire, & deploratum in mo-
concedere nonne be- rem quounque libido tulerit præcipites ibunt. Et sanè non in vniuer-
sum mentiuntur: sunt enim plerique porci qui prædestinationis doctrinam impuris istis blasphemis cōspurcant, atque hoc euam obtenu ad-
monitiones & obiurgationes quasi beteludunt, Scit Deus quid de nobis
agere semel statuerit: si salutem decrevit, adducet nos ad eam suo tem-
pore: si mortem destinavit, fructu conitare tenderemus. At Scriptura, dum
præcipit quanto maiori & reverentia & religioae sic de tanto mystico
cogitandum, cum pios in longè diuersum sensum instituit, cum scele-
stam illorum intemperie probè redarguit. Non enim prædestinatione
eo commemorat ut in audaciam erigamus, & inaccessa Domini secreta
excutere nefaria temeritate tentemus: sed potius ut humiliati ac deicti,
ad iudicium eius tremete, misericordiam suspicere discamus. Ad hunc
scopum fidèles collimabunt. Ille autem fidelis porcorum grunitus à
Paulo rite compescitur. Seciros se in virtus pergitre dicunt: quia si sint è
numero electorum, nihil obscura sine virtute quominus tandem ad vitam
perducantur. Atqui in hunc finem electos est: nos Paulus admonet, ut
sanctam ac inculpatam vitam traducamus. Si electionis scopus est vita
sanctimoniam, magis ad eam alacritet medita ndam expergefaceret & stu-
mulate nos debet, quam ad desidias prætextum valere. Quantopere enim
hic inter se disident: à bene agendo cessare, quia electio ad salutem suffi-
ciat, & electioni propositum esse finem ut in bonorum studium incum-
bamus. Facessint ergo eris modi sacrilegia quæ totum electionis ordinem
perperam inuertunt. Quod autem suas blasphemias longius extendunt,
dum eum qui sit à Deo reprobatus, perditum operam dicunt si inno-
centia & probitate vita se illi approbate studeat: in eo vero impuden-
tissimi mendacijs conuincuntur. Vnde enim tale studium oriri possit
nisi ex electione? Nam quicunque sunt ex reprobatorum numero, ut sunt
eticas, vnum etiam est ex his evidenti-
bus signis.

* Hypocrites enim
ip/a, & ficta jan
eticas, vnum etiam
est ex his evidenti-
bus signis.

Contra eos qui di- 13 Malignè tamen atque impudenter hanc doctrinam calumnian-
cunt hanc doctrinam, ac si omnes ad pie viuendum exhortationes euerteret. Quia de te-
nacuertore omnes magnani olim inuidiam sustinuit Augustinus, quam absterit libro De
ad pie viuendū ex correptione & gratia ad Valentiniū: cuius lectio pios omnes & dociles
hortationes, ostēdi placabit: pauca tamen hic libabo, quæ (vt spero) probis & non cō-
tentionis fauiscent. Quām aperitus & vocalis præco electionis gratuī
fuerit Paulus, antē vistum est: in ideo moriendo & hortando frigidus?
Conferant boni isti zelotæ eius vehementiam cum sua glories in ipsis te-
perietur præ incredibili illius feruore. Et certè principium illud scrupu-
los omnes tollit, non esse nos vocatos ad immundiciem, sed vt quisque
vas suum possideat in honore, &c. deinde nos esse Dei figmentum, crea-
tos ad bona opera quæ præparauit, ut in illis ambulemus. In summa qui

1 Thess 4.7
Ephes 2.10

1 John 6.65

mediocriter exercitati sunt in Paulo, absque longa demonstratione in-
telligent quām apte conciliet quæ isti singunt inter se pugnate. Præcipit
Christus ut in se credatur: neque tamen vel falsa est eius definitio, vel pre-
cepto contraria, vbi dicit, Nemo potest venire ad me nisi cui datum fue-
rit à Patre meo. Cursum igitur suum habeat prædictio, quæ adducat ho-
mines ad fidem, & constituo profectu in persecutantia contineat. Neque
tamen

tamen impediatur prædestinationis cognitio, ut qui obediunt non tanquam de suo superbiant, sed in Domino gloriantur. Non abs te dicit Matt. 13, 9 Christus, Qui habet aures audiendi audiat. Ergo dum exhortamur & prædicamus, qui autibus prædictis sunt, libenter obediunt: qui verò carent, in illis impletur quod scriptum est, Ut auditentes non audiant. Cur autem Isa. 6, 9 (inquit Augustinus) illi habeant, illi non? quis cognovit sensum Domini? Lib. De bono per-
num, quid ideo negandum est quod apertum est, quia comprehendit non solum cap. 15
potest quod occultum est? Hoc fideliter ex Augustino retuli: sed quia
plus fecit autoritas habebunt eius verba quam mea, agendum prodeint
in medium quae apud ipsum leguntur: Nunquid si hoc auditio non nulli
in corpore segnientur, que vertantur, & a labore proclives ad libidinem
post concupiscentias et int: propterea de præscientia Dei falsum putan-
dum est quod dicunt est? Nonne si Deus illos bonos fore præsciuit, boni
erunt, in quantitate nunc in militia versentur? & si malos fore præsciuit,
mali erunt, in quantitate nunc bonitate cernantur? Nunquid ergo
propter huiusmodi causas, que de præscientia Dei vera dicuntur, vel
neganda sunt vel tacenda tunc scilicet quando, si non dicantur, in alios
itur errores? Alioquin, ratio est verum tacendi, alia verum dicendi ne-
cessitas. Causas verum tacendi longum esset omnes quartete: quatum ra-
men est haec una, ne peiores sint qui non intelligunt, dum volumus eos
qui intelligunt facere doctores: qui nobis tale aliquid dicentibus do-
ctores quidem non sint, sed nec redditur peiores. Quum autem res
vera ita se habet, ut fiat peior, nobis eam dicentibus, qui capere non po-
test: nobis autem tacentibus, ille qui potest: quid putamus faciendum?
Nonne potius est dicendum verum, ut qui potest capere capiat: quam ta-
cendum, ut noui solū id ambo non capiant, verum etiam qui est intelli-
gentior, ille sit peior: qui si audiret & caperet, per eum etiam plures disce-
rent? Et nos dicere nolumus, quod teste Scriptura dicere licebat. Time-
mus enim videlicet ne loquentibus nobis offendatur qui capere non po-
test: non autem timemus ne tacentibus nobis, qui veritatem potest ca-
pere, falsitate capiat. Quam sententiam breuius tandem perstringens,
clarius etiam confitimat: Quamobrem si Apostoli & qui eos sequuti sunt Eius, lib. cap. 20
Ecclesie doctores virunque fecerunt, ut de eterna Dei electione pie dis-
sererent, & sub pte vita disciplina continerent fideles: quid est quod in-
uisita conclusi violentia veritatis illi nostris testis dicere existimant, no-
n esse populo prædicandum, etsi verum sit, quod de prædestinatione dici-
tur? Imò prædicandum est prosequi: ut qui habet aures audiendi audiatur.
Quis autem habet, si non accepit ab eo qui se daturum promittit? Ceteri
qui non accipi, reiciant: dum tamen qui capit, sumat & bibat, bibat, &
vivat. Sicut enim prædicanda est pietas, ut rite colatur Deus: ita & præ-
destination, ut qui habet aures audiendi, de gratia Dei in Deo, non in se
glorietur.

14. Etiamen ut singulare edificationis studium sancto viro fuit, sic Sic in hoc præcipre
docendi rationem temperat, ut prudenter caueatur quoad licet of- capite doctrinæ, tē
fensio. Nam quæ verè dicuntur, congruerent simul posse dici admonet, perandam veri do-
Siquis ita plebem compellet, Si non creditis, ideo fit quia iam diuinatus cendis rationem, &
sceleribus cooperato misericordiam tamen offerant. Quod grauius est flagitium rebellionis diuortium enim inter Deum & Ecclesiam vocatur: *Iere.3.13, et 12* at hoc Dei bonitate superatur. *Quis est vir* (inquit per Ieremiam) cuius si vxor corpus suum adulteris profligerit, cum ea redire in gratiam sustineat? Tuis autem scotiationibus omnes via pollutæ sunt Iuda, repleta fuit terra sedis amoribus tuis. Reuertete tamen ad me, & ego te suscipiam. *Eze.18.23, et 32* Reuertete aueis satrix, non aue tam à te faciem meam: quia sanctus sum, & non itascor in perpetuum. Et sancte non aliud esse affectus eius potest, qui affirmat se nolle mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, & vivat. Ideo quum templum Solomon dedicaret, in hunc quoque usum destinabat, ut orationes pro impenetranda peccatorum venia factæ inde exaudientur. Si peccauerint, dicebat, tibi filij tui (non est enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & egerint pœnitentiam in corde suo, & conuersi deprecari te fuerint in captiuitate sua dicentes, Peccauimus, iniquè egimus: & orauerint versus terram quam destristi patribus eorum, & versus templum hoc sanctum: exaudiens in celo preces eorum, & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum quibus præuaricati sunt in te. Nec frustra in Lege, quotidiana pro peccatis sacrificia Dominus ordinavit: nisi enim astutis peccatorum mothibus populū suum laborare Dominus præuidisset, nunquam illi constituisse hac remedia.

26 An iduentu Christi, quo plenitudo gratiæ exerta fuit, hoc ademptum est fidelibus beneficium, ne pro delictorum venia audeant supplicare? ne, si Dominum offendenter, ullam misericordiam consequantur? Quid hoc erit aliud quam Christum dicere in suorum perniciem venisse, non salutem, si quæ in veteri Testamento assidue sancti patata erat Dei indulgentia in peccatis condonandis, nunc è medio sublata dicitur? Quid si Scripturis fidem habemus diserte clamantibus, in Christo demum gratiam & humanitatem Domini ad plenum apparuisse, effusum misericordiæ opulentiam, reconciliationem Dei & hominum adimplerem: ne dubitemus quin multò benignior nobis clementia cœlestis Patris exuberet potius quam abscissa aut decurrata fuit? Ne que vero desunt illius documenta. Petrus, qui audierat abnegatum iuri coram Angelis Dei qui apud homines nomen Christi non esset confessus, ter una nocte, nec sine execratione, abnegauit: non tamen à venia depellitur. Qui inordinatè viubant apud Thessalonicenses, sic castigantur ut invitentur ad pœnitentiam. Ne ipsi quidem Simoni mago desperatio inicietur, quin potius iubetur bene sperare, quum ad preces confugere suader illi Petrus.

27 Quid quid totas interdum Ecclesia grauissima peccata occupant, à quibus tamen eas Paulus clementer potius exticauit quam earum capita deuoueret? Galatarum def. & oio non mediocre erat delictum: Corinthiже minus illis erant excusabiles, q. pluribus neque leuioribus flagitiis abundabant: neutri tamen à misericordia Domini excluduntur. Imò illi ipsi qui præ alii inmunditia, fornicatione & impudicitia deliquerant, nominatim inuitantur ad pœnitentiā. Manet enim æternumque manebit inuiolabile pactum Domini, quod solenniter cum Christo verso Solomone, ciusque membris sanciuit his verbis, Si dereliquerint filii eius Legem meam, & in iudicis meis no ambulauerint: si iusticias meas profanarint, mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non auferam ab eo. Denique ipsa symboli dispositione admonemut perpetuam residere in Ecclesia Christi delictorum gratiam: quod Ecclesia velut constituta, remissio peccatorum adhuc subiungitur.

Gal.1.5, et 3.13, et 4.9
2.Cor.12.21
Psal.89.51

28 Quidam aliquantò prudentiores, vbi vident tanta Scriptura per-spicuitate Noua ii dogma refutari, non quodlibet delictum irremissibile qui voluntaria le-faciunt, sed voluntaria Legis transgressionem, in quam sciens quis *gis trāsgressionē* ac volens impegerit. Porro si loquentes peccatum nullum venia digna faciunt delictum ut tur, nisi sicuti aberratum ignorantia fuetit. Verum quum Deus in *remissibile*. Lege, alia pro expiandis fideliū voluntatis peccatis, alia pro ignorantia *Lchit. 4.* iis redimendis mandarit offerri sacrificia: quāt̄ est improbitatis voluntatio peccato nullum concedere paculū? Dico nihil esse aperte quām vnicum Christi sacrificium valere ad remittenda sanctorum voluntaria peccata: quando Dominus carnalibus hostiis, veluti signaculis, id testatum fecit. Deinde quis ab ignorantia Davidem excusat, quem tanto pere constat fuisse in Lege eruditum? An nesciebat David quantum foret adulterij & homicidij crimen, qui quotidie ipsum in aliis puniebat? An fratricidium res legitima Patriarchis videbatur? An ita male profec-tabant Corinthi, vt lasciviam, impuritatem, scortationem, odia, contenciones placere Deo putarent? An Petrus tam diligenter admonitus ignorabat quāt̄ esset magistrum ciuitatis? Ego Dei misericordia tam benignè se exercenti viam nostra malignitate ne praeccludamus.

29 Equideū nō me latet veteres scriptores peccata q̄a quotidie remittuntur fidelius interpretatos esse quæ ex infirmitate carnis obrepūt leuora errata: penitentiam verò solennem, quæ pro grauioribus flagitiis tum exigebatur, illis visam esse non magis iterum andare quā n Baptis-mum, quæ sententia non-ita est accipienda quasi aut precipitare in desperationem voluerint qui à prima penitentia iterum recidissent, aut illa errata elevate, perinde atq; coram Deo exilia. Sciebant enim infide-litatem s̄epiuſtibubare sanctos, iumenta superuacua illis iutendum exci-dere, in iram nō unquam effuerere, immo protumperē ad manifesta vsp; conuictia, alii præterea malis labore quæ Dominus non leuiter abomi-natur: sed ita vocabant, vt distinguenter à publicis criminibus, quæ cum magno offendiculo in Ecclesia cognitionem veniebāt. Quod autem a deo difficulter ignoscabant iis qui dignum aliquid animaduisione Ec-clesistica perpetrabant, nō idcō siebat quod difficile illis apud Domi-num veniam patrēt: sed hac severitate volebant alios deterre ne temere prouertent in Hagia, quorum merito ab Ecclesiæ communione alienarentur. Quanquam verbum Domini, quod hic pro vñica tegula nobis esse debet, maiorem certè moderationē præscribit. Siquidem eosque intendendum docet disciplina rigorem, ne absurbeatur à tristitia is cui præceptum oportet: vt fusiū supiā disseruimus.

Quo sensu veteres scriptores exigitur remittentiam, quæ pro grauioribus peccatis tum exigebatur, non magis uerandam, quam Baptismum Fidelis; c. 4. s̄. 10. 11. 14. de publica peccatorū confessione; & p̄ intentio etiūtificatione.

2. Cor. 2.

Comparatio falsae Ecclesiæ cum vera.

C A P. II.

QVANTI apud nos valere verbi & sacramentorum ministerium, & quoque procedere eius reverentia debeat, vt sit nobis perpetua testera dignoscendæ Ecclesiæ, explicatum est: nempe vñicūq; dicta sunt capite integrum extat & illibatum, nullis morum vitiis aut motibus impediri superiori. quominus Ecclesiæ nomen sustineat. Deinde, illud ipsum leuisculis erroribus non vitiati quominus legitimū estimeatur. Porro errores quibus talis debeat venia eos esse indicatum est, quibus præcipua religio-nis doctrina non lèdatur, quibus non opprimantur quæ inter fideles o-pauit mendacium & mnes conuenire debent religionis capita: in sacramentis verò, qui legiti-mam authoris institutionem non aboleant nec labefactent. *Atqui si Ecclesiæ, quod o-mulac in arcem religionis mendacium irrupit, summa necessariæ do-spenditur reperi-ūt. Et inuersa est, sacramentorum vñsus corruit: certè Ecclesiæ interitus sub Papismo: hic consequitur, perinde atque de vita hominis actum est, iugulo transfixo, & s̄. 1. 2. 3. 4.

Ephes 2.20. vel p̄cordiis lethaliter sauciatis. Atq; id ex Pauli verbis liquido evin-
citur, quum docet Ecclesiam fundatam esse super doctrinam Apostolo-
rum & Prophetarū ipso Christo summo angulati lapide. Si Ecclesiæ fun-
damentum est Prophētū & Apostolorum doctrina, qua salutem tuam
in uno Christo reponere fideles iubentur, illam doctinam tolle, quo-
^{1 Corin. 3.15.} modo amplius ædificium constabit? Cuius ergo Ecclesia necesse est
vbi intercid illa ierigonis summa quæ sola sustinere eam potest. De-
inde si vera Ecclesia columna est ac firmamentum veritatis, certum est
non esse Ecclesiam vbi regnum occupauit mendacium & falsitas.

2 In eura modum quum res habeat sub Papismo, intelligere licet
quid Ecclesiæ illuc superfit. Pro verbi ministerio petueria & mendacis
constata illuc regnat gubernatio, quæ putâ lacem pattim extinguit, pat-
tim suffocat. In locum Cœnæ Domini, fœdissimum sacrilegium subiit:
cultus Dei varia & non ferenda superstitionum congetie deformatus: do-
ctrina (citra quæ Christianismus non constat) tota sepulta & explosa: pu-
blici conventus, idololatriæ & impietatis scholæ. Quare nullum est pe-
riculum ne ab exitiali tot afflictiorum participatione descendendo, ab Ec-
clesia Christi diuellamur. Ecclesiæ communio non ea lege instituta est
ut vinculum sit quo idololatria, impierate, ignorantia Dei alii, que ma-
lotum generibus irreviamur: sed potius quo in timore Dei, & veritatis
obedientia retineantur. Magnifice illi quidem suam nobis Ecclesiam
commendant, nequa alia in mundo esse videatur: postea, quasi re-
fecta, 'omnes schismaticos esse constituant qui ab eius quam pingunt
Ecclesiæ obedientia subducere se: omnes haereticos, qui contra eius do-
ctrinam mutite audent. Sed quibus rationibus veram se Ecclesiam habe-
re constitman?' Allegint ex veteris annalibus quid olim in Italia, in
Gallia, in Hispania fuerit. A sanctis illis viis qui sana doctrina funda-
runt excitatūque Ecclesiæ, doctrināque ipsam & Ecclesiæ ædificatio-
ne suo sanguine stabilierū, se originem ducere Ecclesiæ verò sic &
spiritualibus donis, & Martyrum sanguine apud se consecratam, perpe-
tua Episcoporum successione conservatam fuisse ne intercederet. Com-
memorant quanti hauc successione lecerint Irenæus, Tertullianus, O-
rigenes, Augustinus, & alij. Quām friuola sint ista & planè ludicra, faciā
vi nullo negotio intelligant iij qui mecum ea paululum expendere vo-
lent. Equidē eos quoque hortarer ut hic animū seriō aduertenterent. siquid
docendo proficeret me apud eos posse considerem, sed quādo illis, omis-
sa veritatis ratione, hoc vnum propositum est quacunque possent via
rem suam agere, pauca rātū dicā quibus sele boni viri & veri studiū
ab eorum captionibus expedire queant. Primum ab illis quæro cur non
Africam cident, & Agyptum, & totam Asiam. Nempe quia in omnibus
illis regionibus desit sacra hæc Episcoporum successio, cuius beneficio
se Ecclesiæ retinuill gloriatur. Eò igitur reciduat, se ideo veram habe-
re Ecclesiam, quia ex quo esse cœperit, non fuerit Episcopis destruta: per-
petua enim serie alios alii successisse. Sed quid si Græciam illi regeram?
Quæro igitur iterum ab iphsis cur apud Græcos perire Ecclesiæ dicat,
apud quos nunquam interrupta fuit illa Episcoporum successio, vñica
eorum opinione, Ecclesiæ custos & conservatrix. Græcos faciunt schis-
maticos, quo iure quia à sede Apostolica descendendo, priuilegium per-
mantentur impiorū deficiunt? Sequitur ergo euandū esse prætextum successionis, nisi Chri-
sacerdotum & pro-
sti veritate, quām à pattibus per manum acceperint, saluam & incor-
ruptionem posteri retineant, ac in ea permaneant.

* Fide sect. 5.

* Quid sentiendum
de continua Episco-
porum aliorū post
alios successione,
qua gloriantur Pa-
pistæ hic & sec. 3, 4
* De hoc vide sect.
3 in fin.

Comparatur salu-
gloratio Ecclesiæ
Romane, cū simili
mantu impiorū
ficiuntur. Ergo non
aliud hodie prætendent Romanenses, quām Iudeos
prophetas, & Apoll. olim obtendisse appetet, quum cœxitatis, impietatis, idololatriæ à Pro-
phetis

phenis Domini arguerentur. Nam ut illi templum, ceremonias, sacerdo-
tia gloriose iustabant, quibus rebus Ecclesiam, magno, ut sibi videban-
tur, argumento metiebantur: ita pro Ecclesia externa quadam latre
ab his opponuntur, que longe sepe absunt ab Ecclesia, & citra quas Ec-
clesia opumè constare potest. Quare neque alio argumento refutadi no-
bis sunt, quam quo aduersus stultam Iudæorum confidentiam pu-
gnabut Ieremias: nempe ne glorientur in verbis mendacibus dicentes.
Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Quando ni-
hil Dominus vspiam suum agnoscit nisi vbi verbum suum auditur, ac
religiose obseruatur, ita quum gloria Dei inter Cherubim in sanctuario Ezecl. 10. 4.

se dicit, eamque sedem sibi statim fore pollicitus esset ipisis: vbi cultu e-
ius prauis superstitionibus corrumpti sacerdotes, aliò transmigrat, &
locum sine villa sanctitate relinquunt. Si templū illud quod videbatur per-
petuæ Dei habitationi consecratum derelinqui à Deo ac profanesce-
re potuit, non est quod nobis isti singant Deum ita personis aut locis al-
ligatum, & affixum externis obseruationibus, vt manete apud eos oport-
eat, qui titulum modi & speciem Ecclesiaz habent. Atque huc est con-
tentio quam habet Paulus in Epistola ad Romanos, à nono capite us-
que ad duodecimum. Hoc enim vehementer turbabat infirmas con-
scientias, quod quum viderentur esse populus Dei, Euangelij doctrinam
non modò respuebant, sed etiam persequebantur. Postquam ergo do-
ctrinam exposuit, hanc difficultatem remouet: ac negat Iudeos illos ve-
ritatis hostes esse Ecclesiam: vtcunque eis nihil decesset quod posset ad ex-
ternam Ecclesiam formam alias desiderari. Ideoque negat quia Christum
non amplectentur. Aliquanto etiam expressius in epistola ad Galatas,
vbi Iudaicam eum Isaac comparando, multos dicit in Ecclesia teuere lo-
cum ad quos non pertinet hereditas: quia progeniti non sunt ex libera
matre. Vnde etiam ad comparisonem duplicitis Ierosolyma descendit:
quia sicuti in monte Sinai Lex est lata, Euangelium vero ex Iesu salē pro-
diut: sic multi serviliter nati & educati, filios Dei & Ecclesiaz se esse non
dubitantes iactantimò superbe despiciunt genuinos Dei filios, quorum
sint ipsi degeneres. Nos quoque ex opposito, dum audimus semel è cœ-
lo pronuntiatum esse, Euaceam cillum & filium eius, hoc in uiolabili decre Rom 9. 6.

to feci fortiter spernamus insipidas eorum iactantias. Nam si externa
professione superbunt, Ismael quoque circuncisus erat: si antiquitate
pugnant, ille erat primogenitus, videmus tamen abdicari. Si causa quaz-
zirur, eā Paulus assignat, non censeri inter filios nisi qui geniti sunt ex
puro & legitimo doctrinæ semine. Secundum hanc rationem negat se
Deus impiis sacerdotibus obstructum esse quia pepigerit eum patre eo-

rum Leui ipsum sibi Angelum vel interpretem fore: immo in eos retror-
quet falsam eorum gloriationem, qua solebant iusurgere contra Prophetas: quod scilicet dignitas sacerdotij in singulari pretio habendi foret.
Hoc ipse liberter admittit, & hac conditione cum ipsis disceptat, quia
paucum seruare patatus sit, dum autem ipsis mutuò non respondent, repu-
diari merentur. * En quid valeat successio, nisi imitatio etiam coniuncta Non est magis m-
erit atque æquabilis tenor: nempe vt posteri, simulac cōiuncti fuerint descen- uēti successione e-
uisse à sua origine, omni honore priuentur. Nisi forte quia Caiphas mul- tuā terrenis impē-
tis prius Sacerdotibus successit (immò ab Aarone usque ad illum continua mis, nedum Ecle-
fuit series) ideo sceleratus ille cœtus Ecclesie titulo dignus fuit. Atqui ne sia, rbi à virtute
in terrenis quidem imperiis hoc fetri posset, vt vetus Reipublicæ status priorū degenerant
dicatur tyrannis Caligule, Neronis, Heliogabali, & Similium, quia Brutis, fœtusres.
Scipionibus, & Camillis successerint, Præfettum vero in Ecclesie regimi-
ne nihil magis triuolū, quam omissa doctrina successionem in ipsis per-
sonis locare. Nec vero quicquam minus sanctis doctotibus, quos fallo-

nobis obtradunt, propositum fuit, quām praeclē quasi hæreditatio iure probate, est: Ecclesiæ vb: cuncte Episcopi alij aliis subrogati fuerant. Sed quoni extra controvērsiam esset, nihil à principio usque ad illam cōratem mutatum fuisse in doctrina, sumebant quod omnibus nouiserroris conficiendis sufficeret, illis oppugnari doctrinam ab ipsis usqie Apostolis constantem & vñanimi consensu retentam. Non est igitur cur fucum amplius facere pergent ex Ecclesiæ nomine, quam nos ut decet, reuerenter colimus: sed ubi ad definitionem ventum est, non modis aqua (vt dicitur) illis hæret, sed hæret in suo luto: quia fœtidam metetrem substituant pro sacra Christi sponsa. Quæ suppositio ne nos fallat, præter alias admonitiones hæc quoque Augultini nobis succurrat, nam de Ecclesiæ loquens, Ipsa est, inquit, quæ aliquando obscuratur, & tanquam obscurabilitat multitudine scandalorum: aliquando tranquillitate temporis quieta & libera appetit: aliquando tribulationum & tentationum fluctibus operitur atque turbatur. Exempla profert, quod sepius firmissimæ columnæ vel pro fide exularent fortiter, vel toto orbe latitarent.

4 In hunc modum hodie nos vexant Romanenses, ac imperitos ter refaciunt Ecclesiæ nomine, quum capitales sint Christi aduersarij. Quanvis igitur templum, sacerdotiū, & reliquias huiusmodi larvæ obtendant, minimè permouere nos debet inanis hic fulgor, quo simplicium oculi perstringuntur, vt Ecclesiæ esse recipiamus ubi verbum Dei non apparet.

* Perpetua Ecclesiæ nota, verbum
ptura doctrina, &
predicatio.
Ioh. an. 18. 37.
Ioh. an. 20. 14.
Ibidem 4.

Hæc enim perpetua est nota, qua signauit suos Dominus noster, Qui est ex veritate, inquit, audit vocem meam. I.e. ego sum pastor ille Dei, id est sacerdos bonus, & cognosco oves meas, & cognoscor à me. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Paulò autem ante dixerat, Oves pastorem suum sequi, quia nouerunt vocem eius: alienum autem non sequi, sed effugere ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. Quid igitur sponte in censenda Ecclesiæ insanimus, quum eam minimè dubio symbolo designarat Christus, quod ubique spectatur fallere non potest quin illic Ecclesiæ certò ostendat: ubi vero abest, nihil restat quod vetam Ecclesiæ significationem dare possit? Non enim super hominum iudicia, non super sacerdotia fundatam esse Ecclesiæ, sed super doctrinam Apostolorum & Prophetarum, commemorat Paulus. Quin potius Ierusalem à Babylone, Christi Ecclesiæ à Satanæ coniuratione hoc distinximus: dignoscenda est quo eas inter se Christus distinxit: Qui ex Deo est, inquit, verba Dei audit. Propterea non auditis quia ex Deo non es. In summa, quum Ecclesiæ regnum sit Christi, regnet autem ille non nisi per verbum suum: an illis iam obscurum erit quin illa mēdacijs verbis fint, quibus Christi regnum absque eius sceptro (id est, sancto ipsius verbo) esse fingitur?

Non esse hæreticos
aut schismaticos, q
& Papatu deficiunt,
probatur hic &
scit. 6.

*Lib. quæ. Enan. sec.
Match.*

5 Iam vero quod reos schismatis & hæreticos nos agunt quia & dissimilem prædicent doctrinam, & suis legibus non pareamus, & seorsum conuentus ad preces, ad Baptismum, ad Cœnae administrationem, aliasque factas actiones habeamus: gravissima quidem est accusatio, sed quæ nequaquam longa aut laboriosa defensione opus habet. Hæretici & schismatiici vocantur qui dissidio facto. Ecclesiæ communionem ditimunt. Hæc poterū duobus vinculis continentur, sanæ doctrinæ consensione, & fraterna charitate. Vnde inter hæreticos & schismaticos hoc discrimenis ponit Augustinus, quod illi quidem fallis dogmatibus fidei sinceritatem corrumpant: hi autem inter se etiam in fidei similitudine, societatis vinculum disrumpant. Verum id, quoque notandum est, hanc charitatis coniunctionem sic à fidei unitate pendere, vt hæc illius initium, finis, vñica denique regula esse debeat. Meminerimus ergo, quoties Ecclesiastica vñitas nobis commendatur, hoc queri ut dum in cœlestis Christo consen-

consentient, voluntates etiam nostra mutua in Christo benevolentia inter se coniuncte sint. Itaque Paulus, dum ad illam nos hortatur, pro *Rom.*
fundamento sumit, vnum est Deum, vnam fidem, vnum baptismum. *Ad Cor. 14.5.*
Imò ubique *luc.* dom. *Corin.* & *1 Cor.* velle docet, continuo addit,
In Christo, vel secundum Christum: significans impiorum esse factio[n]em,
non conspirationem fidelium, qua sit extra verbum Domini.

6 Paulum quoque sequitus Cyprianus totius Ecclesiasticæ concordia fontem ab unico Christi Episcopatu dicit. postea subiicit, Ecclæsia una est, quæ in multitudinem latius incremento fecunditatè extenditur: quo modo solis radij multi, sed lumen vnum: & tam arboris multi, sed robur vnum tenacir radice fundatum. Et quum de fonte uno riu[i] plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copia largitate, vnitatem manet in origine: A quelle radium solis à corpore diuisionem vnitatis non capit. Ab arbore frange ramum, frālus germinare non poterit. A fonte præcide riu[i]um, præcibus atescit. Sic & Ecclesia Domini luce perfusa, per totum orbem portatur: vnum tamen lumen est quod ubique diffunditur. Nihil elegantius dici potuit ad extimendam indiuiduam illam connexionem quam habet inter se omnia Christi membra. Videmus ut ad caput ipsum perpetuò nos reuocet. Proinde heres & schismata inde orti pronuntiat, quod ad veritatis originem non redatur, nec caput quæritur, nec cœlestis magistri doctrina seruatur. Eart nunc, & clamitēt hæretices nos esse qui ab ipsorum Ecclesia recesserimus: quum nulla alienationis causa fuerit nisi haec vna, quod putram veritatis professionem nullo modo fette possunt. Taceo autem quod anathematibus & diris nos expulerunt. Quod tamen ipsum satis superque nos absolvit, nisi Apostolos quoque schismatis damnate veliat, qui buscum similem habemus causam. Prædictum, inquam, Christus Apostolis suis, forte ut à synagogis propter nomen suum evicerentur. Illæ potrō synagogæ de quibus loquitur, tunc habebantur legittimæ Ecclesie. Quum ergo electos esse nos constet, idque propter Christi nomine fuisse factum, paratus simus ostendere, de causa certè prius querendum est quam aliquid de nobis in hanc vel illam partem definitur. Sed hoc illis, si ita volunt, sponte remitto. abunde enim mihi est, oportuisse nos ab ipsis recedere, ut ad Christum accederemus.

7 Sed apparebit etiam cum certius quo loco nobis esse debeant Ecclesiæ omnes quas Romani illius idioli tyrannis occupauit, si cum Ista-litica illa veteri, qualis apud Prophetas delineata est, conferatur. Vera tū extabat apud Iudeos & Israélites Ecclesia, quum in secederis legibus per statent: eas scilicet obtinentes Dei beneficio quibus Ecclesia continetur. Doctrinam veritatis habebant in Lege, cuius ministerium penes sacerdotes erat & Prophetas: Circuncisionis symbolo in religionem iniciabantur, alijs sacramentis exercabantur ad fidei confirmationem. Non dubium quin competenter in eorum societatem elogia quibus Ecclesiam dominus honorauit. Postquam deserta Legi Domini, degenerarunt ad idolatriam & superstitionem, illa prærogativa pro parte exciderunt. Quis enim ausit Ecclesiæ titulum iis præcipere apud quos vbi sui prædicationem & mysteriorum observacionem depositus Deus? Rursem quis ausit eum ecclæsum nulla cum exceptione Ecclesiam appellare, vbi veib[us] Domini palam & impunè conculcat? vbi eius ministerium, præcipuum neruus, atque adeo anima Ecclesiæ, dissipatur?

8 Quid ergo? (dicet quispiam) nullane igitur reliqua erat in Iudeis Ecclesiæ particuli ex quo ad idolatriam defecerunt? Facilius est responso. Primum dico in ipia defensione fuisse gradus quosdam, neque enim dicimus eundem fuisse lapsum Iudeus & Israélites, quo prædictum tempore

Philip. 2.2. &c. 5.
Desimpli. preslat.
Cypriani sanctissimi
misericordia, totius
Ecclesiæ, &c. &c. cor-
dis fonte ab unico
Christi Episcopatu
duct, &c.

Iohann. 16.2.

Ut maximè quic-
reli extenuare vi-
tia Ecclesiæ Papi-
sticæ, non tamen es-
semeliorè eius fit-
tum, quidam fuit in
regno Iesu, & sub la-
rebus alicic & sec.

8.9.10.

pterque à puro Dei cultu deflexit Iarobeam cum vitulos fabricaret cōtra apertam Dei prohibitionem, & adorationi locum non licitum dedicaret, religione profligata corripuit. Iudei prius se impis mortibus, & superstitionis iniquitatibus, quādārum in eterna religionis forma perverterat mutarent. Quinquam enim sub Rechabeam multas iam peruersas ceremonias vulgo sibi asciuerant, quia tamē Hierosolymis manebant & Legis doctrina & sacerdotiorum, & ritus quies Deus instituerat habebant illic pī tolerabilem Ecclesie statum. Apud Israelitas, vsque ad regnum Achab res minimè in melius restituere, tunc vero etiam in detrius prolapso sunt. Qui postea successerunt, vsque ad interitū regni, patim̄ eius fuerunt similes, patim̄ (quum aliquantò meliores esse vellent) exemplum Iarobeam sequuti sunt. omnes autem ad unum impij & idololatre. In Iudea variae subinde mutationes fuerunt, dum alij reges cultum Dei falsis & commentitiis superstitionibus pervertunt, alij dissipata religionem instaurant: donec ipsi quoq; sacerdotes templum Dei profanis abominandisque ritibus polluerunt.

9 Agenunc, uegent Papistē si possunt, vt sua vitia maximè extenuent religionis statum ita apud se corruptū vitiatumque esse, vt sicut in regno Israelitico sub Iarobeam. At qui idololatria habent crassorem: neque in doctrina, gurula una sunt puriores: nisi forte in hac quoque ipsa magis sint impuri. Deus, immo quicunque mediocri iudicio prædicti sunt, mihi erunt testes, & res etiam ipsa declarat quād nihil hic amplificem.

Duobib; deferrit à nobis postulant Ecclesiæ & Papistice. Ian quum ad Ecclesiæ suæ communionem adigere nos voluit, duo postulant à nobis: primum, vt precibus, sacrificiis, & ceremoniis suis omnibus communicemus: deinde vt quicquid honoris, potestatis, iuris, iudicis sint impuri. Deus, immo quicunque mediocri iudicio prædicti sunt, mihi erunt testes, & res etiam ipsa declarat quād nihil hic amplificem.

Primum hie tractatur, alterius secundio. Primum attinet, fateor Prophetas omnes qui Hierosolymis fuerūt, quād res illi essent, admodum corruptæ, nec sanctum sacrificasse, nec separati tim habuisse ab aliis ad orandum cœtus. Habant enim Dei mandatum quo in templum Solomonis conuenire iubebantur: sacerdotes Leuiticos, quos, quia sanctorum antistites ordinati erant à Domino, ne cum abdicati, vt inquit indigni eo honore essent, locum illum iure adhuc tenere noverant. Quid vero caput est totius questionis, ad nullum superstitionis cultum adgreditur: immo nihil suscipiebant quod non esset à Deo institutum. Apud hos autem, Papistas dico, quid simile; Vix enim ullum cum ipsis conuentum possumus habere in quo non aperta idololatria nos polluamus. Certe præcipuum communionis vinculum in Missa est, quia non ut maximum sacrificium abominari. Atque id merito ante temetate à nobis fiat, alibi videbitur. Nunc sat est ostendere aliam in hac parte causam nostram esse quād facit Prophetarum, qui vt impiorum sacrificiis interessent, nullas ceremonias vel spectaculæ vel futuræ cogebantur nisi à Deo institutas. Ac, si exemplu omnino simile habere liber, sumamus ex regno Israelitico. Secundum institutum Iarobeam manebit circuicio, fiebant sacrificia, Lex sancta habebat, immo cabatur Deus ille quem à Patribus accepérant: sed propter commentatio-
nem ac vetitus cultus, quicquid illic agebitur, Deus impiobat ac dābat. Cedò mihi Prophétam unum, vel pīnū aliquem vicum, qui semel adorauerit in Bethel, aut sacrum fecerit. Nouerunt enim se id non facti
rot quin aliquo sacrificio se contaminarent. Habetus ergo, non coelum, quod nos que valete apud pios debere Ecclesiæ communionem, et si illa ad profanis deferevolunt nos pollutisque titus degeneraret sequi protinus necesse sit.

Rerum enīfēs: non

Imus autem salē ecclesia secundum eum molam considerantur, cuius reverentiū, cuius Dei honore, authoritati deferre, cuius monitionibus patere, cuius castigationibus commo-

Exo. 29.9.

I. Reg. 12.31.

commoueri, cuius communionem religiose in omnibus colete oportet: Eccl. Iesiam illis concedere non possumus quin subiectionis & obedientiae necessitas nos maneat. Libenter tamen ei concedemus quod Iudaei & Israelites sui seculi dederunt Prophetæ, quum res aut in pari statu, aut etiam meliore illic essent. Videmus autem ut passim clament profana esse conuenticula, quibus non magis consentire liceat quam Iesu. i. 14.

Deum abnegare. Et certe si illæ Ecclesiæ fuerunt, sequitur ab Ecclesia Dei alienos tuos, in Israele quidem, Eliam, Michæl, & similes: in Iuda autem Iesiam, Jeremiam, Oseam, & reliquos eius nomine, quos peius quibusvis incite nesciis oderant & execrabantur sui seculi Prophetæ, Sa-

cerdotes, & populus. Si illæ Ecclesiæ, ergo Ecclesiæ non columnæ veritatis, sed firmamentum mendacij: non tabernaculum Dei viuentis, sed idolorum receptaculum. Necesse igitur habebant ab eorum cœtuum cō-

fensione desistere, quæ nihil aliud erat quam impia aduersus Deum conspiratio. Eadem tatione si quis presentes cœtus iherolatria, superstitione, impia doctrina contaminatos pro Ecclesiis agnoscatur, in qua sit plena communione persistenti in homini Christi ino usque ad doctrinæ confessionem, valde erubet. Nam si Ecclesiæ sunt, potestas clavium penes ipsas est, atque claves individuum habent nexum cum verbo, quod illinc profligatum est. Deinde si Ecclesiæ sunt, valet apud eas Christi promissio, Quodcunque ligaueritis, &c. Contia autem, abdicant à sua com-

munionem quicunque se Christi seruos non fide proflentur. Ego aut euangelista est Christi promissio, aut non sunt, hoc saltem intuite, Ecclesiæ. De-

nique pro verbis misterio habent scholas impietatis & errorum omne genus levitatem. Proinde aut Ecclesiæ, secundum hanc rationem, non sunt: aut nullum restabit symbolum quo legitimis fidelium cœtus à Tuteatu conuentibus discernantur.

ii. Ut tamen manebant olim inter Iudeos peculiares quedam Ecclesiæ prærogativa, nec hodie Papistis adimimus quæ superesse ex dissipatione vestigia Ecclesiæ inter eos Dominus voluit. Cum illis fœdus suum mei Dei benignitate semel pepigerat Deus. id sua magis ipsis, firmitate subnixum contra eos in Papistis vestigia impietatem eluctando persistebat, quam ab illis conseruabatur. *Etsi Papatus pro-*
Ecclesiæ, manere tamquam in templo Dei:

Quæ ita que certitudo est ac constantia diuinæ bonitatis, residebat illic sive, & ita impleri fœdus Domini, nec oblitterari illorum perfidia poterat eius fides: nec immo quod scriptum fuit puris eorum manibus profanari ita Circuncisio poterat, quin simul verum in templo Dei: secebarunt, suos Dominus vocabat: qui nisi speciali benedictione, nihil hic & scilicet 12. ad eum pertinuerent. Sed quæ fœdus suum in Gallia, Italia, Germania, Hispania, Anglia depositum: ubi illæ Provinciæ Antichristi tyranide oppresse sunt, quo tamen fœdus suum inviolabile manaret, Baptismi primo illic conservauit, sceleris testimonium qui eius ore cœsecatus, iniuria humana impietate vim suam reuinet: deinde sua prouidentia effecit, ut aliae quoque reliquie extaret, ne Ecclesia protinus interiret. Ac quæadmodum ita sepe diruuntur adficia & fundamēta & ruine maneant, ita non paulus est Ecclesiam suam ab Antichristo vel à fundamento subverti, vel tolo æquari (vtcunq; ad puniendam hominum ingratitudinem qui verbum suum contempserant, horribile item quaſationem ac disilio- nem fieri permisit) sed ab ipsa quoque visitatione temeritum adficiūm superesse voluit.

12. Quum ergo Ecclesiæ titulum non simpliciter voluntus concede re Papistis, non idem Ecclesiæ apud eos est inveniatur, sed tamen in titulagamus de vera & legitima Ecclesiæ constitutione, quæ in cœmuniōne cœfectorum, quæ signa sint professionis, tum verò potissimum doctrinæ requiritur. Antichristum in templo Dei sessum prædictum Daniel & Pau-

Matt. 16.19. & 18.

Iohann. 10. 23,

Ezecl. 16.20.

¶ Tiff. 4.

Ius: illius scelerati & abominudi regni ducem & antesignanum, apud nos facimus Romanum Pontificem Quod sedes eius in templo Dei collocatur, ita innuitur, tale fote eius regnum quod nec Christi nec Ecclesiae nomen aboleat. Hinc igitur patet nos minimè negare quin sub eius quoque tyrannide Ecclesia inveniantur: sed quas sacrilegia impietate profanari: quas immanni dominatione affligerit: quas malis & exiualibus doct: inimis, seu venenatis potionibus, corruperit, & propemodum enecarit: in quibus semis-puluis latet Christus, obtrutum Euangeliū, profligata pietas, cultus Dei feret abolitus: in quibus denique omnia sic sint cōturbata, ut Babylonis potius quam ciuitatis Dei sinistre facies illuc apparere. In summa, Ecclesia est dico, iuuenies populi sui reliquias, vt cumque misere dispersas se disiectis, illuc mirabiliter Dominus conseruat, quatenus permanent aliquot Ecclesiæ sy. m̄bola: atque ea præsestim quorum efficaciam nec Diabolus astuta nec humana piauitas destruet potest. Sed quia econuerso deletere sunt illuc no[n]e quas præcipue in hic disputatione respicere debemus, dico vnam quemque cœtu. n & totum corpus catere legitima Ecclesia forma.

De Ecclesiæ d. Arribus & ministris, eorum electione & officiis.

CAPUT III.

*Dicit, qui solus docet
re p[ro]p[ter]e Ecclesiastam,
vel per Ingelos, id
facere hominū mi-
nisteria tribus de
causis*

Mat. 26.11.

*Prima causa.**Lege Aug lib. 1. de
digita. Christiana.**“ Secunda.*

2. Cor. 4.7.

“ Tertia.

IAM de ordine dicendum est quo Ecclesiæ suam gubernativoluit Dominus. Tametsi enim solum ipsum regere ac regnare in Ecclesia, in ea quoque præsse vel eininere, & imperium hoc solo eius verbo exerceri ac que administrari oportet: quia tamen visibili præsentia inter nos non habitat, ut voluntate in nobis suam ore coram declarat, hominum ministerium in hoc adhibere diximus, & quasi vicariam operam, non ad eos in suum honorē que transferendo, sed tantum, ut per os ipsorum suum ipse opus agat. qualiter ad opus quoque faciendum instrumento virut utrīx. Quæcumq[ue] autem antea exposui, iterum repetere cogor. Posset id quicq[ue] vel per scriptum sine alio quousque aut administriculo aut organo, vel etiā per Angelos facere: sed complutes sunt causæ cur per homines malit. Hoc cum modo primum dignationem erga nos suam declarat, quum ex hominibus sumit qui pro se in mundo legatione fungantur, qui aicant suæ voluntatis sint interpretes, qui personam denique suam representent. Sicque experimento comprobatur non vanum est quod passim nos vocat templo sua, dum ex ore hominū, velut ex sanctario, responsa hominibus reddit. Deinde hoc optimum ac utilissimum ad humilitatem exercitatum est, dum nos ad obedientiam verbo suo assuefacti, vt cumque per homines similes nobis, interdum etiam dignitate inferiorites, prædicetur. Si de cœlo ipse loqueretur, nihil mirum foret si sacra eius oracula omnium auribus atque animis reverenter sine mota exciperentur. Qui enim præsentem eius potestatem non horret? quis non a l[et]itiam tantæ misericordie aspectum prosternetetur? quis non immenso illo fulgore confundetur? Verum vbi homuncio quispiam ex puluere emersus in nomine Dei loquitur, hic no[n] tam erga Deum ipsum pietatem & obseruantiam optimo testimonio declaramus, si dociles nos exhibemus e[st]us amist[er]io, quū nulla tamen in re nos excellat. Hic igitur etiam causa ecclesiæ sue sapientie thesaurum in valis fragilibus ac luteis abscondit, quod certius experimentum capiat quantum à nobis habet. “ Ad hanc nihil ad suendim mutuam charitatem aptius erat, quam hoc vinculo homines inter se colligari, dum unus constitutus pastor quicunque simul doceat qui vero discipuli esse iubentur, communem ex uno ore doctrinam exceptiū. Si enim sibi quisque sufficeret,

neq[ue]z

nece indigeret alterius opera (quæ superbia est humani ingenij) contemneret quisque alios, & ab illis cōteinnetur. Quem igitur firmissimum retinendæ unitatis nodum forte prouidit Dominus, eo Ecclesiam suā ad strinxit, dum salutis ac vitæ aeternæ doctrinam apud homines depositum, ut per eorum manus reliquis communicaret. Huc respexit Paulus, cūm Ephes. 4.4.

Ephesii scriberet, Vnum corpus, vnum spiritus, quemadmodum & vocatis estis in una spe vocationis vestre. Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma. Vnus Deus, & Pater omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus nobis. Verum vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Quapropter dicit, Quum ascendisset in altum, capiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Qui descendit, idem ille est qui ascendit, ut impletet omnia. Et idem dedit, alios quidem Apostolos, alios vero Prophetas, alios autem Euangelistas, alios Pastores ac Doctores, ad instauracionem sanctorum, in opus administrationis, in ædificationem corporis Christi: donec perueniamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum in mensuram ætatis plenæ adulteræ, ut non amplius simus pueri, qui circunteramur omni vento doctrinæ: sed veritatem sectantes in charitate, adolescamus in illum per omnia, qui est caput, nempe Christum. In quo totum corpus coagmentatum & compactum per omnem communitatam subministracionis, iuxta ætum in mensura vniuersitatis que partis, incrementum corporis facit, in ædificationem sui ipsius per charitatem.

2 His verbis illud ostendit hominum ministerium, quo Deus in gubernanda Ecclesia vitum, præcipuum esse nerum quo fideles in uno corpore cohaerent: ut vero etiam indicat, non aliter in columnam servati Ecclesia posse, quam si his praesidiis fulciatur in quibus salutem eius respondere Domino placuit. Ascedit Christus in altum (inquit) ut omnia impleret. Hec autem implendi ratio, quod per ministros, quibus officium hoc mandauit, & munera obeundi gratia contulit, sua dona dispensat ac distribuit Ecclesia: sequitur adeo ipsum presentem quodammodo exhibet, Spiritus suu virtutem in sua hac institutione exercendo, ne inanis sit vel otiosa. Sic instauratio sanctorum peragitur: sic & ædificatur corpus Christi: sic adolescimus per omnia in eum qui est caput, & inter nos coalescimus: sic redigimur quines in unitatem Christi, si prophetia inter nos viget, si Apostolos recipimus, si doctri: in am nobis administrata non alpetnamur. Ecclesia ergo dissipacionem, vel ruinam potius & exitium molitur quisquis ordinem hunc de quo disputamus, & hoc genus regiminis vel auctoritate studet, vel quasi minus necessarium eleuat. Neque enim vel solis lumine aequaliter, vel cibis ac potu stram sint presenti viræ fouendæ ac sustinendæ necessaria, quam est conseruanda in tertiis Ecclesiæ Apostolicum ac pastorale munus.

3 Proinde supra admonui, Deum quibus potuit elogiis eius dignitatem nobis sapientem commendare: ut in summo honore ac pretio, tanquam res omium præstans, apud nos esset. Singulare beneficium se habentibus largiti, Doctores eis excitando, testatur, ubi iubet Prophetæ clamare, pulchros esse pedes, & beatum aduentum annunciantium pacem: quum Apostolus lucem mundi & salem terræ nominat. Nec splendidius ornari poterat hoc officium quam quum dixit, Qui vos audit, me audit: Mat. 5.13.14. qui vos spernit, me spenit. Sed nullus est illustrior locus quam apud Paulum in secunda ad Corinthios, ubi haec questionem velut ex professio 2. Cor. 4.6. tractat. Contendit ergo nihil Euangelij ministerio in Ecclesia magis 2. Cor. 3.9. præclarum aut gloriosum esse, quum sit administratio Spiritus & iustitia & vita aeterna. Hec & similia eò pertinent ne illa gubernade ac reti-

Hic ergo secundus est.
datus in signibus electis
glori oratione, a veri-
ptura manifestum
Ecclesia, ut in iuri
mo honore ac pre-
tio tanquam res im-
mum præstat: simus
apud nos esset,
‘Ephes. 4.10.
Ibidem 12.

nenda per ministros Ecclesie ratio, quam Dominus in perpetuum san-
cuit, apud nos vilescat, ac ipso tandem contemptu obsolescat. Ac eius
quidem necessitas quanta sit, non verbis modo, sed exemplis quoque de-
claravit. Cornelio quum plenius assulgere vellet veritatis suæ luce, Ange-
lum è celo misit qui ad eum Petrum amandaret. Paulum quum ad no-
titiam sui vocare, ac in Ecclesiam inserere vellet, non sua ipsius voce al-
loquitur, sed ad hominem remittit à quo & salutis doctrinam & Baptis-
mi sanctificationem percipiat. Si non temere sit quod Angelus, qui Dei
est interpres, ab enarranda Dei voluntate ipse abstinet, hominem vero
iubet accerseri, qui eam enarrat: quod Christus unicus fidelis in igitur,
hominis ministerio Paulum committit, & Paulum illum quem in terris
celum rapere, & mitifica terum ineffabilium reuelatione dignati con-
stituerat: quis nunc contemnet ministerium illud audeat, vel quasi su-
peracuum preterire, cuius usus talibus documentis testatum facere Deus
voluit?

4. Qui Ecclesia regimini secundum Christi institutionem præsunt,
nominantur à Paulo primum Apostoli, deinde Prophetæ, tertio Euange-

Ephes. 4. 11. listæ, quartò Pastores, postremò doctores. Ex quibus duo tantum ultimi
De Apostolis, Pro ordinarii in Ecclesia munus habent: alios tres initio regni sui Domi-
phétis, Euágeliis, nus excitat: & suscitat etiam interdum pro tempore necessitas po-
Pastoribus, & Do- stulat. Que sit Apostolica functio ex mandato illo constat, Ite, pradica
Hribus: & qua sit te Euangelium omni creatura. Non attribuuntur illis certi fines: sed to-
habes hic & sec. 5. singulorum functio-
vbiunque gentium poterunt spargendo, regnum eius ubique erigant.

Mar. 26. 15.

Rem. 15. 19. & 20. aliquam urbem Christo acquisuisse, sed longè latèque prop. iugasse Euangeliū commemo-
rat: neque alienis fundamentis apposuisse manus, sed
vbi inauditum fuerat Domini nomē Ecclesiæ plantasse. Missi ergo sunt
Apostoli qui orbem à defectione in veram Dei obedientiam tederent
regnūm: eius ubiq; Euangeliū prædicatione constituerent: vel, si mauis,
qui tanquam primi Ecclesiæ architecti, eius fundamēta in toto mundo ia-
cerent. Prophetas vocat, non quoslibet diuinę voluuntatis interpretes,
sed qui singulati reuelatione excellebant: quales nunc vel nulli extant,
vel minus sunt conspicui. Per Euangelistas, eos intelligo qui quoni-
dignatae essent Apostolis minores, officio tamen proximierant, adeo-
que vices eorum gerebant. Quales fuerunt, Lucas, Timotheus, Titus, &

Ephe. 4. 11. reliqui similes: ac fortassis etiam septuaginta discipuli, quos secun-
do ab Apostolis loco Christus designauit. Secundum hanc interpre-
tationem (quæ mihi & verbis & sententiæ Pauli consequanea videtur)
tites illæ functiones non ideo instituta in Ecclesia fuerunt ut perpe-
tua forent, sed ad id modum tempus quo erigendæ erat Ecclesiæ ubi nul-
la antea fuerant, vel certe à Moysi ad Christum traducendæ. Quanquam
nō nego quin Apostolos postea quoque, vel saltē eorum loco Euange-
listas interdum excitat Deus, ut nostro tempore factum est. Talibus enim
qui Ecclesiæ ab Antichristi defectione tederent, opus fuit. Mu-
nus tamen ipsum nihilominus extraordinariū appello, juia in Ecclesiæ
sitè constitutis locum non habet. Sequuntur pastores ac doctores, quibus
catecere nunquam potest Eccl. I. sicut: inter quos hoc discriminis esse puto,
quod doctores nec disciplinæ nec sacramentorum administrationi, nec
monitionibus aut exhortationibus præsunt, sed Scripturæ tantum inter-
pretationi: ut synecra sanæ, pie doctrina inter se cœlentes Pastora-
le autem munus hec omnia in se continet.

5. Habetus quæ in Ecclesiæ regimine temporaria ministeria fue-
runt, & quæ ideo instituta ut perpetuo darent. Quod si Euangeliæ Apa-
stolis

Act. 10. 3.

Act. 9. 6.

¶ Cor. 12. 2.

Eccl. 10. 1.

stolis iungamus, restabunt nobis duo patia quodammodo inter se respōdētia. Quā enim similitudinem habent nostri doctores cum veteribus Prophetis, eam habent cum Apostolis pastores. Excellentius fuit propheticum manus, propter singulare reuelationis donum quo pollebantur: sed doctorum officium similem ferē rationem & vnum protus fīnem habet. Item duodecim illi quos Dominus elegit, ut nouani Euangelij prædicationem orbi promulgarent, ordine & dignitate ceteros ante *Iuc. 6. 13.*
ceillerunt. Tamec si cuim ex ratione & etymo verbi ritē Apostoli posse *Gal. 1. 1.*
sunt vocari omnes ministri Ecclesiastici, quia à Domino omnes mittūtur, eiisque sunt numeri quā tamē magni respecterebant, certam haberi de eorū missione auctoritā, qui rem novā & inauditam afferrent, duodecimi illos (quorum nāmero postea accessit Paulus) peculiari titulo ante alios insigniti oportuit. Hoc nominis tribuit qui semper alicubi Paulus ipse Administratio & Iuris, quos dicit sū. scilicet insignes inter Apostolos; sed quā proprietate loqui vult, non ad primariū illū ordinem refert. Atque hic est cō munis Scripturæ usus Pastores tamen (excepto quād certas singuli Ecclesiastici attributas regunt) eandem sustinent cum Apostolis prouinciam. Portio quale illud sit, clarius adhuc audiamus.

6. Dominus quām Apostolos mitteret, mandatum illis dedit (sicut dictum est nuper) de prædicando Euangelio, & baptizandis credentibus in remissionem peccatorum. Antea autem mandauerat ut sacra symbo la corporis & sanguinis sui ad exemplū distribuerent. En sanctorum, in uiolabilem, perpetuā, in que legem imposcam illis qui in Apostolorum locum succedunt, qua mandatum accipiunt de Euangelij prædicatione, & sacramentorum à Iministratore. Vnde colligimus, eos qui utrunque istorum negligunt, filio prætexere Apostolotum personā. Quid autē Pastores? Paulus non de seipso tantum, sed de omnibus illis loquitur, quā inquit, Sic nos & similes homo ut ministros Christi & dispensatores mysteriorum Dei item alibi, Oportet Episcopū tenacem esse eius qui secundum doctrinam est fideli sermonis: ut potens sit exhortari per doctrinā suā, & contradicentes resellere. Ex his & similibus locis qui passim occurruunt, colligere licet, in pastore quoque functione has esse duas præcipias partes, Euangelium annuntiare, & sacramenta administrare. Docendi autem ratio non in publicis tantum concionibus consistit, sed ad priuatas etiam admonitiones pertinet. Ita Paulus testes citat Ephesios, *Acto. 20. 22.* quod nihil sufficiat eorum quā in tempore suorum erāt, quin annuntiaret ac doceret eos publicē & per singulas domos, testificans Iudeis simul ac Græcis pœnitentiam & fidem in Christum. Item paulò post, *Quid non Ibidem 31.* desidererit eum lachrymis monere vnumquenque eorum. Neque tamē presentis instituti est singularis boni pastoris dotes persequei, sed tantum indicare quid profectus est. pastores appellant nempe ita se præesse Ecclesie non ut otiosum habeant dignitatem, sed ut Christi doctrina populum ad veram pietatem instituant, sacra mysteria administrent, etiam disciplinam conseruent atque exerceant. Quicunque enim speculatori pastori sunt in Ecclesia, illis Dominus annuitat, si quis per ignorātiā, eorum negligētiā pereat, sanguinem se de ipsorum manibust equiscursum. In eos quoque omnes competit quod de se ait Paulus, Vnde mihi nisi euangelizem, quāni dispensatio mihi sit cōmissa. Deniq; quod orbi vniuerso præstiterunt Apostoli, id gregi suo, cui destinatus est, debet pastor vniuersisque.

7. Eisi lumen singulis assignamus suas Ecclesias, interim non negamus quin alias Ecclesias invare ē possit qui vniā & alligatis, siue quid incidentur turbatū, quod eius presentiam requirat: siue ab ipso petatur de re aliqua obscuriore consilium. Sed quia ad retinendam Ecclesias pacem

*Mat. 28. 19.**Luce 22. 19.*

Functionis Apostolorū et pastorum, præcipuis esse partes, Euangelium annunciare, & sacramenta administrare.

*1 Cor. 4. 1.**Tit. 1. 9.*

Acto. 20. 22.

*Ibidem 31.**Eze 3. 17.**1. Cor. 9. 16.**Ecclesias suis Ecclesiis ita esse obligatos**ut alio migrare non**ac beatus sine publica**et auctoritate,**L. ij.*

necessaria est ista politia, vnicuique esse propositum quod agat, ne simul omnes tumultuentur, sine vocatione incerti discutiantur, in vnum omnes locum temerè confluant, & ne vacuas Ecclesiæ pro libidine de erant, qui de sua conimoditate magis quam de Ecclesiæ edificatione sunt soli cœti: hæc distributio quoad licet obseruari cōmuniter debet, vt suis quisque finibus contentus, in alienam prouinciam non irrūpat. Nec humānum est inuentum, sed dei ipsius institutum. Legimus enim Paulum & Barnabam creare per singulas Littoriū, Antiochenorum, Iconiū Ecclesiæ, Presbyteros: & Paulus ipse Tito præcipit, vt oppidatim Presbyteros constituant. Sic alibi Philippum Episcopos, & alibi Archippum Colosseum Episcopum commemorat. Et exat insignis eius concilio apud Luem, ad Presbyteros Ecclesiæ Ephesinæ. Quisquis ergo Ecclesiæ vnius regimē ac curā suscepit huic diuinæ vocationis legi obligatum se esse sciat: non quod veluti gleba addictus (vt Iurisconsulti dicunt) id est mācipatus quasi affixus, pedem inde mouere nequeat, si ita publica utilitas postulauit, modò id titè & ordine fiat: sed is qui in vnu locum vocatus est, non debet ipse de migratione cogitare, nec, prout sibi commodū putat, querere liberationem. Deinde, siquem expediatur aliò transferri, nō tamen debet hoc priuato consilio tentare, sed expectate publicam auctoritatem.

Episcopos, Presbyteros, Pastores, Ministros vocari promiscue in Scriptura eos qui Ecclesiæ regunt.

Tit. 1. 5.

Philip. 1. 1.

Act. 20. 17.

Rom. 12. 7.

1. Cor 12. 28.

**Desoratio Ecclesiastico, id est, senioribus qui morū censoribz presenti vnde cum Episcopis.*

Rom. 12. 8.

8 Ceterum quod Episcopos, & presbyteros, & pastores, & ministros promiscue vocati qui Ecclesiæ regunt: id feci ex Scripturæ vsu, quæocabula ita confundit, quicunque enim verbi ministerio funguntur, iis titulum Episcoporum tribuit. Sic apud Paulum ubi iussus est Igitur constituere presbyteros oppidatim, continuo subiicitur, Oportet enim Episcopum esse inculpabilem, &c. Sicalibi plures in vna Ecclesia Episcopos saluat. Et in Actis referuntur conuocasse Presbyteros Ephesinos, quos ipse Episcopos sua oratione nominavit. Hic iam obseruandum est, nos haec non nisi ea officia recensuisse, quæ in verbi ministerio consistunt, nec de aliis Paulus meminit illo quarto ad Ephesios capite quod citauimus. Verum in Epistola ad Romanos, & priori ad Corinthios, alia enumerat, vt potestates, donum sanationum, interpretationem, gubernationem, pauperum curationem. Ex quibus quæ temporaria fuerunt ostendit: quia nullum operæ pretium est in iis immorari. Duo autem sunt quæ perpetuò manent: gubernatio, & cura pauperum. *Gubernatores suis se existimo seniores ex plebe delectos, qui censuræ morum & exercendi disciplinæ vna cum Episcopis præfident. Neque enim secus interpretari queas quod dicit. Qui prætest id faciat in solicitudine. Habuit igitur ab initio vnaquaque Ecclesia suum Senatum, conscriptum ex viris piis, gravibus & sanctis: penes quem erat illa, de qua postea loquemur, iuridictione in corrigidis vitiis. Porro eiusmodi ordinem non vnius seculi fuisse, experientia ipsa declarat. Est igitur & hoc gubernationis munus scilicet omnibus necessarium.

De Diaconis Ecclesiæ, et corū duabus generibus. Vide c. a. feb. 5.

Ibidem.

1 Tim. 5. 10.

9 Cura pauperum Diaconis mandata fuit. Quenquam ad Romanos duo ponuntur genera. Quilargitur (inquit illic Paulus) id faciat in simplicitate qui misericordia, in liberalitate, quin de publicis Ecclesiæ munieribus cum loqui certum sit, oportet duos fuisse gradus distinctos. Nisi me fallit iudicium, priori membro Diaconos designat, qui eleemosynas administrabant. Altero autem eos qui pauperibus & ægris cuiā dis feso dedicauerant, quales erant viduæ, quatum mentione fecit ad Timothæum. Nullū enim aliud publicum officium obire mulieres poterat, quam si in obsequiū pauperum se darent. Si hoc recipimus (vt omnino recipiendum est) duo erunt genera Diaconorum: quorum alteri in rebus pauperum administrandis, alteri in pauperibus ipsiis curandis Ecclesiæ

clesie seruient. Tametsi autem nomen ipsum latius patet, hos specialiter tamen Diaconos Scriptura nuncupat quos eleemosynis dispensandis geret & que pauperum curae praeficit Ecclesia, & velut publici pauperum statutis cœconomos constituit: quorum otio, institutio ac functio à Luca in aliis describitur. Quum enim murmur à Græcis excitatus esset, quod in pauperum ministerio eorum viduæ negligenterentur. Apostoli excusantes se non posse sufficere utrique muneri, & predicationi verbi & mensarum ministerio, petierunt à multitudine ut eligerentur vii probi septem, quibus id operis demandarent. En quales habuerit Diaconos Apostolica Ecclesia, quales ad eius exemplum habere nos conueniat.

10 Iam verò quum ordinis opinia & decenter in sacro cœtu gerenda sint, nihil est in quo id seruati diligentius oporteat, quam in consti-tuta ad docendum, vel tuenda gubernatione: quia nusquam maius periculum est si quid in ordini regendum ingerere natè geritur. Itaque, ne homines inquieti ac turbulenti (quod alias fucus debere, sed vocatio rum erat) temere se ad docendum vel regendum ingererent, nominatum nem requiri. Cautum est ne quis sine vocatione publicū in Ecclesia munus sibi sumat. Hebr. 5. 4. Ergo ut quis censeatur verus Ecclesiæ minister, primò ritè ve-catus sit oportet: deinde ut suæ vocationi respondeat, id est, iniunctas sibi partes suscipiat & exequatur. Hoc apud Paulum animaduertere sepius licet: qui vobis suum Apostolatum vult approbare, cum sua in munere obeundo fidelitate vocationem semper fere allegat. Si tantus Christi minister auctoritatem sibi arrogare non aulet ut in Ecclesia audiat, nisi quia & Domini mandato in hoc est constitutus, & fideliter peragat quod sibi commissum est: quanta impudentia erit si quispiam mortalius, viroque vel altero istorum destitutus, eiusmodi honorem sibi postuleat? Verum quia de obeundi muneris necessitate "superiùs artigimus, nunc de vocatione rantium agamus.

11 Eius autem tractatio in quatuor versatur: ut sciamus quales & qua vocationis minister & à quibus in situèdī sint ministri, & quo ritu quāve ceremonia iniiciantur Ecclesiæ cœsytiandi. De externa & solenni vocatione loquor, quæ ad publicum Ecclesie deratio quatuor habet ordinem spectat: arcanam verò illam, cuius sibi quisque minister cooperat capitula. Itē votum Deo conscientis est, Ecclesiæ testem non habet, omittit. Est autem locatio ministeriorum num cordis nostri testimonium, quod neque ambitione, neque auaritia, quedā arcana, queat, neque vlla alia cupiditate, sed sincero Dei timore, & adificandæ dam externa & Ecclesiæ studio oblatum munus recipiamus. Id quidem vnicuique necessarium est. Coram Ecclesia tamen ritè nihilominus vocatus est qui malitia concientia eò accessit, modò non sit aperta eius nequitia. Solent enim vocationis Ministeriam dicere a ministerium vocatos etiam priuatos homines, quos a sacerdotum tercia acceptos & idoneos ad id obsecundum vident: quia scilicet eruditio coniuncta pto generali, cum pietate & reliquis boni pastoris dotibus, quedam sit ad ipsum preparatio. Quos enim tanto muneri destinavit Dominus, eos priùsiis armis instruit quæ ad implendum requiruntur, ne inanes & impotentes veniant. Vnde & Paulus ad Corinthios, quum de ipsis officiis veller disputatione, dona prius recensuit quibus pollere debent qui officiis funguntur. Sed quia hoc est primum ex quatuor capitibus quæ proposui, eò magis beant. pergamus.

12 Quales eligere Episcopos deceat, Paulus duobus locis copiosè exponit, summa tamē huc reddit, non esse eligendos nisi qui sint ianædo. Et in x & sanctæ vita, nec aliquo vitio notabiles, quod & illis adimat aut thoritatem, & ministerio ignominiam afferat. De Diaconis & senioribus similis protus est ratio. Videtur semper ne ad onus quod illis imponitur, sustinendum, impares sint aut inepti, hoc est, ut instructi sint. L. iii.

1. Cor. 14. 40.

" sed. 6.

1. Cor. 12. 7.

" Primum capitulum vocatione Ministeriorum quales eligide.

11. 12. 13.

Tit. 1. 9.

1. Tim. 3. 8.

ins facultatibus que ad implendum suum munus erunt necessariae. Si
Luc. 21.15. &c. 24. Christus quum Apostolos mislurus esset, eos armis & instrumentis qui-
 bus curere non poterant exornauit. Et Paulus de pista boni ac veti Epi-
49. scopi imagine, Timotheum admonet ne quem ab ea alienum eligendo,
Mar. 16. 15. seipsum contaminet. Particulam * Qualiter, non ad ritum eligendi, ve-
Act. 1.8. rūm ad religiosum timorem, qui in electione seruandus est, refeto. Hinc
 * *Secundum caput,* qualiter eligendi. ieiunia & orationes, quibus vlos fuisse fideles narrat Lucas quum Presby-
1. Tim. 5. 22. teros crearent. Nam quum intelligentie tē ageat omnium maxime se-
Att. 14. 23. fiam, nihil tentare audebant nisi cum summa reverentia & sollicitu-
 ne. Potissimum vero incubuerunt in preces, quibus spiritum consilij
 & discretionis à Deo peterent.

Tertium caput, à 13. Tertium quod in participatione posuimus, erat, A quibus eligen-
 quibus sint eligendi di sunt ministri. Huius autem rei certa regula ex Apostolorū instituio-
Mis. 15. Ministrorum tractatur ne peti non potest, quæ non nihil habuit à communione reliquorum voca-
 bies, & scilicet 14.15. tione dissimile. Quia enim extra ordinatum ministrum erat, ut aliquis
Apostolorū vocatio insigniori nota conspicuum redderetur, ihsus Domini ore vocari & co-
 aliquid habuit ex- stitu oportuit qui ipso fungentur. Illergo nulla hominum electione,
tradicinaturum, & sed solo Dei & Christi mandato instructi, se ad opus accinxerent. Hinc
eximium.

Acto. 1.23.

Galat. 1. 12.

13 Tertium quod in participatione posuimus, erat, A quibus eligen-
 quibus sint eligendi di sunt ministri. Huius autem rei certa regula ex Apostolorū instituio-
 Ministrorum tractatur ne peti non potest, quæ non nihil habuit à communione reliquorum voca-
 bies, & scilicet 14.15. tione dissimile. Quia enim extra ordinatum ministrum erat, ut aliquis
Apostolorū vocatio insigniori nota conspicuum redderetur, ihsus Domini ore vocari & co-
 aliquid habuit ex- stitu oportuit qui ipso fungentur. Illergo nulla hominum electione,
tradicinaturum, & sed solo Dei & Christi mandato instructi, se ad opus accinxerent. Hinc
eximium.

Acto. 1.23.

Galat. 1. 12.

modum accipe et conuenit quod negat Paulus se ab hominibus, vel per
 hominem creatum fuisse Apostolum, sed per Christum & Deum Patrem. Prius illud scilicet, ab hominibus, cum piis omnibus verbi ministris com-
 mune habuit, neque enim potuit quisquam hanc administrationem sibi
 sustinere nisi qui esset à Deo vocatus: Alterum autem proprium & singulare illi fuit. Hoc ergo dum gloriatur, non tantum se habere iactat
 quod vero ac legitimo pastori conueniat, sed insignia quoque sui Apo-
 stolatus proficit. Quum enim essent apud Galatas qui eius autoritatem
 studentes eleuare, gregarium aliquem discipulum ipsum facerent à pri-
 mariis Apostolis subrogatum: quod saluam prædicationi suæ dignitatem
 vendicaret, cui insidias istas intentari nouerat, omni ex parte nihilo se
 reliquis Apostolis inferiorem ostendere necesse habuit. Proinde se non
 hominum iudicio, instar vulgaris vnius Episcopi, delectu esse affirmat,
 sed ipsius Domini ore & manifesto oraculo.

Galat. 1. 1.

Acto. 13. 2.

Acto. 1.23.

14 At velut ab hominibus designentur Episcopi, omnino ex ordi-
 ne legitima vocatione esse, nemo sobius inficiabitur: quando in hanc
 rem extant tot Scripturae testimonia. Nec reclamat illud Pauli, vt dictum
 est, se non ab hominibus neque per homines fuisse missum: quod de ordi-
 naria ministrorum electione illic non loquatur, sed quod erat speciale
 Apostolis sibi assertat. Quanquam Paulum quoque singulari prærogati-
 ua Dominus per seipsum designauit ut disciplina Ecclesiæ sticæ vocationis
 interim viceret. sic enim refert Lucas, Ieiunantibus & orantibus Apo-
 stolis dicit Spiritus sanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabam in opus
 ad quod selegi eos. Quorsum istuc segregatio & manuam impositio,
 postquam suam electionem testatus est Spiritus sanctus, nisi ut Ecclesia-
 sticæ disciplina in designandis per homines ministris conservaretur? Nul-
 lo igitur illustriore documento eiusmodi ordiné approbate Deus potuit
 quam dum Paulum Gentibus Apostolum se destinasse præfatus, cù tamen
 ab Ecclesiæ vult designari. Quod ipsum in Matthiæ electione cernere li-
 cit. Nam quia tanti erat munus Apostolicum ut unum aliquem suo iu-
 dicio in eum gradus cooptare non ausint, duos in medio constituunt, quo-
 rum in alterum fors casura sit. vt ita & electio compertum est ecclæ testi-
 monium habeat, neque tamen omnino præteratur Ecclesiæ politia:

15 Quæsi-

15 Quare nunc à tosane Ecclesia eligi debeat minister, an à colle
gis tantum & senioribus qui censurę præsunt, an verò vnius authorita- At tosane Ecclesiā
te constitui possit. Qui hoc ius ad vnum hominem deferunt, citat quod debeat eligi Minis-
ter Paulus ad Titum, propriece reliqui te in Creta, ut constituas oppida- stet. Vide exca 4.
tim Præbbyteros Item ad Timotheum, Manus nemini cito imposueris. : scit. 10. & c. 5. sic.
Sed falluntur. si putant vel Timotheum Ephesi, vel Titum in Creta regnū 2.3. Item Cœlum,
exercuisse, vt suo vte que arbitrio omissia disponeret. Praefuerunt enim Act. 6.3.
tantum vt bonis & salutibus consilis populo p̄tirent: non vt soli, ex Tit. 1. 5.
clusis alio omnibus agerent, quod placaret. Ac ne quid fingeat videat, 1.Tim.5.22:
planum id faciam sim li exemplo. Refert enim Lucas constitutos esse Acto.14.23.
per Ecclesias Presbiteros à Paulo & Barnabasa: sed rationem vel modum
simul notat, quum dicit factum id esse suffragiis: Χειροτονίας, in-
quit, πρεσβύτερον εκλέγεται κατά την παραδοσίαν. Creabant ergo ipsi duo: sed tota mul-
titudo, vt mos Græcorum in electionibus erat, manibus sublatis declara-
bat quem habere vellet. Nempe sic Romani historici noui raro loquun-
tur. Consuleat, qui comitia habuerit, et eas nos magistratus, non 2.
liam ob causam tali quia suffragia receperit, & populum moderatus sit
in eligendo Non est certe credibile Paulum plus concessisse Timotheo.
& Tio quām sibi se lumperit. Videntur autem ipsum ex populi suf-
fragiis Episcopos creare solium. Sic ergo intelligenti sunt superiores
loci, ne quid de communī Ecclesiā iure ac libertate imminuant Bene et
go Cyptinus, dum contendit ex diuina autoritate descendere vt sacer Libr.1.Epif. 1.
dos plebe præsente sub omnium oculis deligatur, & dignus atque ido-
neus publico iudicio ac testimonio comprobetur. Siquidem hoc vide-
mus iussu Domini in sacerdotibus Leviticis suis obseruatū, vt arte Lævit.8.6.
consecrationem in conspēdūm populi producerentur. Non aliter ascri-
bitur Matthias Apel. sacerdotum collegio, nec aliter septem Diaconi eantur.
aut quām populus vidente & approbante. Hac exempla, inquit Cypria. Num. 20. 15.
nus, ostendunt sacerdotis ordinationē non nisi sub populi assentis coni Acto.1.15. & 6.1.
scientia fieri oportet: vi sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium te-
stimonio fuerit examinata Habeimus ergo, esse harc ex verbo Dei legi-
timam ministri vocationem, vbi ex populi consensu & approbationē
creantur qui vīsi fuerint idonei. Præesse autem electioni debere alios
pastores, ne quid vel per leuitatem, vel per mala studia, vel per tumultū
à multitudine peccet.

16 Supereft titus ordinandi, cui ultimum locum in vocatione dedi Quartū caput in vī
mis. Constat autem Apostolos non alia ceremonia vlos esse, quum ali- catione Ministeriorū
que in ministerio admouebant, quām manuum impositione. Hunc autē
ritum fluxisse arbitrio ab Hebreorum more, qui quod benedictum ac co- quis ritu, quare ce-
secutum volabant, manuum impositione Deum quasi representabant. remoniam sint initi-
Sic Jacob benedictus Ephraim & Manasse, eorum capitibus manusim andi. Vide cap.4.3
posuit. Quod sequutus est Dohilus noster, quum super infantes preca- sectio.14.15.
tionem fecerit. Eodem (vt arbitrio) significatu Iudei ex Legis præscri- Gen.48.14.
pto suis sacrificiis manus imponerant. Quiaie Apostoli per manuum im- Matt.19.15.
positionem eum se Deo offerte significabant quem iniubabant in mini- Act.8.17. et 9.6.
steriū. Quinquam "vīsi sunt etiam super eos quib' visibles Spiritus
gratias conferebant. Vt enim que sit, fuit hic solennis titus, quoties ad
ministerium Ecclesiasticum aliquem vocabant. Sic pastores ac docto-
res, sic Diaconos consecrabant. " Licet autem nullum exerceretur " Manuum impo-
præceptum de manuum impositione: quia tamen feisse in perpetuo fiducia ruliter pos-
vsi Apostolis videmus, illa tam accurata eorum obseruatio præcepti vi se retineri in sidi-
ce nobis esse debet. Et certe vtile est eiusmodi symbolo cū ministerij nandis ministris.
dignitatē populo commendari, tum eū qui ordinatur admoneti, ipsum Vide c.14. fel.20,
jam non esse sui iuris, sed Deo & Ecclesiā in servitute addicū. Præterea & 19. fel.3. et
L.iii.

- non erit inane signum, si in germanam suam originem restitutum fuerit. Nam si nihil frustra Spiritus Dei in Ecclesia instituit, hanc cetero-
niam, quum ab eo profecta sit, sentiemus non esse inutilem, modò in su-
perstitionis abusum non veratur. Hoc postremò habet dū est, nō vni-
uersam multitudinem manus imposuisse suis ministris, sed solos pasto-
res. Quanquam incertum est an plures semper manus imposuerint nec-
esse. Illud quidem in diaconis Paulo & Barnaba, & paucis quibusdā aliis
factum fuisse constat. Sed Paulus ipse alibi se, nō alios complures, Timo-
theo manus imposuisse commemorat. Admoneo te (inquit) ut gratiam
fuscesque in te est per impositionem manuum mearum. Nam quod
in altera Epistola de impositione manuum presbyterij dicitur, non ita
accipio quasi Paulus de seniorū collegio loquatur: sed hoc nomine or-
dinationem ipsam intelligo: quasi dicere, Fac ut gratia quā per manū
impositionem receperisti, quum te Presbyterum crearem, non sit ita.

*De statu veteris Ecclesie & ratione gubernandi que
in Iudea fuit ante Papatum.*

CAPUT III.

HA C T E N V S de ordine gubernandæ Ecclesie, ut nobis ex puro Dei
verbo traditus est, & de ministeriis ut sunt à Christo instituta, dis-
serimus. Nam quid ista omnia clarius ac familiarius patuerint, ac
melioretiam in animis nostris figantur, vt ille erit in iis rebus veteris Ec-
clesie formam recognoscere, quæ nobis diuinæ institutionis imaginem
quandam oculis representabit. Tametsi enim multis Canonibus edide-
runt illorum temporum Episcopi, quibus plus viderentur exprimere
quæ sacerdis literis expressum esset: ea tamen cautione totam suam œ-
conomiam composuerunt ad unicam illam verbi Dei normam, ut fa-
cile videoas nihil ferre hac parte habuisse à verbo Dei alienum. Verum e-
tiam siquid possit in ipsorum institutis desiderari, quia tamen sincero
studio conati sunt Dei institutionem confutare, & ab ea nō multum
aberrarunt, plurimum conducethic colligere quam obserua-
*Quidquid Minis-
triorum habuit retus
Ecclesia ante Pa-
patum, distinxit in
ligerat, ut Pastores ac Doctores: cliqua pars censuere morum & corre-
ctiores ordines, Pasto-
ri cuonibus præterat. Diaconis commissa erat cura pauperum & eleemosy-
nes, Seniores &
Discipulos.*
*De Archolutis ri-
dens scilicet. 9. &c.
19. scilicet. 2. 23.*
In Iesuam cap. 9.
tationem habuerint. Quemadmodum tradidimus triplices ministros no-
bis commendari in scriptura, ita quicquid ministrorum habuit vetus Ec-
clesia, in tres ordines distinxit: Nam ex ordine Presbyterorum partim e-
stib[us] ligerat, ut Pastores ac Doctores: cliqua pars censuere morum & corre-
ctiores ordines, Pasto-
ri cuonibus præterat. Diaconis commissa erat cura pauperum & eleemosy-
nes, Seniores &
Discipulos.

*Episcopi nomen in
veteri Ecclesia at-
tributum non alieni
in singulis ministro
sum collegis, poli-
causa, non au-
tiorum exerceretur.*
*Episcopi nomen in
veteri Ecclesia at-
tributum non alieni
in singulis ciuitatibus
vnuin eli-
gerent quorum ellent destinati, & paratores in tempore ad officium
accederent: ut copiosius mox ostendam. Itaque Hieronymus, ubi quin-
que propositum Ecclesiæ ordines, enumerat Episcopos, Presbyteros, Dia-
conos, Fideles, Catechumenos: reliquo clero & monachis locum pro-
priuni nullum tribuit.*

Quidquid ergo docendi munus iniunctum erat, eos omnes nomi-
nabant Presbyteros. Illi ex suo numero in singulis ciuitatibus vnuin eli-
gerant Presbyteros. Neque tamen sic honore & dignitate superior erat
Episcopus ut dominium in collegas haberet: sed quas partes habet Conq-
uisca causa, non aut
sul in Senatu, ut referat de negotiis, sententias roget, consulendo, mo-
nendo, hortando, aliis præterat, autoritate sua totam actionem regat,
natione exerceretur. Et quod decretu[m] commun[i] consilio fuerit exequatur: id muneric susti-
nebat Episcopus in Presbyterorum cœtu. Atque id ipsum pro temporum
necessitate.

necessitate fuisse humano consensu inducūtum fatentur ipsi veteres. Ita Hieronymus in epistolam ad Titum, idem (inquit) Presbyter qui Episcopus. Et tunc quām Diabolī instinctu dissidia in religione fierent, & in populis diceretur, Ego Pauli, ego Cephaz, communī cōsilio Presbyterorum Ecclesiarum gubernabantur. Postea, ut dissensionum scimina euellerentur, ad vnum omnis sollicitudo est delata. Sicut ergo Presbyteri sciunt se, ex Ecclesiis consuetudine, ei qui p̄aeſt subiectos: ita Episcopi nouerint se magis consuetudine quām Dominicarum dispositionis veritate Presbyteris esse malores, & in commune debere Ecclesiam regere. Alibi tamen docet quām fuerit antiquum institutum: dicit enim Alexandritus, à Matto Euangelista usque ad Heraclam & Dionysium, Presbyteros semper vñū ex se elecūtum in excelsiori gradu collocasse, quem Episcopum nominabant. Habebant ergo singulæ ciuitates Presbyterorum collegium, qui Pastores etant ac Doctores. Nam & apud populum munus docendi, exhortandi, & corrugandi, quod Paulus Episcopis intungit, omnes obibant: & Epist. ad Euagriam Tit. 1.9 quod semen post se relinquerent, iunioribus qui sacra militia nomine derendant etudiendis nauabant operam. Vnicuique ciuitati erat attributa certa regio, quā Presbyteros inde sumeret, & velut corpori Ecclesie illius accenseretur. Singula (vt dixi) collegia politia tantum & pacis coaſteruandæ gratia vni Episcopo subetant: qui sicalios dignitate antece debeat vt fratrum cœci subnicietur. Quod nū amplius erat agere qui sub eis seipso copatu erat quām vt sufficere omnibus Episcopi munis vbiique posset, per ipsum agrum designabant certis locis Presbyteri, qui in minoribus negotiis eius vires obirent. Eos vocabant Choropiscopos, quād per ipsam prouinciam Episcopum representabant.

3. Sed quantum ad officium attinet de quo nunc agimus, tam Episcopi, quam copuni quam Presbyteros verbi & sacramentorum dispensationi incūrre reliquorū Presbytere ostuit. Nam Alexadrus tantum (quoniam illic Attius Ecclesiam rorū partes fuisse, turbauerat) institutum fuit ne Presbyter concionem ad populum haberet, vt ait Socrates libro 9. Tripartitæ historiæ. Quod tamen ipsum Hieronymus sibi displicere non dissimulat. Certe instat potenti habitum esse, si quis se pro Episcopo venditasset, qui non etiam re ipsa exhibuisset Ecclesia adificare. publicè ac priuatum sibi. Certe instat potenti habitum timor sancta doctrina, et sacramenta ad ministrare. esset, si quis se pro Episcopo venditasset, qui non etiam re ipsa exhibuisset. Epist. ad Euagriam.

Et alibi, *Quum testatur Paulus se mundū esse Homi. in Ezech. 13. à sanguine omnium, in hac voce nos conuincimus, nos cōstringimur, Ad. 20. 26 nos te esse ostendimus, qui Sacerdotes vocamus, qui super ea mala quæ propria habemus, alienas quoque mortes addimus: quia tot occidimus quot ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes videmus. Tacentes se & alios vocat, quia minus assidui essent in opere quām conueniret. Quum ne iis quidem parcat qui officium dimidia ex parte agebant: quid factum fuisse putas si quis in totum cessasset? Valuit ergo diu illud in Ecclesia, vt primi Episcopi partes essent, populum verbo Dei pascere, seu edificare Ecclesiam publicè ac priuatum sana doctrina.*

4. Quod autem singula prouincie vnum habebant inter Episcopos Archiepiscopos & Archiepiscopum: quod item in Nicena synodo constituti sunt Patriarchæ, qui essent ordine & dignitate Archiepiscopis superioris, id ad discipline conservationem pertinebat. Quanquam in hac disputatione p̄aeſt non potest quod carissimi erat vñus, Ob hanc igitur causam po-

tissimum in statu sunt illi gradus, ut siquid in Ecclesia qualibet incideret quod non posset bene à paucis expediti, ad synodum prouincialem referetur. Si magnitudo aut difficultas causa maiorem quoque discussio- nem postularet, adhuc iudebantur Patriarchæ vñā cum synodis, à quibus non esset provocatio nisi ad uniuersale concilium. Gubernationem sic

Hierarchi.e nomen constitutam nonnulli Hierarchiam vocarunt, nomine (ut mihi videatur) *improprium in Ec-* in proprio: certè scripturis inusitato. Cauere enim voluit Spiritus sanctus ne quis principatum aut dominationem somnianter, quum de Ecclesiæ gubernatione agitur. Verum si rem omisso vocabulo intuemur, repe-

tiemus veteres Episcopos non aliam regendæ Ecclesiæ formam voluis se fingere ab ea quam Deus verbo suo prescrispsit.

In veteri Ecclesia 5 Nec alia tunc fuit Diaconorum ratio quam sub Apostolis. Oblationes enim fidelium quotidianas & abhinc Ecclesiæ prouentus recipiebant, ut conferrent in veros usus, id est, partim ministris, partim pauperibus alendis distribuerent: Episcopi tamen arbitrio, cui economia surerationes quotannis reddebant. Nam quod Canonones Episcopum ubique faciunt bonorum omnium Ecclesiæ dispensatorem, non ita intelligentium est quasi ipse per se eam sollicitudinem gerret: sed quia ipsius erat prescribere Diacono qui in publicam Ecclesiæ alimoniam recipiendi essent, de eo quod residuum erat, quibus & quantum cuicunque erogandum esset: quia inspectionem habebant hic fideliter exequeretur quod officijs sui esset: sic enim in Canonibus quos Apostolis adscribunt, legitur,

Præcipimus ut in sua potestate res Ecclesiæ habeat Episcopus. Si enim animæ hominum preciosiores illi creditæ sunt, multò magis decet eum curam de pecunia ageret, ita ut eius potestate omnia pauperibus dispensentur per Presbyteros & Diaconos: ut cum timore & omni sollicitudine ministrerentur. Et in concilio Antiocheno decreatum est ut coercerantur Episcopi, qui sine Presbyterorum & Diaconorum conscientia res Ecclesiæ perirent. Sed de eo non est longius disputandum, quum ex plurimis Gregorij epistolis constet, illo quoque tempore quo alias Ecclesiæ ordinationes multum vitiorum erant, hanc tamen observationem

Hypodiaconi, & durasse, ut Diaconi sub Episcopo pauperum essent & nomini. Hypodiaconi vero similiter est fuisse initio Diaconis attributos, ut eorum opera citando primū crea- ca pauperes vterentur: sed illud distichen paulatim confusum fuit. Archidiaconi autem creati tunc cœperunt quum amplitudo facultutum nouam & exactiorem administrandi rationem postularet: quanquam Hieronymus iam ætate sua fuisse commemorat. Erat autem penes eos summa redditum, possessionum, supellectilis, & quotidianum oblationum procuratio. Vnde Gregorius Salonitano Archidiacono denuo teatū constrictum teneri ipsum, siquid ex bonis Ecclesiæ vel negligentia vel via- lius fraude deperierit. Quod autem Euangelij ad populum lectio illis dabantur, & exhortatio ad precanum: quod item ad porrigidendum in sacra Cœna calicem adhibebantur: id munera ornandi causa siebat, quod majori religione ipsum obirent, quum admonerentur talibus symbolis non esse profanam aliquam villicationem quam gererent, sed spiritualem & Deo dicatam functionem.

Quis bonorum Ecclesiæ scriptorum r̄jū, et qualis dispensatio in veteri Ecclesia, habebit, & sec. 7 6 Hinc etiam iudicare licet quis bonorum Ecclesiasticorum usus fuerit, & qualis dispensatio. Passim tunc in synodorum decretis, tum apud vetustos scriptores, reperias, quicquid possidet Ecclesia vel in fundis, vel in pecunia, pauperum esse patrimonium. Itaq; subinde illuc hæc cantilena Episcopis & Diaconis canitur, ut meminerint se non propterea opes, sed pauperum necessitatibus attractare: quas si mala fide superimant aut dilapident, rei sanguinis futuri sint. Vnde admonentur cum summo timore & reverentia, velut in conspectu Dei, sine personarum

acceptione, eas distribuere quibus debentur. Hinc & ille apud Chrysostomum, Ambrosium, Augustinum, & alios similes Episcopos, graues obtestationes, quibus suam integritatem apud populum assuerant. Quum autem equum sit, & Domini etiam Lege sanctum, ut qui suam Ecclesie operam impendunt, publicis Ecclesiæ sumptibus alantur, & nonnulli etiam eo secundum Presbyteri patrimonii suis Deo consecratis, voluntarij pauperes facti essentia lis erat distributione ut nec ministri decesserent aliena, & pauperes non negligerentur. Cauebatur tamen interim ne ministri ipsi, qui frugalitatis exemplum dare aliis debent, tantum habarent unde ad luxum aut delicias abuterentur: sed duntaxat quod suam inopiani sustinerent. Qui enim bonis parentum sustentari possunt clerici, inquit Hieronymus, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium comittunt: & per abusionem eiusmodi, iudicium sibi manducant & bibunt.

7 Principiò libera & voluntaria fuit administratio, quum sponte fidèles essent Episcopi ac Diaconi, & conscientie integritas virtusque innocentis piolegibus foret. Deinde quum ex quo undā cupiditate vel prauis studiis nescientium mala exempla: ad haec vitia corrigenda compotiti sunt Canonæ, qui Ecclesiæ teditis in quatuor partes diuiserunt, quartus Ecclesiæ redditus in quatuor partes vnam assignarunt clericis, alteram pauperibus, tertiam sacris adibüs & aliis ecclesiasticis fastis teatis twendis, quartam veròram aduenis quam indigenis pauperibus. Nam quod hanc postremam Episcopo attribuunt alij Canonæ, id nihil variat ab ea quam dixi partitione. Neq; enim propriæ eius esse volunt, ut vel soles ipse ingurgitet, vel quo libuerit profundat, sed ut hospitalitati, quam ab ordine illo Paulus exigit, sufficiat. Atq; ita interpretantur Gelasius & Gregorius: non enim aliam rationem adducit Gelasius: ut sibi quicquam Episcopus vendicet, nisi ut captiuis & peregrinis largiri queat. Et clarius etiamnum loquitur Gregorius, Mos est, inquit, Apostolicæ sedis ordinato Episcopo pracepta dare, ut de omni stipendio quod prouenit quatuor sian portiones: una videlicet Episcopo & familia eius, propter hospitalitatem atque susceptionem: altera clero: tertia pauperibus: quarta reparandis Ecclesiis. Nihil ergo episcopo in suum usum capete licuit, nisi quod ad moderatum frugaliumque viustum ac vestitum satis esset. Quod si quis in sole scire cōcepisset, vel luxu, vel ostentatione ac pompa, flatim à collegis reprobabatur: nisi patueret, honore abdicabatur.

8 Portò quod in ornatum sacerorum conferebant, per quam exiguū De Templo, cap. primò erat: deinde quum paulò dicitur Ecclesia facta esset, feruarunt sacrorum ornatum in mena ea in te mediocritatem. Et tamen quicquid pecuniae illuc colloca- reverte Ecclesia. Vt batur, saluum pauperibus manebat, si qua maior necessitas incidisset. Ita de lib. 1. cap. 11. sicc. Cyrillos, quum fames Hierosolymorum prouinciam occupasset, nec posset aliud inopie subueniri, vasa & vestes distractis, ac insumpsum in pau- 20. febr. 30. & inf. perum alimoniam. Similiter Acatius Amida Episcopus, quam magna cap. 5. sed. 18 Persatus multitudine fame propemodum interierit, conuocatis clericis, & Tripart. hist. lib. 5. habita preclara illa oratione, Deus noster neque discis neque calicibus 14. lib. 11. cap. 16 opus habet, quia neque comedit neque bibit, vasa confluit vnde misericordia & cibum & redemptionis premium conficeret. Hieronymus quoque, Ad Nepotianum, dum in numerum templorum splendorem invenitur, honoris causa Exuperium Tholose Episcopum sui temporis referit, qui corpus Domini in canistro vimineo portabat, & sanguinem in vitro: nullum vero pauperem esurire patiebatur. Id quod nuper de Acacio dixi, Ambrosius de seipso recitat: nam quum illum gravarent Ariani quod in redemptionem captiuorum sacra vasa cōfregisset, pulcherrima hac excusatione vñus est. Qui sine auro misit Apostolos, & Ecclesiæ sine auro congregauit. Aurum.

Resert cap. Clericis. 1. cap. 2.

1 Tim. 5. 2

Cap. Prodigium, 16 quae est. 3.

Resert cap. Mori, 12. quae est. 12

12. quae est. 12

habet Ecclesia, non ut seruer, sed ut eroget, & subueniat in necessitatibus. Quid opus est custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum aurum atque argenti de templo Domini Assyrii sustulerint? Nonne melius confitetur sacerdos propter alimoniam pauperum, si alta subsidia desint, quam sacrilegus asportat hostis? Nonne dictus est Dominus, Cur passus es tot inopest tame emori? & certe habebas aurum unde ministri asperges alimoniam? Cur tot captiui abducti sunt, nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat ut vasa viuentium seruares quam metallorum. His non poteris responsum dare: quid enim dices? Tumui ne templo Dei eratus decesset. Responderet, Aurum sacramenta non querunt, neque auro placent quæ auro non emuntur. Ornatus sacra-
mentorum, redemptio captiuarum est. In summa, videmus verissimum
Lib. 5. epist. 31, et 32. fuisse quod item alibi dicit, quicquid runc Ecclesia possederet, sumptum fuisse egenorum. Item, Nihil Episcopum habete quod pauperum non esset.

Seminarium Ecclesie Clerici, licet ap- 9 Hec quæ tecce suimus, veteris Ecclesiæ ministeria fuerunt. Alia enim, de quibus mentionem faciunt Ecclesiastici scriptores, magis exercita fuerunt & quedam præparationes, quam certa munera. Nam sancti illi viri, ut Ecclesiæ seminarium post se relinquerent, adolescentes, qui pellatione nō satius ex parentum consensu & auctoritate militiæ spirituali nomen dabant, propria, dicti ulim, recipiebant in suam fidem ac tutelam, atque etiam disciplinam: eosque sic formabant à tenera ærate, ne rudes ac noui ad obeundum munus accederent. Omnes autem qui eiusmodi tyrocinis imbuebantur, generali nomine vocabantur Clerici. Vellem equidem aliud nomen magis proprium inditum illis fuisse: hec enim appellatio ex errore, vel certè prava affectione nata est: quum tota Ecclesia clerus, hoc est hereditas Domini, à Petro dicatur. Ipsum tamen institutum sanctum ac salutare imprimis fuit, ut qui se ac suam operam Ecclesiæ consecrare vellent, ita sub Episcopi custodia educarentur, ne quis, nisi bene preformatus, Ecclesiæ ministeraret, & qui à prima adolescentia tum sanctam doctrinam imbibisset, tum ex severiore disciplina, grauitatis sanctiorisque vite habitum quedam induisset, tum à curis profanis fuisse alienus, curisque ac studiis spiritualibus assuefactus. Quemadmodum autem militiæ tyrones vmbribus pugnis instiuntur ad verum seriumque certamen, sic erant certa rudimenta quibus exercebantur in clericatu, priusquam ad ipsa munera promouerentur. Illis ergo primùm aperiendi claudendique templi cuti mandabant, ac eos nominabant Ostiarios. Postea vocabant Acoluthos, qui Episcopo in domesticis obsequiis aderent, cùmque perpetuò comitarentur, primùm honoris causa, deinde nequa suspicio nasceretur. Præterea vt sensim populo innotescerent, & commendationem sibi acquirent: simul ut discerent ferre omnium conspectum, & coram omnibus loquuntur Presbyteri fasti, quum ad docendum prodirent, pudore cōfundentur, locus legendi ipsis dabatur in suggestu. In hunc modum gradatim promouebantur, ut suam sedulitatem in singulis exercitiis approbarent, donec hypodiacoeni siebant. Hoc tantum volo, fuisse hec tyronum rudimenta magis, quam functiones, quæ veris Ecclesiæ ministerii accenserentur.

Ostiarū.
Acoluthi.
** Vide supra, sec. 1.*
1. cap. 39. sec. 22.
2;

T'etere Ecclesiæ p'scri- 10 Quod primum & secundum in ministrorum vocatione esse dixi
più. Apostolorum, mus, quales eligeat, & quantam religionem in ea te adhibere oporteat:
in Ministrorū voca in eo Pauli prescriptum & Apostolorum exempla vetus Ecclesia sequen-
tione, quantum ad ea est. Solebant enim ad eligendos pastores cum summa severentia ac
prima duo capitula, solicita nominis Dei invocatione conuenire. Ad hanc formulam exam-
de quibus cap. 3. nisi habebant, qua eligendorum vitam & doctrinā ad illam Pauli amul-
siet. 10. 12. fum exigeant. Tantum geocarunt, hic non nihil immodica severitate,
quod

quod plus requiri voluerunt in Episcopo quam Paulus requirat: ac p̄f. 1. Tim. 3.2
 scilicet successu temporis cœlabatum. Verum in ceteris consentanea fuit
 ipsorum obseruatio cum Pauli descriptione. In eo autem quod tertio In 3. cap. electionis
 loco posuimus, quinam scilicet ministros instituere debeant, nō unum Ministerum de quo
 semper tenuerunt ordinem. Antiquitus ne in clericorum quidem cœtum cap. 3. sed 11. 13. nō
 recipiebatur quispiam sine consensu totius plebis: vt Cyprianus diligen- ēadem semper suis
 ter excusat quod Aurelium quendam inconsulta Ecclesia lectorem con- se obseruatione re
 stituerit: quia id præter morem, cametsi non sine ratione factum fuerat. teris Ecclesiæ.
 Sic autem prefatur. In ordinandis clericis, fratres charissimi, solemus vos Lib. 2. epist. 5
 antea consulete, & mores ac merita singulorum communis consilio pon-
 derate. Verum quia in minoribus illis exercitiis non multum erat per-
 culi: quod ad diurnam probationem & non magnam functionem as-
 sumerentur, rogari consensus plebis desit. Postea in reliquis quoque or-
 dinibus, excepto Episcopatu, plebs Episcopo ac Presbyteris iudiciorum de-
 lectumque fere permisi: vt cognoscerent quinam idonei ac digni forent:
 nisi forte quam patrochii noui Presbyteri destinabantur: tunc enim loci
 multiudine, nō nominatim consentire oportuit. Nec mirum est quod Cur populus minus
 retinendo suo iure populus hic in parte minus solitus fuerit: nemo e- folitus fuerit in
 nimi Hypodiacionis fiebat qui non longum sui experimentum in cleri- retinendo suo iure.
 catu, sub ea quæ tunc erat disciplina seueritate, dedisset. Postquam in eo
 gradu probatus fuerat, diaconus constituebatur: inde ad presbyterij ho-
 notem perueniebat, si fideliter se gessisset. Ita nullus promouebatur de
 quo non te vera multis annis habitum esset sub populi oculis examinat.
 Eterant multi Canones ad puniendo eorum vita: vt Ecclesia malis Pres-
 byteris aut Diaconis non grauaretur, nisi remedia negligeantur. Quanquam
 in Presbyteris quoque semper exigebatur ciuium consensus: quod etiam
 testatur Canon primus distinct. 67. qui Anacleto tribuitur. Denique o- Curomnes ordina-
 mnes ordinationes ideo statis annis temporibus fiebant ne quis clancu- tiones fieri soleret
 lum sine fidelium consensu obrepeteret, aut nimia facilitate absque testi- statis annis temporis
 bus promoueretur.

11. In eligendis Episcopis diu sua populo libertas fuit conseruata, Epist. 90. c. ip. 2.
 ne quis obtruderebet qui non omnibus acceptus esset. Hoc igitur in cō- Populi libertas in
 cilio Antiocheno veritum est, ne quis in uitio ingeratur. Quod & Leo pri eligendis olim Epis-
 mus diligentem confirmat. Hinc iste sententia: Is eligatur quem clerici & copis, ne quis pacto
 plebs aut maior numerus postularint item. Qui prefuturus est omnibus, immittetur ca- ab omnibus eligatur. Qui enim ignotus & non examinatus praeficitur, meruntur sancti Pa-
 necesse est ut per vim intrudatur. Item, Is eligatur qui à clericis electus, tres. Vide Calu-
 à plebe expeditus fuerit: & à provincialibus cum metropolitani iudicio Act. 14. 23. & cap.
 consecratur. Adeo autem cauerunt sancti patres ne villo pacto immittetur 15. 22. 10. & ca. 21.
 recut hæc populi libertas, vt quum synodus vniuersalis Constantinopo- 22. & cap. 23. 4.
 li congregata Nectarium ordinaret, id facere noluerit sine totius clerici &
 populi approbatione: vt sua ad synodum Romanam epistola testata est.
 Proinde quum Episcopus quispiam successorem sibi designaret, non a-
 litaratum erat quam si totus populus scisceret. Cuius rei non modò ex-
 exemplum, sed formulam quoque habes apud Augustinum in nomina Epist. 110. Habetur
 tione Eradij. Et Theodosius, quum refert Petrum ab Athanasio succes- apud Iheronimum
 forem nominatum, continuo adiungit, sacerdotalem ordinem ratum id lib. 4. cap. 20
 habuisse, magistratum & primum populumque vniuersum sua accla-
 matione approbasse.

12. Est quidem & illud (faceor) optima ratione sanctum in Laodi- C. ip. 13
 enci concilio, ne turbis elecio permittatur. Vix enim vñquam cauerit vt
 tot capita uno sensu tem aliquam bene componant: & ferè illud verum
 est, In certum sciendi studia in contraria vulgus. Verum huic periculo
 adhibitum erat optimum remedium. Primum enim soli clerici elige Quem dederat ob-

seruata fuerint eō bant: quem elegit ēt, offerebant magistratus, vel senātū ac primoribus. legendis Episcopis, Illi, habita deliberatione, electionem, si iusta videtur, consignabant: siue à multitudine sī minus, eligebant alium quem magis probarent: tum ad multitudinem incipiebatur, siue nem̄ res lesebatur, quā tamē si p̄aejudicis illis non alligaretur, minus ad cā tamen poterat. Aut si à multitudine incipiebatur, tan̄um id deferebatur: habebat ut sciret ut quem potissimum expeteret: auditis populūrū vobis, & sec. 13 P̄dētis, clericis demum eligebat int̄. Ita nec clericis licebat quem vellent preceperūt. 14. circa sicut, nec tamē stulte populi desideriis obsequi necessē habebant. medium.

Epist 87

Hunc ordinem ponit alibi Leo, quum dicit, Expectanda sunt vota ciuium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum. Item, Teneatur honoratorum testimonium, subscriptio clericorum, ordinis consensus ac plebis: aliter (inquit) fieri nullā ratio sūt. Nec aliud sibi vult illud decretum synodi Laodicensis, quām ne ab inconsiderata multitudine patiantur se abtipiclerici & primores: sed potius sua prudentia & grauitate stultas eius cupiditates, si quando opus fuerit, reprimant.

13 Hæc eligenditatio adhuc ætate Gregorij valebat, & verisimile est diu postea durasse. Exstant apud eum plurimæ epistolæ quæ licentum huius rei testimonium dant: quoties enim decreando sibi noui Episcopo agitur, scribere solet ad clerum, ordinem & plebem: interdum etiā

Id quoque epis. cō- ad ducem, prout est regim̄n ciuitatis constitutum. Quod si ob incom- plūrbus.

Iib. 1. Bpi. 69. d. fl. statutum vicino alieni Episcopo inspectionem in elec- tionē mandat, semper tamen requiritur solenne decretum, omnium sub-

scriptionibustrobaturum. Quietiam quum creatus Mediolani Episco-

b. cap. In nomine. pus esset Constantini quidam, & ob incursiones barbarorum multi Me-

diolanensium Genam confugissent: non aliter: fore legitimam electio- nē putat quām si ipsi quoque in commune conuocati assensuerint. Imò nondum annū quingenti effluxerunt ex quo Nicolaus Papa de Ro- mani Pontificis electione in hunc modum statuit, ut p̄aeirent Cardinales Episcopi, deinde reli juvū clerum sibi adiungent, postrem p̄ plebis consensu electio firma esset. Et in fine reitat illud quod nuper circai Leonis decretum, ac in posterum valere præcipit. Quod si ita inualuerit improborū malitia ut clerici ad puram electionē faciendam urbe e- gredi cogantur: aliquos tamen ē populo simul adesse iubet. Imperatoris verò suffragium, quantum intelligere licet, in duabus tantum Ecclesijs requirebatur: Romana & Constantinopolitana: quod illi due impetū sedes essent. Nam quod Mediolanum ad gubernandam noui Episcopi electionem missus soit Ambrosius cum potestate à Valentiniano, id propter graves factiones quibus inter se ciūs flagabant, extra ordinatum fuit. Romæ autem tantum olim valuit imperatoris authoritas in Episcopo creando, ut Gregorius se ipsius iussu in Ecclesijs gubernaculis con-

stitutum esse dicat: quum tamen solenni ritu à populo tuisset expeditus. Hoc autem motis suis vi quum aliquem designasset ordo, clerus, ac po- pulus, ad imperatorem statim referret ille, ut vel sciceret electionē sua approbatione, vel improbando abrogaret. Neque huic consuetudini re- pugnant decretā quæ à Gratiano colliguntur, vbi nihil aliud dicitur quim nullo modo ferendum esse ut sublata canonica electione, rex pro sua libidine Episcopum constituat, & à Metropolitis non esse consecrā dum qui per violentia imperia sic fuerit promotus. Aliuī enim est, spo- liare Ecclesijs iuste suo, ut totum ad unius hominis libidinem transfe- ratur: aliud hoc honoris regi aut imperatori dare, ut sua autoritate legi timam actionem confirmet.

Hic, & scilicet 15. tr. 14. Sequitur iam ut trātemus quo titu post electionem iniari entur. Utas, qui vnu v̄ctris Ecclesijs ministri in suum officium. Hinc Lazini ordinationea

vel consecrationem, Greci χειροτονίαν, interdum etiam χειρίσθιαν vel postelectionem ini-
carunt; licet χειροτονία id genus electionis propriè dicatur ubi declarantur veteris Ec-
clie suffragia in iuvum eleuatione. Extat autem decretum Niceni concilii electio Ministrorum. Hoc
hic, ut Metropolites cum omnibus prouinciarum Episcopis conuenient ad eum autem erat postremus
qui electus fuerit ordinandum. Si autem itineris longitudine, aut valetudo ex quatuor, que in
dine, aut alia necessitate pars in pedititur, ut tamen tres minimum conue- Ministrorum voca-
niantur: qui autem absunt, sicut confessionem per literas testentur. At tunc considerari
que hic Canon quim desuetudine obsolesceret, pluitius deinde syno- oportere, dicitur fuit
disrenouatus fuit. Omnes autem, aut saltem quicunque exortationem cap. 3. scilicet n. 16.
non haberent, ideo adesse iubebantur quod grauius de doctrina & mori-
bus ordinandi haberetur examen: neque enim sine examine res perage-
batur. Et apparet ex Cypriani verbis, non postelectionem vocari, sed e-
lectioni interesse olim solitos: atque in eum finem ut essent quasi mode-
ratores, nequid in ipsa turba fieret turbulentia. *Vbi enim dixit plebi esse *Vide scilicet 11.
potestate vel dignos eligendi sacerdotes, vel indignos recusandi: ali-
quanto post subiungit, Propter quod diligenter de traditione diuina ac Epist. 4. lib. 2.
que Apostolica secundum est & tenendum (quod apud nos quoque &
ferè per prouincias vniuersas tenerit) ut ad ordinationes rite celebri-
tas, ad eam plebem cui propositus ordinatur, Episcopi eiusdem prouin-
ciorum proximi quique conueniant, & Episcopus deligatur plebe prese-
rente. Sed quoniam tardius interdum cogerentur, & periculum esset ne illa mora
abuteretur quidam ad ambiendi occasionem, satis fore visum est si de-
signatione facta ipsis accederent, ac legitima inquisitione probatum con-
secrarent.

15 Hoc quum ubique sine exceptione siceret, paulatim mes diversus
inolevit, ut metropolitam ad petendam ordinationem electi concede-
ret. Quod ambitione magis & veteris instituti depravatione factum est,
quam bona aliqua ratione. Nec multò post, iusta iam Romanæ sedis au-
thoritate, obtinuit altera adhuc deterior consuetudo, ut totius ferè Italij
Episcopi consecrationem inde peterent. Quod animaduertere licet ex
epistolis Gregorij. Paucis tantum ciuitatibus, que non ita facilè cesse- Lib. 2. Epist. 69, cap.
rant, antiquum ius seruatum erat: ut de Mediolano exemplum illuc ha- 76
betur. Fortassis sole metropoles retinuerunt suum priuilegium. Solebant enim ad Archiepiscopum consecrandum omnes prouinciales Episcopi
conuenire in ipsam primariam ciuitatem. Ceterum ritus erat "manuum" *Vide cap. 19. scilicet.
impositio. Nihil enim praeterea ceremoniarum adhibitum lego: nisi 28. 31.
quod aliquem ornatum in solenni coetu habebant Episcopi, quod à reli-
quis Presbyteris distinguerentur. Presbyteros quoque & Diaconos sola
manuum impositione ordinabant: sed suos Presbyteros quisque Episco-
pus cum Presbyterorum collegio ordinabat. Quanquam autem idem
agebant omnes: quia tamen pribat Episcopus, & quasi eius auspiciis tes-
gerebatur, ideo p̄sū dicebatur ordinatio. Vnde veteres hoc saepe ha-
bent, non differt alia ab Episcopo Presbyterum, nisi quia ordinandi
potestatem non habeat.

*Antiquissimam formam omnino pressundatam fuisse tyrannide
Papatus.* CAP. V.

Nunc ordinem gubernandæ Ecclesie, quem hodie tenet Romana
fides ac omnes eius satellites, totamq; hierarchia illiusquam per-
petuo in ore habent imaginem ob oculos ponere op̄i xp̄i pretium
est ac cum illo quem descripsimus, prius ac veteris Ecclesiæ conferte:
quod ex comparatione clueat qualiter Ecclesiam habent q̄ i hoc solo
tit. lo ad nos grauiores vel potius obrutus ferocius. Prestat autem à

De Vocacione & vocatione incipere, ut videamus qui & quales & qua ratione vocentur cum, qui regimur ad hoc ministerium. Tum deinde considerabimus quam fideliter mundi Ecclesiæ haberi se nos suum impleant. Dabimus autem primum locum Episcopi: quibus dicunt in Papatu: utinam hoc honori esse posset, in hac disputatione primum tenete ordinem. Sed res ipsa non patitur me vel leuiter attingere hoc argumentum sine summo ipsorum dedecore. Et tamen meminero in quo scripti generis nunc verser: nec orationem meam, quæ ad simplicem doctrinam composta esse debet, ultra suas metas diffuere patiar. Sed tamen respondet mihi quispiam eorum qui non prouersus frontem perdididerunt, quam in Eccl. primum Episco nem. Sed res ipsa non patitur me vel leuiter attingere hoc argumentum.

Quales Episcopi, les hodie Episcopi passim elegantur. Sanè examen habeti de doctrina nisi ad dominum mis obsoletum est: quod siquis habetur doctrinæ respectus, iurisconsultum aliquem diligunt, qui in foro magis litigare nouerit quam in Ecclesia concionari. Hoc cōstat, à centum annis vix centesimum quenque fuisse electum qui sacra doctrina aliquid teneret. Superioribus seculis non ideo patco, quod multo meliora fuerint, sed quod de praesenti modo Ecclesia nobis quaestio est. Si de moribus fiat censura, paucos aut pro quo & in fine sec. 2. & 3.

Quod ad mores: de dō Ecclesia nobis quaestio est. Si de moribus fiat censura, paucos aut pro quo & in fine sec. 2. & 3. pedium nulos fuisse reperiemus quos non indignos veteres Canones iudicassent. Qui non fuit ebriosus, fuit scortator; qui ab hoc quoque sclere putus fuit, aut aleo fuit, aut venator, aut in aliqua parte vita dissolutus. Sunt enim leuiora vitia quam secundum vetustos Canones hominem ab Episcopatu excludent. Hoc verò longè absurdissimum, quod pueri quoque vix decennes, papæ concessionē, Episcopi sunt facti. Eò impudenter ac stuporis prouecti sunt ut ne illud quidem extrellum & adeo prodigiosum flagitium horrent, quod ab ipso naturæ sensu penitus abhorret. Hinc apparet quam religiosæ fuerint electiones, vbi tam supina negligenta fuit.

Totum ius populi 2. Iam in eligendo totum illud ius populi sublatum est. Vota, assensio in Episcopis, substa sus, subscriptiones & omnia eiusmodi euauerunt: ad solos Canonicos non perpera in Pa. integra potestas translata est. Illi in quem volunt, conferunt Episcopatu, & ad Cano tum: cum mox in conspectum plebis producunt, sed adorandum, non eneos transflatum, xaminandum. Atqui reclamat Leo, nullam rationem id sinere, ac violentam impositionem esse pronuntiat. Cyprianus, quum fluere ex iure diuino testatur ne fiat nisi ex consensu populi, pugnare diuens motem cum verbo Dei ostendit. Tot synodorum decreta ne secus fiat severissime prohibent: ac, si factum sit, iubent esse irriatum. Si haec vera sunt, nulla hodie neque diuino neque Ecclesiastico iure Canonica electio in toto Papatu super est. Verum etiam si nichil aliud malo foret, qui tamen hoc

Aliae eorundē obieſtio, & eius ſolutio. 25 Excipiunt, ſe verbum habere quo palam facta est Dei voluntas: nempe ſi illis conceditur donum interpretationis ex Ecclesia profligate quod lucem verō afferat. Eatoꝝ illos habere verbi: sed quale olim Anthropomorphitas, quim Oram corporeum facerent: quale Marcion & Manichei, quum fingeret in Christo corpus vel cœleſte, vel phantasticum. Cibabant enim teſtimoniis, Princeps Adam ēterna terreſtris, ſecundus Adām ē cœlo cœleſtis. Item: Christus lepium extinxerit: forma ſerui accepta, & ſimilitudine ſe perritus ut homī. Verūm etatiſ concitores nullā Dei potentiam eis existimant, niſi in iuſto incerebris ſuis fabricato euertitur totius rediō nature: q̄ iudicis potūs eſt Deum circumſtabere, vbi ſigmentis noſti is appetimus experiri quid poſſit. Ex quo enim verbo ſumperatur, corpus Christi in cœlo viſibile eſſe, latere autem inuifibile in terra ſed ienunie, ipſi puiſſruitulis? Dicent neceſſitate in hoc flagitare, ut Christi corpus detur in Cœna. Nempe quia carnalem eſum ex Christi verbis elicere libuit, ſuū ipſorum præiudicii abiepti, neceſſe habuerunt argutiam hac excuſiere, cui reclamationa Scriptura. Quicquām verò à nobis iniunxit de potēia Dei, vt que eo falso eſt ut noſtra doctrina apprime magnificum ſit eius logium. *Sed quia ſemper noſ inſimulant, ſraudari Deum ſuo honorā, dum iſpuimus quod ſecundūm communem ſenſam diſſicile eſt creditu, licetor Christi promiſſum fuerit: iterum reprobando quod diſperit, noſ in fidei myſtice ſenſum communem non conſulete, ſed placita docilitate & ſpiritu mansuetudinis, quem commendat Jacobus, iſcipere pofectim e cœlo doctrinam. Sed in quo ipſi pernicioſe erant uos, uilem moderationem ſequi non diſſiteor. Illi auditio Christi ve. bis, Hoc eſt corpus meum, miraculum ab eius mente remoſiſimū imaginaſtur. Vbi autem ex hoc commento emergunt ſœda absurditates, qui tam p̄cipiti festinatione laqueos induerunt, demergunt ſe in abyſſum omnipotentia Dei: ut hoc modo veritatis lucem extinguant. Hinc faſtuosa illi morofitas, Nolunus ſcire quomodo ſub pane lateat Christus, hac ipſius voce contenti, Hoc eſt corpus meum. Nos verò, ut in tota ſcriptura, ſinam huius loci intelligentiam non minore obedientia quam cura eſt, ne p̄iudicemus: neque p̄e poftero feruore temere atripimus & ſine d. lectu quod primum ſe mentibus noſtriſ inget: ſed ſedula meditatione a libibit, ſenſum amplectimur quem Spiritus Dei ſuggerit: quod freſi, depicimus ex alio, quicquid terrena ſapientia contraria opponit. Imò captiuas tenenſi mentes noſtras, ne verbuſ duntaxat obſteperet, ac humiliamus, ne inſurgeat audeant. Hinc nata eſt expositio verborum Christi, quam ex perpetuo Scripturæ vſu ſacramentis communem eſſe, omnes in ea mediocriter versati noſtunt. N-c verò nefas eſt nobis ducimus, ſancta Virginis exemplo, in re atdua ſciftari quomodo fieri polli.

Corpus Christi fini. 26 Sed quia nihil ad confirmandam piorum filiū magis valebit: tum eſſe, & cœlo cō quām vbi diſcerint, quam posuimus doctrinā ex puro Dei verbo ſumprebendi, probatur p̄ am eſſe, eiūque authoritati innici: hoc quoque qua potero bieuitate diſcuſiſi repugnat planum faciam. Corpus Christi, ex quo reſurexit, non Aristoteles, ſed tuuſi tergiverſatu. Spiritus sanctus ita diſtinuit eſt, ac cœlo comprehendi vſque ad ultimā, hic ſc̄it. in im diem. Nec me lateat, locos, qui in hanc rem citantur, ſecūt ab ipſis 27 eiū ti. Quoies dicit Christus ſeabiturum relitto mundo, excipiunt, diſceſſum illū nihil aliud eſſe quam mutationem mortalis ſtatus. Atqui hoc modo non ſubſtitueret Christus Spiritum sanctum ſupplendo, ut loquuntur, abſentia ſuꝝ defelunt: quando in illius locum non ſuccedit, nec rufum aſcendit Christus ipſe ex cœleſti gloria, ut conditionem mortalis

Iob. 14.12. 28 ceſſum illū nihil aliud eſſe quam mutationem mortalis ſtatus. Atqui hoc modo non ſubſtitueret Christus Spiritum sanctum ſupplendo, ut loquuntur, abſentia ſuꝝ defelunt: quando in illius locum non ſuccedit, nec rufum aſcendit Christus ipſe ex cœleſti gloria, ut conditionem mortalis

*Vide initium ſec.

24

Jacob. 1.21

Ene. 1.34

mortalis vita suscipiet Ceterè aduentus Spiritus & ascensus Christiani-
theta sunt: id est que fieri non potest ut eodem modo secundum carnem
nobilicium habuerit Christus, quo Spiritum suum mittit. Adde quod disertè
exprimit, se cum discipulis non semper fore in mundo. Hoc etiam di- Matt.26.11
ctum pulchre sibi diluere videntur: quasi negat Christus se pauperem &
miserum semper fore, vel necessitatibus caducere vitam obnoxium. Atqui
circumstantia loci palam reclamat: quando non agitur de egitate & i-
nopia, vel misere terrena vita statu, sed de cultu & honore. Vnde disci-
pulis non placebat, quod purarent supervacuum & inutilem esse sum-
pum, & luxuriae abhinc: id est in pauperes impensum maluissent pre-
mium illud, quod male profusum fuisset putabant. Respondet Christus se
non semper fore presentem, ut tali honore colatur. Nec aliter exposuit
Augustinus, cuius haec minime ambigua sunt verba, Quum diceret Chri Trad. in Iob.50
stus, Me non semper habebitis vobiscum, loquebatur de presentia corpo-
ris. Nam secundum maiestatem suam, secundum prouidentiam, secun-
dum ineffabilem & inutilem gratiam impletur quod ab eo dictum est, Matt. 28.10
Ecce, ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi: secundum carnem vero quam Verbum illuminat, secundum id quod de Virgine na-
tus est, secundum id quod a Iudeis comprehensus est, quod ligno confi-
xus, quod de cruce depositus, quod linteis inuolutus, quod in sepulchro
conditus, quod in resurrectione manifestatus: Non semper habebitis me
vobiscum. Quare? Quoniam conuersatus est secundum corporis praesentiam
quadraginta diebus cum discipulis suis, & deducentibus eis videndo
non sequendo ascendit. Non est hic: ibi enim sedet ad dexteram Patris.
Et tamen hic est: quia non recessit praesentia maiestatis Aliter secundum
praesentiam maiestatis, semper habemus Christum: secundum praesentiam
carnis recte dictum est, Me autem non semper habebitis. Habuit enim
Ecclesia secundum praesentiam carnis paucis diebus: modò fide tenet, o-
culis non videt. Vbi (vt hoc quoque benteuer annoten) *tribus modis eum *Ex. Augustino, tri-
nobis praesentem facit, maiestate, prouidentia, ineffabili gratia, sub qua b' modis nobis pre-
mitificam istam corporis & sanguinis eius communionem comprehendens Christus.
do: modò spiritus sancti virtute fieri intelligamus, non huius illa corpo-
ris ipsius sub elemo inclusione. Siquidem carnem se habere & ossa Do-
minus noster testatus est quae palpari & videti possent. Et Abire ac Af-
fondere, non speciem ascendentis abeunt: isque date significant, sed vere
id facere quod verba sonant: Ergone, dicit quispiam, certam caeli regio-
nenem Christo alignabimus: Ego autem cum Augustino respondeo, curio Lib. de fide & simi-
litudinibus esse hanc & supervacaneam questionem, modò tamen in celo bo. cap. 6
esse credamus.

27 Quid vero, eties repetitum ascensus nomen, anno migrationem
ab uno loco in alterum significat? Negant: quia per altitudinem se-
cundum eos tantum notatur in imperij maiestas. Sed quid ipse ascendi mo-
duus? non spectantibus discipulis in sublimie euhebitur: annon claram nat-
rare Euangeliste receptum tuisse in celos? Excipiunt acutissimi Sophistæ, . 47 1.9
nube interposita subductum fuisse est conspectu: ut discerent fideli-s non Marc.16.19
fore postea in mundo visibilem. Quis si vero non debuerit ponere momen- Lue.24.51
to euancescere, ut fidem faciat pietate inuisibilis: vel nubes eum col-
ligere non debuerit antequam pedem irueret. Dum vero sublimis fer-
tur in aërem, & subiecta nube se amplius in terra querendum non esse
docet, turò colligimus domicilium nunc ei in coelis esse: sicut etiam assertit
Paulus, & inde à nobis expectavit iubet. Hac ratione admonent Angeli Philip.3.20
discipulos, fructa eos in celo suspicere: quia Iesus qui assumptus est in
celum, sic veniet quemadmodum eum viderant ascendere. Hic quoque facie-
ta, ut sibi videntur, teinguersatione effugient sanæ doctrinæ aduersarij,

ventutum tunc visibilem, qui nunquam est terra discessit quin apud suos inuisibilis inaneat. Quasi vero Angeliduovicem illi praesentiam insinuerit, ac non simpliciter discipulos faciat oculos testes ascensus, nequa superbit dubitatio: perinde ac si dicerent, Vobis videntibus in celum receptus, celeste sibi imperium adest: superest ut patietur expectetis dum rursus aduenia mundi iudex: quia nunc celum ingressus non est, ut illud solus occupet, sed ut secum vos & omnes pios colligat.

Dogma locantium
corpus Christi in pane, non inuari. Augustini testimoniis, aut Scripturae auctoritate, probatur hic, &c. sec. 29. 30.

31.
Ad Bonif. epist. 25

Contra Adimantum Manie li. 12.
Iib 3. de Trinitate cap. 10.

In Psal. 33

Epist ad Dardanum.

Trae. 50. in Iohann.
signum crucis, ritus superstitiosus.

28. Quoniam vero patronus adulterini dogmatis veterum suffragii nihil pudet illud ornare, ac praesertim Augustini: quam peruersè id contentur, prout expediri. Nam quem à doctis & piis viris collecta fuerint eorum testimonia, nolo rem actam agere: ex eorum lucubrationibus petat qui volet. Ne ex Augustino quidem congetur quæcunque ad rem facerent: sed contentus ero paucis ostendere, sine controversia totum esse nostrum. Quod aduersarij, ut eum nobis extorquent, praetexunt, passim in eius libris occurrere, carnem & sanguinem Christi dispensati in Cœna, nempe victimam semel in cruce oblatam: sruolum est: quum simul vocet vel eucharistiam, vel sacramentum corporis. Ceterum quo sensu voces Carnis & Sanguinis usurpet non est quod longo circuitu queramus: quando seipsum explicat, dicens sacramenta ex similitudine rerum quas signant nomina accipere: id quod secundum quendam modum sacramentum corporis esse corpus. Cui concinca alter locus satius vulgaris, Non dubitauit Dominus dicere, Hoc est corpus meum, quum signum daret. Iterum obiectant, disertè scribete Augustinum, corpus Christi caderet in terram, & in os ingredi: nempe eodem sensu quo consumi affirmat: quia utrumque simul coniungit. Nec obstat quod dicit, per alio mysterio panem consumi: quia paulo ante dixerat: quia hominibus haec nota sunt, quando per homines sunt, honorem tanquam religiosa possunt habere: tanquam mira, non possunt. Nec alio speat quod aduersarij nimis inconsideratè ad se trahunt, Christum se quodammodo portasse manibus suis, quum panem mysticum discipulis portigeret. Nam aduentio summi traditoris interposito satis declarat, non vere nec realiter fuisse sub pane inclusum. Nec mirum: quando alibi aperiè contendit, corpora, si illos tollent sp. via locorum, nusquam fore: & quia nusquam erunt, penitus non fore. Ieiuna est cauillatio, illic non agi de Cœna, in qua Deus speciem virtutem exibet: quia de Christi carne mota erat quæstio, & sanctus vir ex professo respondens, Immortalitatem, inquit, carni sue dedit Christus, et aeternam non abstulit. Secundum hanc formam non putandus est ubique diffusus: caendum enim ne ita diuinitatem astuamus hominis, ut veritatem corporis auferamus. Non est autem consequens ut quod in Deo est sit ubique ut Deus. Subiicitur quoniam ratio, Una enim persona Deus & homo est, & utrumque unus Christus: ubique per id quod est Deus, in celo per id quod est homo. Cuius locum si quis attinet quod paulo post sequitur leg. t, reperiet sub illa generali doctrina Cœna quaque comprehendendi, Christum unigenitum Dei Filium, eundemque Filium hominis, ubique totum praesentem esse, tanquam Deum: in templo Dei (hoc est in Ecclesiâ) et tanquam inhabitantem Deum, & in loco aliquo celo, propter veri corporis modum. Videmus ut ad Christum cum Ecclesia vienendum, corpus eius est celo non eliciat: quod certe factus erat, si

corpus Christi vere cibus nobis non esset nisi sub pane inclusum. Alibi definens quomodo fideles Christum nunc possident, Habes, inquit, per signum crucis, per Baptismatis sacramentum, per altaris cibum & potum. Quam teste superstitiosum titum inter symbola praesentis Christi numeret,

meret, non dispuo: sed qui præsentiam carnis compatet crucis signo, sa-
tis ostendit se Christum bicorporem non fingere, vt occultus sub pane
lateat qui in cœlo visibilis sedet. Quod si explicatione indiget, continuo
post illuc adiungitur, Secundum præsentiam maiestatis nos semper habe-
re Christū: secundum præsentiam carnis rectè dictum esse, Me non sem-
per habebitis. Excipiunt simul etiū hoc addi, Secundum ineffabilem &
invisibilem gratiam impletur quod ab eo dictum est, Ego vobis sum Matt. 26,11
usque ad cōlummationem seculi Sed nihil in eorum commodum: quia
hoc tandem ad maiestatem restinxerit, que semper opponitur corpori,
ac nominatum caro à gratia virtutēque discernit. Sicut alibi eadem an-
tithesis apud eum legitur, quod reliquerit Christus discipulos præsentia
corporali, vt futurus sit cum illis præsentia spirituali: ubi clatum est, car-
nis essentiam distingui à Spiritu virtute, quæ nos Christo coniungit, lo-
cūrum alio: qui distinctione procul disfūsos. Eodem loquendi genere Iepius
vtitur, vt quom dicit, Ventus est ad viuos & mortuos præsentia itidem
corporali, secundum fidem regulam sanamque doctrinam: nam præsentia
spirituali ad eos viue erat venturus, & cum tota Ecclesia futurus in
mundo usque ad consummationem seculi. Ergo ad credentes dirigitur
hic sermo, quos seruare iam cœperat præsentia corporali, & quos reliqua-
tus erat absentia corporali, vt eos cum Patre seruaret præsentia spiritua-
li. Corporale accipere pro visibili, nugatorium est: quando & corpus op-
ponit diuina potentia: & addens, Cum Patre seruare, clatè exprimit gra-
tiam suam ē cœlo per Spiritum ad nos diffundere.

29 Et quoniam tantum fiducia ponunt in hac latebra præsentia in
uisibilis, agendum videamus quām bene in ea se occultent. Primo sylla
bam non profert ex Scripturis, qui probent invisibilem esse Christū:
sed pro confesso sumunt quod nemo sanus illis dabit, non posse aliter
Christi corpus in Cœna dari nisi opertum panis latua. Atque hoc ipsum
est de quo nobis sumus litigant: tantum abest ut principijs locum obtineat.
Si corporis Christi

Ac dum ita gariunt, coguntur duplex facere Christi corpus: quia in se
visibile est in cœlo secundum eos, in Cœna autem speciali dispensacionis
modo inuisibile. Quām verò bellè hoc conueniat, tum ex aliis Scripturæ
locis, tum Petri testimonio facile iudicium est. Dicit Petrus opotere Chri-
stum cœlo capi vel comprehendendi, donec iterum adueniat. Docent isti v-
biique locorum ells, sed absque forma. *Excipit, iniquum esse naturam
gloriosi corporis subiecte communis natura legibus. Atqui Seruicium
illud delictum (quod pñs omnibus metitè detestabile est) absorptum fuis-
se corpus à diuinitate, secum trahit hæc responsio. Non dico eos ita senti-
re: verum si inter doce glorificari corporis numeratur, inuisibili modo

omnia implete: corporam substantiam aboliri palam est, nec dictumne
vllum relinqui deitatis & humanæ naturæ. Deinde "nisi ita multiforme &
varium est Christi corpus, vt uno in loco appareat, in altero sit inuisi-
bilis: ubi ipsa corporis natura, quod suis dimensionibus constat? & ubi vni-
tas? Longè rectus Tertullianus, qui verum & naturale Christi corpus fuis-
se contendit: quia eius in mysterio Cœnæ figura nobis proponitur in pi-
gnus ac certitudinem virtutis spiritualis. Et certè de corpore gloriose dice-
bat Christus, Videte & palpate, quia Spiritus carnem & ossa non habet.
Ecce ipsis Christi ore carnis veritas probatur, quia palpati potest ac vi-
deri: aufer illa, iam caro esse desinet. Semper ad latibulum configunt
sue dispensacionis quam sibi fabricatunt. Nostrum verò est, quod abso-
lutè pronuntiat Christus ita amplecti, vt sine exceptione apud nos va-
leat quod vult assertere. Se non spectum esse probat: quia sit in carne
sua uisibilis. Tollatur quod tanquam proprium corporis sui naturæ ven-
dicat: nonne excludenda erit noua corporis definitio? Iam quocunque

Act. 3, 21

* Exceptio eam sen-

tentiam defendens
tum.

Augu lib. solilo-

quorum 2. cap. 18.

Ego puto corporis ali-

qua forma & spe-

ciū continet, quam

si non haberet, cor-

pus non esset.

Luc. 24, 39

Philip. 3.21 se circumagant, in loco illo Pauli ficitia eorum dispensatio locum non habet, vbi dicit, nos expectate ē celo salvatorem, qui corpus nostrum humile configurabit corpori suo glorioso. Neque enim speranda nobis est conformitas in illis, quas Christo affingunt, qualitatibus: vt cuique inuisibile sit ac immensum corpus. Nec verò repetietur quisquam tam bardus cui tantum absurditatem persuadeant. Ne igitur corpori Christi glorioso hanc adseribant dotem, multis in locis simul esse, nullū p̄ spatio contineri. Denique vel aperiē negent carnis resurrectionem, vel concedant Christum vestīū cœlesti gloria, non exuisse carnem qui nos in carne nostra, illius eiusdem gloria facturus est consortes ac socios, quando nobis futura est communis cum eo resurrectio. Quid enim clarius tradit tota Scriptura, quam Christum, vt veram nostram carnem induit quum ē Virgine natus est, in vera carne nostra passus est, quum pro nobis satisfecit: ita eandem veram carnem & resurgendo recepisse, & in eō lumen futuisse? Hec enim nobis nostra resurrectionis & in cœlum ascensionis spes est, quod Christus resurrexit, & ascendit: atque (vt ait Tertullianus) arham nostræ resurrectionis secum in cœlos tulit. Porro quam infirma & fragilis foret spes illa, nisi haec ipsa nostra caro io Christo vere suscitata, & in regnum cœlorum ingressa esset? Atqui haec est propria corporis veritas, vt spatio continua: ut, vt suis dimensionibus constet, vt suam faciem habeat. Facest igitur stultum illud commentum quod tam mentes hominum quam Christum pani affigit. Quotum enim occulta sub pane praesentia, nisi vt qui Christum sibi habere coniunctum

Iohan. 20.17 cupiunt in symbolo illo subcidant? Atqui Dominus ipse non oculostanum, sed omnes sensus nostros ē terra subducere voluit, se attungi à mulieribus vetans, donec ascendisset ad Patrem. Quum pio reverenter studio Mariam videat properare ad osculandum pedes, cur tactum hunc im probet ac prohibeat, donec in cœlum ceceptus fuerit, nulla causa est, nisi quia nusquam alibi vult quarti. Quod obiciunt, postea visum fuisse Stephano, facilis solutio est: neque enim ideo necesse fuit Christo locum mutare, qui serui sui oculis perspicaciam dare potuit quia cœlos penetraret. Item & de Paulo dicendum. Quod Christum exisse ē sepulchro clauso, & clausis ianuis ad discipulos ingressum esse obiciunt, nihil magis eorum errori suffragatur. Nam tunc aqua non secus ac solidum pavimentum Christo iter præbuit super lacum ambulanti: ita nihil nimirum si ad eius occursum se hexit lapidis durities. Et si probabilius est, eius imperio amotum fuisse lapidem, & mox, transitu dato, in suum locum redisse. Nec ianuis clausis intrare tantundem valet ac penetrare per solidam materiam, sed sibi aditum patere facere diuina virtute, vt repente steterit inter suos discipulos, plane admittibili modo, quum obseruatæ essent fores. Quod erant ex Luca, Christum subito euauissæ ex Discipulorum oculis, quibuscum Emmaunia profectus erat, nihil illis prodest, & nos adiuuat. Nam vt sui conspectum illis auserret, non factus est inuisibilis: sed tantum dispatuit. Sicuti eodem Lucate st̄e, quā simul iter faceret, nō induit nouam faciem ne agnosceretur: sed tenuit eorum oculos. Isti verò non modò Christū transformant, vt in terra velesetur: sed alium alibi sūque dissimilem esse fingunt. Denique ita nugando, non uno quidem veibo, sed peripherasi, ex carne Christi spiritum faciunt: nec eo contenti, qualitates ei penitus contiarias induunt. Vnde necessariò sequitur duplicitem esse.

*Resolutio in mem
fitas & ubiqutias
corporis Christi.*

Io Iam vt illis demus quod gariunt de inuisibili praesentia, nondū tamen probata erit immensitas, sine qua fructu Christum, sub pane includere tentabunt. Nisi ubique simul esse possit Christi corpus nulla loci circunferentia, sub pane in Cœna latere credibile non erit. Quia necessari-

Aet. 7.55

Aet. 9.4

Matt. 28.6

Iohan. 20.19

Matt. 14.25

Luc. 24.31

Ibid. 16

tate ab illis industa est prodigiosa ubiquitas. Atqui summis clarissime Scripturæ testimoniis demonstratum est circumscribi humani corporis mensura: deinde suo in cœlum ascensu palam fecisse non omnibus se esse in locis, sed dum in unum transit, priorem relinquere. Nec verò promissio quam adducunt ad corpus trahenda est, Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Primum non stabit perpetua coniunctio nisi extra Cœnæ usum Christus in nobis corporaliter habitet: id est iusta ratio non est cur tam acerbè de verbis Christi litigent, ut Christum in Cœna includant sub pane. Deinde contextus euincit, Christum nihil minus quam de carne sua loqui, sed in uitium auxilium promittere discipulis, quo eos aduersus omnes Satana mundi pueri insultus tueatur & sustineat. Nam quum difficultatem prouinciam iniungeret, ne eam aggredi dubitent, vel trepidè obeat, præsentia sua fiducia eos confirmat: ac si diceret non before illis suum præsidium, quod insuperabile erit. Nisi omnia confundere libaret, annon præsentia modum distinguere oportuit? Et certè quidem cum magno dedecore prodere inseitiam suam malunt quam vel minimum de errore cedere. Non loquor de Papistis: quorum tolerabilior, vel saltem magis veracundia est doctrina: sed quosdam ita abrupti contentio, ut dicant, propriæ unitas in Christo naturas, ubiunque est diuinitas Christi, illuc quoque esse carnem, quæ ab illa separari nequit. Quasi verò unio illa confluet ex duabus naturis medium nescio quid, quod neque Deus esset, neque homo. Sic quidem Eutyches, & post eum Seretus. Verum ex Scriptura aperte colligitur, sic vanicam Christi personam constitire ex duabus naturis ut cuique tamen sua manear salua proprietas. Ac Eutychen iuste fuisse damnatum negare eos pudebit: ad damnationis causam mitum est eos non attendere: quod discrimine inter naturas sublatu, personæ unitatem vrgens, ex Deo hominem faceret, & ex homine Deum. Cuius ergo amentia est, cœlum terrena potius nescire quam non extrahere Christi corpus è cœlesti sanctuario? Nam quod pro se testimonia illa adducunt, Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit Filius hominis qui in cœlo est. Item, Filius qui est Iohann.3.13 in sinu Patris, ipse enarravit: eiusdem est stuporis spernere idiomatum eternitatem quæ non fuita olim à sanctis Patribus inuenta est. Certè quā Dominus gloria crucifixus dicitur, non intelligit Paulus in sua diuinitate quicquam fuisse paixum: sed quia Christus, qui abiit & contemptus in carne patiebatur, idem Deus erat & Dominus gloriæ. Ad hunc modum & filius hominis in cœlo erat: quia ipse idem Christus, qui secundum carnem filius hominis habitabat in terris, Deus erat in cœlo. Qua ratione eo ipso loco descendisse dicitur secundum diuinitatem: non quid diuinitas cœlum reliquerit, vt in ergastulum corporis se abderet: sed quia tamen omnia impletet, in ipsa tamen Christi humanitate corporaliter, id est naturaliter habitabat, & ineffabiliter quodam modo. Tria est in scholis distinctio, quam mereferit non pudet, Quanvis totus Christus ubi uer si, non tamen totum quod in eo est, ubi que esse. Atque ueniam Scholasticæ ipsi vim huius sententiae probè expeditis: quia ita occursum fuisse insisto commento de carnali Christi præsentia. Mediator ergo noster quum totus ubique sit, suis semper adest: & in Cœna sociali modo præsentem se exhibet, sic tamen ut totus adsit, non totum: quia, ut dictum est, in carne tua cœlo comprehenditur donec in iudicium appearat.

31 Longè autem fallitur qui nullum carnis Christi præsentiam in Cœna concipiunt nisi in pane habent. Ita enim arcana Spiritus operationi quæ nobis Christum ipsum unit, nichil reliquum faciunt. Christus præsens illis non videatur nisi ad nos descendat. Quasi vero si ad se nos eucha-

non quæ potiamur eius præsentia. Ergo tantum de modo quæstio est: quia Christum ipsi in pane locant, nobis autem non ducimus fuisse eū ē cœlo detrahete. Verum rectius sit iudicent lectors Tantum facetas calumnias illas, auferri Christum à sua Cœna nisi sub pinis integumento latet. Nam quum mysterium hoc cœlestis sit, uerasse non est, Christum elicere in terra ut nobis sit coniunctus.

Pideſiſt. 7

12. Porro de modo siquies me interroget, fateri non pudebit, sublimius esse arcanum quām vt vel meo ingenio comprehendendi, vel enarrati verbis queat: atque ut apertius dicam, expertior magis quām intelligam. Ita que veritatem Dei, in qua acquietere tutò licet, hic sine controversia amplector. Pronuntiat ille carnem suam esse animæ meæ cibum, tangui nem esse potum. Talibus alimentois animam illi meam pascendam offero. In sacra sua Cœna iubet me sub symbolis panis ac vini corpus ac sanguinem suum sumere, manducare ac bibere: nihil dubito quia & ipse verè porrigit, & ego recipiam.

*Pideſiſt. 19. *Tantum absurdum resicio quæ aut cœlesti Christi maiestate indigna, aut humanæ eius naturæ veritate aliena esse appetat: quādo & cum Dei verbo pugnare necesse est, quo i & sic in gloriani regni cœlestis receptum fuisse Christum docet vt supra omnē mundi conditionem eum eucharist, nec minus diligenter in humana eius natura commendat quæ propria sunt etiæ humanitatis. Neq; hoc vel incredibile vel à ratione absursum videtur debet: quia ut spirituale est totum Christi regnum, ita quicquid agit cum sua Ecclesia, ad rationem seculi huius minimè exigendum est. Vel, vt Augustini verbis utat, per hominem hoc mysterium peragit ut talius, sed diuinus: in terra, sed cœlius. Ea

Inquis lib. 4. c. 34 (inquam) est corporis præsentia, quam Sacramenti ratio postulat: quia in tanta virtute tantaque efficacia hic eminere dicimus, vt non modò indubitatani vite etiæ luciam animis nostris afferat, sed de carnis etiæ nostra immortalitate securos nos reddit. Siquidem ab immortali eius carne iam vivificatur, & quadammodo eius immortalitati communitat. Qui supra haec suis hyperbolis euehundat, nihil aliud quām talibus inuolucris simplicem & planam veritatem obsecravit. Sicui nondum satisfactum fuerit, hic velim paulisper mecum reputet, de sacramento nunc haberi sermonem, cuius omnia ad fidem referenda sunt. Fidem vero nos ista quam enarrauimus corporis participatione non minùs laute afflueretque pacem, quād in qui ipsum Christum ē cœlo detrahunt. In genue interea confitent, mixtutam carnis Christi cum anima nostra, vel transmutationem qualis ab ipsis docet me repudiare: quia nobis sufficit Christum ē carnis sua substantia vitam in animis nostris spirare: imo propriam in nos vitâ diffundere, quanvis in nos non ingrediatur ipsa Christi caro. Adde quād fidei analogiū, ad quam omnem Scripturæ interpretationem exigere iubet Paulus, hac in parte nihil praæclarè constate nihil dubium est. Qui veritatem adeò perspicue reclamat, ad quam fidei amissum se forment viderint. Qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo non est, isti, licet dissimulent, vel non aduentar, ipsum carnem sua spoliant.

Rom. 12. 3
1. Iohann. 2. 4
2. Iohann. 7
Dum hyperbolici 33. De communicatione idem sentiendis: quæ nulla ab ipsis ignorari præsente modum tur nisi Christicarnem sub pane deglutiunt. At qui Spiritui sancto non levigant curiosi, nisi fit innititur, nisi credimus spiriti incomprehensibili eius virtute vt cum munus, horrendis carne & sanguine Christi communicemus. Ita si vis mysterij qualis à dissimilibus re vera nobis tradidit, & cognita fuit vere Ecclesie, ab annis quadragesimatis prioribus, r. variis dignitate expensa esset, satis supere que erat unde nobis satisficeret: cialusa testis multis factis erroribus inanua, ex quibus accensis sunt horrende difficultates, quibus tum olim, tum nostra eternam etate Ecclesia miserae exuta est: dum hyperbolicum præsentis modum exigunt curiosi homines, quem

que in Scriptura nunquam ostendit. Ac de re stulte & temerite concepta perinde tumultuantur ac si inclusio Christi sub pane, prora & puppis (vt aiunt) pietatis esset. Quomodo Christi corpus, ut semel pro nobis traditum est, noster sumus siat: quomodo sanguinis effusione participes fiamus, scire in primis reslebat: quia id est totum Christum crucifixum possidere, ut bonis eius omnibus fruamur. Nunchis omisisti, quibus tantum inerat momenti, imo neglectis & penè sepultis, hec una spinosa quæstio illis placet, quo modo sub pane, vel sub specie panis lateat Christi corpus. *Falso iactat, *Obiectio contra quicquid docemus de spirituati mandatione, vera & reali (vt loquitur) oppositi: quandoquidem non nisi ad modum respicimus, qui apud eos carnalis est, dum Christum pane includunt: nobis spiritualis, quia vis arcana Spiritus nostræ cum Christo coniunctionis vinculum est. *Nihilo *Obiectio altera, vetior est altera obiectio, nos tuum vel effectum duntaxat quem ex esu carnis Christi capiunt fidèles, attingere. Diximus enim *antea Christum ipsum Cœnæ esse materiam: inde verò sequi effectum, quod sacrificio mortis eius expiamur à peccatis, sanguine abluiimur, resurrectione etigimus in spe cœlestis vita. Sed stulta imaginatio, cuius author fuit Lombardus, periret eorum mentes, dum esum carnis Christi Sacramentum esse putant. Sic enim ille, Sacramentum & non res, sunt species panis & vini: Sacramentum & res, caro & sanguis Christi res & non Sacramentum, mystica eius caro Item paulo post, Res significata & contenta Lib. 4. Diff. 8. est propria caro Christi: significata & non contenta, mysticum corpus. Quod inter carnem Christi distinguit, & alendi efficaciam, qua praedita est, assentior: quod autem Sacramentum esse fingit, & quidem sub pane contentum, error est non ferendus. Hinc nata est sacramentalis manducatio falsa interpretatio: quia putarunt impios quoque & sceleratos edere Christi corpus, quamlibet sint ab eo alieni. Atque ipsa Christi caro in mystico Cœnæ non minus spiritualis res est quam æterna salus. *Vnde col *Non sumi ab ini- ligimus, quicunque vacui sunt Christi Spiritu, carnem Christi nihil ma delibus Christi car- gis posse edere, quia vinum bibete cui non sic coniunctus sapor. Certe nem- nū: si dignè lacetatur Christus, quoniam prostituitur incredulis emortuum & nullius vigoris eius corpus: & repugnant aperta eius verba, Quisquis Ioh. 5. 56 ederit carnem meam, & biberit sanguinem meum in me manet, & ego in eo. Excipiunt, illic non agi de sacramentali esu: quod ego fateor, modò ne ad eundem scopulum subinde impingant, comedi carnem ipsam absque ullo fructu. Scire autem ex ipsis velim quandiu eam coartinante ubi manducarent. Hic, meo iudicio exitum non repetient. *Sed obiectio contra se- ciunt, non posse hominum ingratitudine quamdam detrahiri, vel intecti per nos axioma: ei- deret de fide promissionum Dei. Fateor sane & vim mysterij integrâ ma- net. I.e.o, quantunq[ue] impij eam, quoad in se est, exinanire studeant. A2 liud tamen est offerri, aliud recipi. Spirituali hunc cibū omnibus porrigit Christus, potumque spiritualem propriuam: alij auidè vescuntur, alij fastidiosè respuunt: an horum reiectio faciat ut cibus & potus suam na- turam perdant? Dicent hoc similitudine sententiam suam iuuati, nem- pe carnem Christi, licet insipida sit, esse nihilominus carnem. Ego verò nego posse comedи absque fidei gusto: vel (si cum Augustino loqui magis placet) nego plus refertur homines ex Sacramento quam in vase fidei colligunt. Ita Sacramento nihil concedit: imo illibata manet eius veritas & ef- ficacia, quanvis ab externa eius participatione inanes discedant impij. *Si rursus obiciant, derogari huic verbo, Hoc est corpus meum, si pa- ueni corruptibilem & nihil præterea impij recipient: in promptu solu "Obiectio, & eius solutione.

tio est, Deum nolle veracem agnoscere in ipsa receptione, sed in bonitatis sua confitancia, ubi indignis præstare quod ieiiciunt paratus est, imo libertatiter offert. Atque haec est sacramenti integritas, quam violat.

totus mundus non potest, carnem & sanguinem Christi non minus vere dati indignis quam electis Dei fidelibus, simul semen verum est, non fecus atque pluvia super duram rupem decidens: fluit, quia nullus in lapide ingressus patet: ita impios sua duritie repellere Dei gratiam quominus ad ipsos penetraret. Adde quod Christum absque fide recipi nihil

Obiectio, & respondeo. magis contentancum est quam semen in igne germinare. Quod autem querunt quomodo in damnationem quibusdam venerit Christus nisi eum indignè recipient, frigidus est: quando nusquam legimus, Christum indignè recipiendo, mortem sibi accersere homines sed potius respundo Nec eos iuuat Christi parabola, vbi dicit semen enasci inter spinas, & postea suffocatum corrumpi: quia illic differit quid valeat tempore talis fides, quam edendæ Christi carni, & bibendo sanguini necessariam esse non putant qui Iudam hac in parte equaliter faciunt socium Petri.

Matt. 13. 7

Ibid. 4. 5

Quin potius eadem parabola reficitur eorum error, vbi dicit Christus aliud semen cadere super viam, aliud super lapides, ac neutrum agere radicem. Vnde sequitur incredulitas suam duritatem esse obstatu quominus ad eos Christus perueniat. Quisquis salutem nostram hoc mysterio adiutam cupit, nihil aptius inueniet quam ut fideles ad fontem deducisti, vitam hauriant ex Dei Filio. Dignitas vero satis magnificè commendatur, vbi tenemus adminiculuni tse quo inferamur in corpus Christi, vel in illi i magis ac magis coalescamus, donec solidè nos secum via in cœlesti vita. Obiciunt, non debuisse fieri à Paulo reos corporis & sanguinis Christi, nisi eorum essent participes. Ego autem respondeo, non ideo damnari quod comedent, sed tantum quod mysterium profanauerint, pignus sacra cum Deo coniunctionis, quod reverenter suscipere debent, calcando.

Ex Aug. dictio nō 34 Poirò quia Augustinus inter vetustos scriptores præcipue assertuit sequi, infideles particeps esse corporis Christi, probatur ex varijs locis Augustini.

Hoc in Ioh. 2. 6.

Iohann. 6. 50

34 Poirò quia Augustinus inter vetustos scriptores præcipue assertuit sequi, infideles particeps esse corporis Christi, probatur ex varijs locis Augustini. caput illud doctrinæ, sacramentis nihil decedere, nec euacuari quam fit gutant gratiam infidelitate vel malitia hominum: vile erit ex verbis eius clare probare quam inscribere & perpetuari illud ad causam presentem trahant qui canibus edendum proticiunt Christi corpus. Sacramentalis manducatio, secundum istos, est qua impij Christi corpus & sanguinem absque virtute Spiritus vel ullo gratiae effectu recipiunt Augustinus contraria, verba illa prudenter expendens, Qui manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non morietur in eternum, Nempe (inquit) virtutem sacramenti, non tantum visibile sacramentum: & quidem intus, non foris: qui corde comedit, non qui premit dente. Vnde tandem concludit huius rei sacramentum, id est unitatis corporis & sanguinis Christi, in Cœna Dominica proponi, quibusdam in vitam, aliis ad exitium: rem vero ipsam cuius sacramentum est, omnibus ad vitam, nulli ad exitium, quicunque fuerit particeps. Ne quis hic cauilletur, rem vocari non corpus, sed quæ ab illo separari potest Spiritus gratiam, has nebulas discutit antithesis inter epitheta Visibile & Invisibile: nam sub priore comprehendere non potest Christi corpus. Vnde sequitur, visibili tantum symbolo incredulos communicare. Ac quod melius tollatur dubitatio, postquam dixerit panem hunc interioris hominis querere esuriem, subiicit, Moses, & Aaron, & Phinees, multique alij qui manu comedebunt, placuerunt Deo. Quare? Quia visibilem cibum spiritualiter intelligebant, spiritu aliter esuriebant, spiritualiter gustabant, ut spiritualiter satiarerentur. Nam & nos hodie accepimus visibilem cibum: sed aliud est sacramentum, aliud virtus sacramenti. Paulò post, Ac per hoc, qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat spiritualiter carnem eius, nec bibit sanguinem, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus signum corporis & sanguinis. Audimus rursum opponere visibilis

Exod. 16. 14

visibile signum spirituali mandationi. Quo refellitur error ille, corpus Christi invisibile sacramentaliter te verae comedti, quanvis non spiritualiter. Audimus etiam profanis & impuris nihil concedi praeter visibilis signi sumptionem. Hinc celebre eius dictum, reliquos discipulos panem Dominum manducasse, itdam vero panem Domini: quo incredulos clare excludit a participatione corporis & sanguinis. Nec aliud spe. *Homil. 62*
 stat quod alibi dicit, *Quid miraris si datus est Iudeus panis Christi, per 2. Cor. 11.7*
 quem manciparetur Diabolo: quum videas esse contrarium datum Paulo an *Lib. 5. De Bapt. cō.*
 gelum Diaboli per quem perficeretur in Christo? Dicit quidem alibi, *Donati.*
 corpus Christi fuisse illis panem Cœnæ quibus dicebat Paulus, Qui man- *1. Cor. 11. 29*
 duauerit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: nec ideo nihil acce-
 pisse, quia male accepterint. Sed quo sensu, plenius alio loco explicat:
 nam ex professo definiendum suscipiens quomodo improbi & scelerati, qui fidem Christianam ore proficerunt, factis autem abnegant, Christi
 corpus comedant (& quidem aduersus quorundam opinionem, qui non
 solo sacramento eos edere, sed te ipsa putabant.) Sed nec ipsis (inquit) di-
 cendi sunt manducare corpus Christi, quia in membris Christi compu-
 tandi non sunt. Ut enim alia taceant, non possunt simul esse membra
 Christi & membra metetrieis. Denique ipse dicens, Qui manducat car- *Iohann. 6. 16*
 nem meam, & bibit sanguinem in me manet, & ego in eo: ostendit quid sit, non sacramento tenus, sed re vera corpus Christi edere: hoc *Lib. de Civita. Dei*
21. cap. 23
 enim est in Christo manere, ut in illo Christus maneat. Sic enim hoc di-
 xit tanquam diceret, Qui non manet in me, & in quo ego non maneo, non
 se dicat aut existimet manducare corpus meum, aut sanguinem bibere.
 Expendant lectores antitheta, sacramento tenus, & re vera edere: & nulla
 restabit dubitatio. Idem confirmat non minus clare his verbis, Nolite pa-
 rate fauces, sed cor: inde commendata est ista Cœna. Ecce credimus in
 Christum quem fide accipimus: in accipiendo nouimus quid cogitemus:
 modicum accipimus, & in corde saginamus: non ergo quod videtur, sed
 quod creditur, pascit. Hic quoque quod sumunt impij, testringit ad signum
 visibile: nec aliter Christum quam fide recipi docet. Sic etiam alio loco
 dicitur pronuntians benos & malos signaculis communicare, hos à ve-
 tra carnis Christi mandatione excludit. Nam si rem ipsam præciperen- *Con. Fausti lib. 13.*
 non tacuerint omnino quod cause magis erat consentaneum. Alio etiā *cap. 16*
 loco de mandatione eiusque fructu disserens, sic concludit, Tunc vita *Ser. 2. de ver. Ap.*
 vnicuique erit corpus & sanguis Christi, si quod in sacramento visibili-
 ter sumiatur, in ipsa veritate spiritualiter manducetur, spiritualiter bibatur.
 Ergo qui incredulos faciūt particeps carnis & sanguinis Christi, ut cum
 Augustino consentiant, nobis representent corpus Christi visibile: quan-
 do tota veritas secundum eum spiritualis est. Et certò ex eius verbis col-
 ligitur, sacramentalem eum, ubi veritati aditum claudit incredulitas,
 tantudem valere ac visibilem vel externum. Quod si verè nectamen *In Psal. 98*
 spiritualiter comedti posset Christi corpus, quid sibi veller quod alibi tra-
 dit? Non hoc corpus quod videtus, manducaturi estis, & bibituri sanguinem
 quem fundent qui me crucifigent. Sacramentum aliquod commen-
 daui vobis: spiritualiter intellectum vivificabit vos. Negare certè noluit
 quin idem corpus quod in sacrificium Christus obtulit, in Cœna porti-
 gatur: sed mandationis modum notauit: quod scilicet in cœlestem glo-
 riā recipiunt, arcana Spiritus virtute vitam nobis insipiet. Fateor quidem
 sapientius apud eum occurrere istam loquendi formam, Comedi cor-
 pus Christi ab infidelibus: sed seipsum explicat, addens, In factame- *Homil. m Ieh. 27*
 to. Et alibi spiritualis mandatio ab eo describitur, in qua gratiam
 mortis nostri non consumunt. Ac ne cogeris me pugnare dicant aduer-
 ati, scire velim quomodo ab una eius sententia se expediant, ubi dicit

Sacramenta in solis electis efficere quod figurant. Certe insciati non audiunt quin figuret in Cena panis, Christi corpus. Vnde sequitur reprobos ab eius participatione acerbi. Cuiuslibet quoque non aliter sensisse declarant haec verba. Perinde ac si quis liquefacta et certa aliari certam infuderit alteram cum altera per totum commisceat: ita necesse est, si quis carnem & sanguinem Domini recipit, cum ipso coniungi, ut Christus in eo & ipse in Christo inueniatur. His verbis liquefere arbitror, vero & reali esu priuari qui sacramentaliter tantum Christi corpus comedunt, quod a sua virtute separari nequit: nec ideo labascere fidem promissionum Dei, qui non definit esse celo pluere, quanvis pluviæ liquorem saxa & rupes non concipient.

*Hie, &c. sec. 36. 37.
ostenditur Christum
spiritualiter in ca-
lesti gloria adora-
dum, non ante in-
tradicendam suffi-
Sacramenti adora-
tionem.*

35. Haec cognitio nos facile à carnali etiam adoratione abstrahet, quam peruersa temeritate quidam in sacramento exerceunt: quod secum subducent. Si corpus est, & anima igitur & diuinitas sunt una cum corpore, quæ iam diuelli non possunt: igitur illic adorandus Christus. Primum, si sua illa quam obiendunt concomitantia ipsis negetur, quid facient? Nam ut maximè absurditatem vigeant si corpus ab anima & diuinitate separetur, quistam sanus & sobrius Christi corpus Christum esse sibi persuadeat? Videntur quidem sibi suis id syllogismis pulchre confidere. Verum quum de corpore & sanguine suo distinetè loquatur Christus, modum autem præsentia non describat: quomodo ex re ambigua certò confident quod volunt? Quid ergo? nonne si grauiore aliquo sensu eorum conscientias exerceri contigerit, proutinus cum suis syllogismis disoluuntur ac liquefcunt? nempe ubi certo Dei verbo defici se videbunt, quo uno consistunt animæ nostræ quum ad rationem vocantur, & sine quo primo quoque momento labescunt: ubi Apostolorum doctrinam & exempla sibi aduersari, se vero solos sibi auctores esse cogitabunt. Accidentia tales impulsus & alii non leues stimuli. Quidam res erat nullius momenti, Deum in hac forma adorare ut nihil nobis prescriberetur? An quum de vero Dei cultu ageretur, tanta lenitatem fuerat tenetum de quo nullum usquam versum legebatur? At si qua decet humilitate cogitationes omnes suas sub Dei verbo continuissent, auscultassent certè quod ipse dixit, Accipite, manducate, bibite: huicque mandato pauiissent, quo accipi sacramentum, non adorari iubet. Qui vero, ut à Deo mandatum est, sine adoratione accipiunt, securi sunt se à mandato Dei non defletere: qua securitate nihil inclius est quum quid operis instituimus. Habent Apostolorum exemplum quos non legimus prostratos adorasse, sed, ut erant discubentes: accepisse & manducasse. Habent Apostolicæ Ecclesiæ usum, ubi fideles non in adoratione sed in fractione panis communicasse à Luca narratur. Habent Apostolicam doctrinam quia Paulus Corinchorum Ecclesiam instituit, professus se à Domino accepisse quod tradebat.

36. Atque haec quidem è tendunt ut expendant p[ro]ij lectores quām non turum sit in rebus: am arduis à simplici Dei verbo ad cerebri nostri somnia evagari. Quæ autem superioris dicta sunt, omni hac in re scrupulo liberare nos debent. Nam ut Christum illic rite apprehendant p[ro]i[us] animæ, in cœlum erigantur necesse est. Quod si hoc sacramenti officium est, mente hominis infirmam alioquin adiuuare, ut ad percipiendam spiritualiū mysteriorum alitudinem sursum affurgat: qui in signo externo detinetur, à recta quærendi Christi via aberrat. Quid ergo? superstitiosum est: cultum negabimus, quem se se homines coram pane prosterunt ut illic Christum adorent? Huic malo procul dubio voluit obuiare Nicena Symbolum quum verius nos humiliter atentos esse ad propria symbola. Nec alia causa institutum olim fuit ut ante consecrationem populus alta

*Vetus & sancta
admonitus, Sursum
corda.*

voce

voce admoneretur habete sursum corda Ipsa quoque Scriptura, præterquam quod Christi ascensionem diligenter nobis enarrat, qua corporis Coloff. 3. 4
sui præsentiam à conspectu nostro consuetudinéque subduxit quo nobis omnem de eo carnalē cogitationem excutiat, quoties ipius meminit, mentibus sursum etigi iubet, & ipsum in cœlo querere sedentem in Patris dextera. Secundum hanc regulam erat ponus spiritualiter in cœlesti gloria adorandus, quām excogitandum istud tam periculosum adorationis genus, plenum carnalis et sibi que de Deo opinionis. Quare qui sacramenti adorationem excogitarunt, eam nō modò à seipso somniarunt citra Scripturam, vbi nulla illius mentio ostendit potest (que tamen non fuisset prætermissa si Deo accepta foret) sed reclamante Scriptura, sive sibi libidinis attributio Deum fabricatis sunt, derelicto Deo viuente. Quid enim est idolatria si hoc non est, dona pro datore ipso colere? Vbi duplicit peccatum est. nam & honor Deo raptus, ad creaturam In sacramenti adorandum est: & ipse etiam in polluto ac profanato suo beneficio inhratione, duplicit noratus, dum ex sancto eius Sacramento factum est exercitabile idolum. peccatur. Nos è conuerso, ne in eadem incidamus foueam, aures, oculos, corda, mentes, linguas penitus defigamus in sacra Dei doctrina. Est enim ea Spiritus Sancti optimi magistri schola, in qua sic proficitur, vt nihil sit aliunde ascendum: ignorandum vero libenter quicquid in ea non docetur.

37 Iam vero (vt superstitione teatos fines semel legressa, nullum peccatum De consecratione ho-
di finem facit) longè ulterius prolapsi sunt, tuis enim excogitauit à ista (vt vocant) &
Cœna institutione prorsus extraneos: in hoc tantum ut diuinis honori circumficatione &
bus signum afficerent Christo, inquit, hanc venerationem deserimus. pompa.
Primum si in Cœna hoc fieret, dicere adorationem eam demum esse
legitimam quæ noui in signo resisteret, sed ad Christum in cœlo sedentem
dirigitur. Nunc vero quo prætextu se Christum in illo pane honorante ia-
stant, quum nullam habeant hanus rei promissionem? Consecrant ho-
rati, ut vocant, quum circuiferant in pompa: quam spectandam, cole-
dam, invocandam solenni spectaculo exhibeant. Quapropter quæ virtutis
putent esse tunc consecratam? nempe verba illa proferent. Hoc est corpus
meum. Ego vero contra obiciam, simul dictum esse, Accipite, & manu-
cate. Neque id de nihilo faciam, quum enim præcepto anpexa sit pro-
missio, dico hanc sub illo ita inclusam, ut separata, fiat omnino nulla.
Id simil exemplio fiet clarius. Mandatum dedit Deus quum diceret, In- Psal. 50.15
uoca me, promissionem addidit, Ex tu late. Si quis inuocato Petio aut
Paulo, hac promissione glorietur, nonne omnes clamabunt eum peripe-
ram facere? Et quid aliud quæso faciunt qui omisso mandato de mandu-
catione, mucilam promissionem abripiunt, Hoc est corpus meum, ut ea
in alienos à Christi institutione ritus abutatur? Meminerimus ergo hanc
promissionem iis esse datam qui mandatum cum ea coniunctum obser-
uant: eos autem omni verbo destituí qui Sacramentum alio transfiuerint.
Antea differimus, quomodo nostra apud Deum fideli seruitat sacra & mysterium. Dux n. sacramen-
to mysterium. Quando autem tantam hic sive bonitatis largitatem, tis est cœnunt ipsis
quantam prius enarrauimus, non solum nobis in memoriam Domini- xix. c. 15 sed & quoniam
revolet, sed quasi de manu in manum profert, & ad eam agnoscens in præse, offert in
dam nos excitat: simul admonet ne tam effusæ beneficentie ingratifi- Cœna hoc usque:
mus: quin potius eam quibus pat est, laudibus prædicemus, & gratiatum nunc ad alterâ trâ
actione celebremus. Itaque quum sacramenti ipsius institutum Apollo- fit, tertione est eius
lis tradere: ut id in sui memoriam sacerdét decuit, Quod Paulus interpre- scil. 38.
tatur, Mortem Domini nuntiare. Id autem est publicé atque uno simul Luce. 22. 19
omnes ore palam fateri, totam vitæ ac salutis fiduciam in morte Domini 1. Cor. 11. 26
ni positam nobis esse: ut nostra illum confessione glorificemus, & alios

nostro exemplo ad dandam illi gloriam exhortemur. Hic apparet rufus quod Sacramenti scopus spectet: nempe ut nos in mortis Christi memoria exercet. Quod enim iubemus mortem Domini annuntiare, donec ad iudicandum veniat, non aliud est nisi ut oris confessione predicemus quod fides nostra in Sacramento agnouit: mortem scilicet Christi nostram esse vitam. Hic secundus est Sacramentivsus, qui ad exterrit confessionem attinet.

Tertius Iesus Cœna sacra.

38 Tertiò & exhortationis vice nebis Dominus esse voluit: qua nō alia vehementius cum ad puritatem & sanctimoniam vitæ, tum verò ad charitatem, pacem, cōfensum animatae nos inflammatèque posset. Nam sic suum illic corpus nobis Dominus communicat ut vnum proflusus nobiscum fiat, nōsque cum illo. Porro quum non nisi vnum illi corpus sit, cuius nos omnes participes facit, necesse est & nos omnes vnum corpus huiusmodi participatione fieri. Quam unitatem representat panis qui in sacramento exhibetur, qui velut ex multis granis confectus est, sic inter se commixtis ne alterum ab altero discernere licet: in hūc modum & nostanta animorum consensione coniunctos cor, nō solumque esse decet, nequid dissidij aut divisionis intercedat. Id Pauli verbis explicare ma-
re: qui p̄ am stinat Sic populūm Israēl è tyrannide Pharaonis per Mosen: è violentia
sumant de Tyrannis Chusam regis Syriæ, per Othoniel: ex aliis seruitiis, per alios vel reges
necrum impiorū vel iudices, in libertatem afferuit. Sic Tyri superbiā per Ægyptios: sic
etiam molientium Ægyptiūm insolentiam, per Assyrios: Assyriorum ferociam, per Chal-
dæos: confitentiam Babylonis, per Medos & Persas domui quum iam
Medos Cyrus subiugasset. Regum verò Iuda & Israēl ingratitudinem &
erga tot sua beneficia impiam contumaciam nunc per Assyrios, nūc per

Exod. 2. 7**Exod. 9. 6****sequentia**

31 Priores enim illi quando ad edenda talia facinora, legitima Dei voca-
tione accersiti erant, in Reges atma sumendo, minimè violabant eam
quæ digna ordinatione Regibus indita est maiestatem: sed è cœlo arma-
ti minorem potestatem maiore coercebant: perinde ac in suos satrapas
Regibus animaduertere licet. Hi tamētē Dei manu, quod illi visum erat,
destinabantur, opūsque eius inscientes peragebant: nihil tamen aliud a-
nimō quām scelus volutabant.

*** Nō licere priuatis**

31 Verumtamen quicunque ipsa hominum saeta censeantur, Dominus ta-
bominiūl infusgire men per ea suum quæ opus exequebatur, quum sanguinaria Regum in-
in tyrannos, sed n̄c solentium sceptra confringent, ac intolerandas dominationes euerteret.
tantum qui sicut. Audiant principes & terreantur. * Nobis autem interiū summopere ca-
dum regni, aut ac- rendum, ne illam plenam venerandæ maiestatis magistratum autho-
gionis leges, sunt ri- ritatem, quam Deus ḡ. uiissimis edictis sanxit, etianam apud indignissi-
mos resideat, & qui eam sua nequitia, quantum in se est, polluunt, sperna-
mus aut volemus. Ne que enim si vltuo Domini est effrenatæ dominationis correctio, ideo protinus demandatæ nobis arbitremur: quibus nul-
lum aliud quām parenti & patiendi datum est mādium. De priuatis ho-
minibus semper loquit. Nam si qui nunc sinc populares magistratus ad
moderandam Regum libidinem constituti (quales olim erant, qui Lacedæmonius Regibus oppositi erant, Ephori: aut Romanis Cansulibus, Tei-
bani plebis: aut Atheniensium senatus, Demarchi: & qua etiam forte po-
testate, vi nūc res habent, funguntur in singulis regnis tres ordines, quū
primatior (cōuentus peragunt) adeò illos ferocien̄ Regum licentia pro
officio intercedere non vero, vt si Regibus impotenter grassantibus, &
hamuli plebeculz insultantibus conniucant, eorum dissimulationem ne
faria peccitia non carere affittem: quia populi libertate in, cuius se Dei
ordinatione tutiores positos norunt, fraudulenter produnt.

32. At verò in ea quam præfectorum imperiis deberi constituimus Necessaria excepientia, id semper excipiendum est: immo in primis obseruandum, ne pto in omnibus obediens ab eius obediens nos deducat, cuius voluntati Regum omnium vota entia, quæ debetur subesse, cuius decretis iussa cedere, cuius maiestatis fasces submitti patet. regum, & prædicto Et verò, ut hominibus satisfacias, in eius offensionem incurtere propter rum imperius vide quem hominibus ipsis obedias, quām præposteriori fuitur? Dominus er. lib.2 cap.8 sec.38 go Rex est Regum: qui vbi sacram os aperuit, vns pro omnibus simul ac supra omnes est audiendus: iis deinde qui nobis præsumunt hominibus subiecti sumus: sed non nisi in ipso. *Aduersus ipsum siquid imperent, *Nulla fieri principi nullo sit nec loco nec numero: neque hictotam illam qua magistratus pibus &c. iniuriam, possent dignitatem quicquam moremunt: cui iniuria nulla sit dum in or dum aduersus Deum dinem, præ singulare illa verè que summa Dei potestate, cogitur. Secundum præcipientibus per dūm hanc rationem Daniel se quicquam in Regem peccasse negat ubi rere detrectamus: impio eius edicto non patuit: quia excesserat ille fines suos: nec modò idq; nostri offici ejus iniuriis fuerat in homines sed cornua tollendo aduersus Deum, potesta sc̄. quantumvis maxime sibi ipse abrogauerat. Ex opposito damnantur Israelites quod impio gñū et præsens per Regis edicto nimium fuerant mortigeri. Nam quum Iacobem vitulos riculum immineat aureos conflasseret, relicto Dei templo in eius gratiani ad nouas superstiti huic constantie. tiones defecerant. Eadem facilitate posteri se lexerant ad Regum suorum placitis: hoc illis severè Propheta extrobrat, quod Regis edicta in complexi fuerint: tantum abest ut laudem mereatur modestus pretextus, quo aulici adulatores se tegunt, & simplices decipiunt, dum sibi fas esse negant quicquam abnueret à Regibus suis impositum: quasi verò ius suum Deus resignauerit mortalibus, eos generi humano præficiens: aut minuat terrena potestas, dum suo authori subicitur, coram quo cœlestes etiā principatus supplices expauescent. Scio quantum quāmque præfensi huic constantie periculum immineat, quod indignissimè se contemni Reges ferant: quorum indignatio nūctius est mortis, inquit Solomon. Sed quum istud à cœlesti præcone Petro pronuntiatum sit edictum, Obediendum Deo potius quām hominibus: hac nos cogitatione cōsolemunt, illam tum nos præstare quam Dominus exigit obedientiam, dum quiduis perpetiatur potius quām à pierate deſtitutus. Et ne nobis labescant animi, alium etiam stimulat Paulus admouet, Nos ideo tanti à Christo redempti, ne prauis hominum cupiditatibus nos mancipemus in obsequium multo verò minili impies, & simus adducti.

L A V S D E O.

INDEX IN INSTITUTIONEM

CHRISTIANÆ RELIGIONIS A IOAN-
NE CALVINO CONSCRIPTAM.

TYPOGRAPHVS LECTORI INITIO ANNI

1560, cum ederetur hic Index, aliquot mensibus post librum
vendi cœptum contextus à N. Colladone.

Quum librum hoc (presertim hac p[re]lrena editione) tan accurate distinctum, tamque apto
ardine compositum videremus, ut attento Lectori singula doctrinae capita suis reperire locis difficili-
te futurum non esset, Indicem ei addere, minimè necessariorum esse putabamus. Quia tamen à pleris-
que requirecum intelleximus, aliquid etiam recepta consuetudini dare visum est.

A

De Abnegatione nostri.

Principium formandæ vitæ ad regulam
In Lege prescriptam, considerare nos non
esse nostri iuris, sed Deo consecratos & di-
catos. Itaque nos nobis rationique nostæ
(quam solam putant audiendam philoso-
phi) renuntiate oportere, ut verbo Spi-
rituque Domini gubernemut, lib. 3, cap. 7,
secl. 1

Item, Non quærenda quæ nostra sunt, sed
quæ ex Domini sunt voluntate, & ad eius
gloriam faciunt: hæc esse nostri abnegatio-
nem, sine qua mundus vitiorum reconditus
est in hominis anima, &, siqua est virtutis
species, praua gloriæ cupidine vitiatur, lib.
3, cap. 7, secl. 2

Abnegatione nostri sive mortificatio par-
tim homines respicit, partim (& precipue) Deum. Iuber Scriptura duo ergo: alios prius
reinempere vi illos nobis anteferamus hono-
re, & procurandis eorum commodis totos
nos bona fide impendamus. Quorum prius
quomodo faciendum docet lib. 3, cap. 7,
secl. 4, ad alterum etiam quomodo nos ma-
nuducat Scriptura, secl. 5

Vide quædam huc pertinentia, lib. 3, cap.
20, secl. 43

de Acoluthis.

Acoluthi in veteri Ecclesiæ, lib. 4, cap. 4,
secl. 1, & 9 cap. 19 secl. 2, & 23

de Adelapsu.

Lapsus Adæ non ex gula intemperie pro-
cessit, sed ex infidelitate (nam contempto
Dei verbo & veritate deflexit ad Satanæ
mendaciam) quæ ambitionis & superbiz ia-
nuam aperuit (quibus annexa fuit ingratitu-
do) ambitio consumaciz mater fuit, lib. 2,
cap. 1, secl. 4

Ad lapsu quum reliqua creaturæ quo-
dammodo deformatae fuerint, non mitum
totum humanum genus fuisse corruptum,
id est à prima origine degenerasse, & ma-
ledictioni fuisse additum. Id veteres dixisse
Peccatum originale: & tamen hoc doctri-
nae caput minus dilucidè quam per erat ex-
plicuisse. Interim Pelagium grauiter errasse,
quum dicet imitacione tantum, non
propagine, peccatum à primo homine tran-
fuisse in totam posteritatem, probatur ratio-
nibus & Scripturæ testimonii, lib. 2, cap. 1,
secl. 5, 6. Neque si peccati lues potissimum
in anima residet, propterea ad huius doctri-
nae definitionem facere disputationem il-
lam. An filij anima ex traduce animæ patris
oriatur: quum non in substantia carnis aut
animæ causam habeat contagio, sed quia à
Deo fuit ordinatum ut quæ primo homini
contulerat dona, ille sibi suisque haberet ac
perderet. Postremò huic doctrinæ non ob-
stat quod sanctificatur fidelium liberis, lib.
2, cap. 1, secl. 7

Per lapsum Adæ naturalia dona in homi-
ne corrupta esse, supernaturalia ablata, mul-
ti usurparunt, pauci intellexerunt, lib. 2, ca.
2, secl. 4, & 16, Quod dictū exponitur cap.
2, secl. 12

N:mpē supernaturalia dona abolita esse,
fidē, amorem Dei, charitatē erga proximos,
sanctitatis & iustitiae studium, sed restitui à
Christo: naturalia, mentē scilicet & cor, esse
corrupta, quia sanitas mentis & cordis resti-
tudo simul fuerunt ablata. Item ratione in
homine non penitus fuisse deletam, sed par-
tim debilitatem, partim viriatam: sic volun-
tatem, quia inseparabilis est ab hominis na-
tura, non penisse, sed prauis cupiditatibus
fuisse deuinatam, lib. 2, cap. 1, secl. 12

de Anima.

Augustini & Scripturæ testimoniis confirmatur, Deum non modò primi hominis casum, & in eo posterorum ruinam præsumisse aut permisisse: sed arbitrio quoque suo dispensasse, libro 3, capite 23, sectione 7, & 8.

de Angelis.

Angelos esse Dei creaturas, licet Moses non exprimat in historia creationis, lib. 1, cap. 14, sectio 3; De tempore vel ordine quo creati fuerint inquietere non expediat, quando Scriptura nihil eorum tradit, quam pro regula sequi debemus, lib. 1, cap. 14, sect. 4.

Cur cœlestes Spiritus vocentur Angelis, Exercitus, Virtutes, Principatus, Potestues, Dominationes, Throni, Dij, libro 1, cap. 14, sect. 5.

De Angelis docet Scriptura quæ ad consolacionem nostrâ fidicione cōfimationem valent, nempe diuinę erga nos beneficentię esse dispensatores & administratores, idque variis modis, lib. 1, cap. 14, sect. 6, & 9.

Non vni tantum Angelo quenque nostrum esse curat, sed omnes uno consensu vigilare pro salute nostra: itaque supereruacū esse querete an suus cuique Angelus sit custos assignatus, lib. 1, cap. 14, sect. 7.

De Angelorū multitudine & ordine queritur, curiositas erit: definite, temeritatis: & cur, Spiritus quum simi alatos pingat Scriptura sub Cherubim & Seraphim, libro 1, cap. 14, sect. 8.

Contra Sadduceos & similes fanaticos variis testimoniis Scripturæ euincitur, Angelos non esse qualitates aut inspirationes vno substantia, sed veros spiritus, lib. 1, cap. 14, sect. 9.

De vitanda hīc superstitione, & ne Angelis tribuamus quæ Dei solius & Christi sunt, lib. 1, cap. 14, sect. 10.

Hoc periculum ut caueamus, expendendum, quod opera illorum veitut Deus, non facere necessitate, quasi carere illis nequeat, sed ad solatium nostræ imbecillitatis, Ibidem sect. 11. Proinde quicquid de Angelorum ministerio dicitur, ad hunc finem referri oportere, ut expugnata omni diffidentia, spes in Deo nostra fortius stabiliatur, non autem ut nos ipsi à Deo abducant, Ibidem sect. 12.

Angelos etiā ad Dei similitudinem creatos esse, lib. 1, cap. 15, sect. 3.

Non idem munus esse mandatum sanctis mortuis, quod Angelis, lib. 3, cap. 20, sect. 23.

Animam sive spiritum hominis nō esse flatum tantum, sed essentiam immortalem, licet creatam, probatur ex conscientia, Dei cognitione, & tot præclaris dotibus quibus mens humana pollet, adeoque ex us que in somno ipso concipit: item multis argumentis ex Scriptura petitis, lib. 1, cap. 15, sect. 2. Deinde ex eo quod ad imaginem Dei dicitur creatus homo, sect. 3.

Contra eos qui naturæ prætextu Dei prudenter & gubernationem negant in anima mitificis & penè in numeris facultatibus se exerentem, lib. 1, cap. 5, sectione 4, & 5.

Refutatio erroris Manichæorum & Seruerti, Animam esse traducem substantia Dei: item Osiandi, imaginem Dei in homine non agnoscens sine essentiali iustitia, lib. 1, cap. 15, sect. 5.

De anima immortalitate nemo ferè philosophorum certò est loquutus: sed eius facultates præsenti vita affigunt, quum Scriptura ita primatum illi in regenda vita tribuat, ut etiam ad colendum Deum excitet. Item de pluribus animabus, variisque diuisione facultatum animæ secundum Philosophos, lib. 1, cap. 15, sect. 6. Alia diuisione conuenientior Christianæ doctrinæ, in intellectu & voluntatem: & utriusque officium ac vis in prima hominis conditione, Ibid. sect. 7, & 8.

Reliquæ feminis religionis impressæ adhuc in ipsis vitiis animæ, libro 1, cap. 15 sect. 6.

De eorum errore qui putant morte totum hominem interire, & tandem animas resurrecturas cum corporibus, lib. 3, cap. 25, sect. 6.

De statu animatum à morte ad diem ultimum, lib. 3, cap. 25, sect. 6.

Ex Bernardo descriptio misericordiarum animæ fidelis, consideratz prout in se est: & ex se & ex opposito certæ glorificationis eius in Christo, quæ indignitates illius omnes deler, lib. 3, cap. 2, sect. 25.

*de Aquilastrali Papistraria.**Vide lib. 4, cap. 10, sect. 20.
de Archiepiscopis & Patriarchis.**Vide lib. 4, cap. 4, sect. 4, & cap. 7, sect. 15.
de Ascensu Christi in celum.**Christum, et si resurgendo gloriam suam*

virtutēmque pleniū illustrate cōcepit, sua tamen demum in cœlum ascensione verētēgnū suū auspicatum esse: quia maiortum Sp̄ritus sui abundantiam effudit, magnificētiū regnum suū promouit, & maiorem potentiam ostendit, cum in adiuuātis suis, tum in hostib⁹ deiciendis. Ita tamen abesse secundūm p̄sēntiam carnis, ut semper ubique sit secundūm p̄ficitam maiestatis, & cum hī sibi secundūm infabilem & inuisibilem gratiam, lib.2, cap. 16, sect. 14

De Ch̄risti sessione ad Patris dexteram, & multipli fructu quem inde colligit fides nostra, lib.2, cap. 16, sect. 15. 16

B

de Baptismo.

Baptismi definitio: hi: sp̄rimus: vi seruiat fidei nostræ apud Deum: alter, vt confessio nōstræ apud homines. Tria asserti fidei nostræ: Primum, quod est symbolum nostræ purgationis, confitit omnia peccata nostra deleta esse, lib.4, cap.15, sectio. 1. Quod demonstrati Scripturæ testimonios: & non aqua mūdat nos, sed Ch̄risti sanguine, sect. 2.

Baptismi vim non restringi ad tempus præteritum, sed eo nos semel in omnem vitam ablui & purgari: neq; tamen hinc pecandi in futurum licentiam captandā, sect. 3. Clauis potestatem (vt vocant) id est Ecclesiæ ministerium, quo nobis quotidie annunciatur remissio peccatorum, non esse à Baptismo separandum, sect. 4.

Alter fructus si lej ex Baptismo, quod non stet in Christo mortificationem nobis ostendit, & nouam in eo vitam, lib.4, cap.15, sect. 5. Tertius, quod si nos Christo vnitos testificatur, ut omnium eius bonorum simus participes, vnde Christus dicitur proprium Baptismi obiectum: & in Christi nomen baptizari ut Apostoli: in quo tam purgationis quam regenerationis nostra materiam cōsequimur, vt in Patre causum, in Sp̄itu effectum, sect. 6.

Eudem fuisse Baptismum in ministerio Iohannis & Apostolorum ostenditur, licet aliter quidam veterum senserint, lib.4, cap. 15, sec. 7. Neque obstat quod luculentiores Sp̄ritus graue à Christi resurrectione sunt effuse Interim distinguendam in Baptismo Christi personam ab Iohanne, Apostolis, & reliquis ministris, sect. 8.

Tam mortificatione quam purgationem nostrā adumbratas fuisse in populo Israël, per transiūm maris, & refrigerium nubis, lib.4, cap.15, sect. 9.

Falsum esse quod docuerunt nonnulli, per Baptismum nos in eandem iustitiam & naturæ puritatem restitu quā ab initio habuerat Adam. Et ostenditur in fili⁹ Dei manere adhuc reliquias peccati (sicet non regnent) quod acuit eorū conatus, non sibi blaudiendi occasionem dat, lib.4, cap. 15, sect. 10, & 11. Id confirmatur ex Paulo, sect. 12.

Quomodo Baptismus seruiat confirmationē nostræ apud homines, lib.4, cap. 15, sectio. 13.

Quæ sit ratio utendi Baptismo tam ad fidicōfirmationem quam ad confirmationem apud homines. Vbi ostenditur Dei gratias non esse inclusas Sacramento, ut eius iure tenobis conferantur, lib.4, cap.15, sect. 14, & 15.

Baptismo nihil asserti eius dignitate qui administrat, nihil itē auferri illius indignitate: contra Donatistas, & nostros Catabaptistas, qui Anabaptismum urgunt quia sumus baptizati in regno Papali, lib.4, cap.15, sect. 16. Refutantur eorum argumenta, sect. 17, & 18.

Baptismus perpetuum in totam vitā p̄nitentię sacramentum, ut alio nouo opus non sit, lib.4, cap.19, sect. 7.

De aqua incantatione, de cereo, chrisma te, exuffiatione, sputo, & similibus nūgis simplici Christi ceremonię adiecit: cuius purè administrandę in Ecclesia ratio ostenditur, lib.4, cap.15, sect. 19.

Ecclesiæ ministrorum esse Baptismum administrare, non priuatorum hominum, nedum mulierum, ostenditur: & refutantur contraria obiectiones, sectio. 20. 21, & 22.

De infantum Baptismo, vide in distinctione P̄dobiaptismus.

de Bellis.

Legitima esse bella, quum magistratibus armis capere necessitatis ad exercendam publicam vindictam in eos qui ditionis ipsorum quietem turbant, siue domesti ci sint, siue extranei hostes, lib.4, cap. 20, sect. 11. Nō obstat quod non nulli p̄tēxunt, nullum extare in nouo Testamento vel testimoniū, vel exemplum, quod doceat bellum rem esse licita Christianis. Cauendum summo-

pere magistratibus, ne in armis capiendis, cupiditatibus suis vel tantillum obsequantur. Ut bellum, sic præsidia, foedera, ciuiles munitiones, res esse Christianis permissas, lib. 4, cap. 10, sect. 12

C

de Canto Ecclesiastico

Vocem & cantum nihil habere mometi in precibus, nisi ad sit cordis affectus, lib. 3, cap. 20, sect. 31, & 33.

De ritu canendi in Ecclesiis, lib. 3, cap. 20, sect. 32

de Cardinalibus.

Cardinalium nomen quando primum cœperit, & quomodo ita subito in tantam amplitudinem emergerint, lib. 4, cap. 7, sectione 30

de Ceremonijs.

Ceremonias veteres abrogatas quoad usum tantum, non quoad effectum: (constat enim nobis hodie clarissime & efficacissime in Christo) idque nihil earum sanctitati derogare probatur, lib. 2, cap. 7, sect. 16. Easque per se consideratas & extra Christum, merito vocatae à Paulo chirographa nobis contrata, sect. 17

Constitutiones de ceremoniis in Papatu præscribunt obseruationes magna ex parte inutiles, interdum etiam ineptas, licet speciem habeant sapientie: deinde immensa multitudine optimunt conscientias, lib. 4, cap. 10, sect. 11. 12. 13

Non posse excusari ceremonias Papales quod sint instituta ad paedagogiam rudiū, exemplo ceremoniarum Legis: quia manifestum est hic discrimen inter nos & veterem populum, lib. 4, cap. 10, sect. 14

Ceremonia Papales creduntur facticia esse peccatorum expiatoria, & meritoria vita æternæ doctrina carent, & sunt a cupia captandæ pecunia, lib. 4, cap. 10, sectione 15

Ceremonias variè accommodari posse ad edificationem pro moribus cuiusque gentis & seculi, lib. 4, cap. 10, sect. 30

de Charitate erga proximum.

Contra sophistas Sorbonicos ostenditur charitatem esse amorem proximi, non nostri ipsorum, lib. 2, cap. 8, sect. 54. Proximi vocabulo etiam alienissimum quenque & inimicum comprehendit, Ibid. sect. 55. Itaque damnantur ignorantia scholastici, qui ex

præceptis de non appetenda vindicta & diligendis inimicis consilia fecerunt, quorum necessariae obseruationi soli monachi se astringerent: & ostenditur aliter sensisse veteres Ecclesiæ doctores, adeo que Gregorium ipsum, Ib. d. 54. 57

Ne aliis benefaciendo fathiscamus, patetia esse opus: nec hominum indignitatem aut alias qualitates quæ non remotari possent attendendas, se i Deum, qui iubet, respiciendum, lib. 3, cap. 7, sect. 6

Vt omnes charitatis numeros impleamus, non satis esse si defungamur omnibus charitatis officiis, sed syaceto amoris affectu id faciendum In quo primum est, vt eius quem ope nostra indigente conspicimus, personam suscipiamus: ita vitabitur atrociora reliquæ charitatis inquitamenta, lib. 3, cap. 7, sect. 7

Christum & Apostolos in commemoranda Legis summa prætermittere interdum priorem tabulam: non quod pluris sit ad iustitiam summam, cum hominibus innocenter viuere quam in pietate Deum honorare: sed quia non finita charitas vera pietatis est approbatio, lib. 2, cap. 8, sect. 52. 53

Refutantur Pharisæi nostri temporis, qui contendunt nos charitate iustificari, quia dicitur à Paulo Charitas maior fide & spe, lib. 3, cap. 18, sect. 8

Expositio decimi præcepti: quo non tantum consilium omne nocendi proximo (vt superioribus præceptis) prohibetur, sed etiam concupiscentia sua cupiditas omnis aduet sa charitati, lib. 2, cap. 8, sect. 49, & 58. Merito tantum ardorem dilectionis tantam reprobationem Deum à nobis exigere, Ibid. sect. 50

Expositio sexti præcepti, quo non tantum cedes vel odium proximi interdictatur, sed conseruatio vite illius nobis commendatur, quia homo & caro nostra est & imago Dei, lib. 2, cap. 7, sect. 39. 40

de Christo.

Filiij deitas probatur, lib. 1, cap. 13, sect. 7

Contra quosdam canes, qui æternitatem suam Filio Dei clam suffaratur, ipsum tum primum cœpiisse esse affirmantes, quod Deus in mundi creatione loquutus est, lib. 1, cap. 13, sect. 8

Varia testimonia Scripturarum, quæ deitate Christo assunt: & primum ex veteri Testamento, lib. 1, cap. 13, sect. 9. 10
Deinde ex Nuevo, Ibid. sect. 11

Eiusdem

Eiusdē deitatis probatio ex operibus quę illi in Scripturis ascribuntur, lib. i, cap. 13, sect. 12. Item ex miraculis, & aliis quibusdā, Ibid. sect. 13.

Discutimus inter Christum miracula edē tem, & Prophetas aut Apostolos similia o- perantes, lib. i, cap. 13, sect. 13.

Multis istiue fitissimis Scripturę testimoniis probatur, Christum veram huma- nę carnem substantiam induisse, non spe- cium aut latram hominis (vt fingeant Marcionitz) non etiam cœlestę corpore, vt Manichei mentiebantur, lib. 2, cap. 13, se- ctione 1.

Exponuntur loci Scripturę quos in er- roris sui confirmationem Marcionem deto- quebat, quos item Manichei, & hodie nō nulli eorum discipiuli, sect. 2, & 3. Vbi etiam refutatur noui Marcionita, qui, vi euin- cant Christum de nihilo corpus sumiisse, mulieres contendunt esse ἀστρόπους Refel- luntur & alia quæ tanquam absurdā obvi- ciunt, sect. 4.

De Christi ascensu in cœlum vide in di-

stinatione Ascensus,

de Clericis.

De cleticis in vere Ecclesia, lib. 4, cap. 4, sect. 9

de Celibatu.

Impudentiū eorum qui cœlibatus deco- rum pro re necessaria venditant in sum- mā veteris Ecclesiæ ignominiam. Quibus gradibus hęc tyrannus obrepserit in Eccle- siam: nec posse defendi veterum quorun- dam canonum pretextu, lib. 4, cap. 12, sect. 26, 27, 33.

Sacerdotibus interdictum fuisse coniu- gium impia tyrannide & contra verbum Dei, & contra omniem equitatem, lib. 4, ca. 12, sect. 23.

Respondeatur aduersariorum obiectioni, Oportere aliqua noīa differte Sacerdotem à plebe, sect. 24.

Papa blasphemia, coniugium esse carnis pollutionem & immunditiam, lib. 4, cap. 12, sect. 24.

Friuolum esse prohibitionem coniugij defendere exemplo Sacerdotum Leuitico- rum, qui ingressuri Sanctuarium ab uxoriis secubabant, libro 4, cap. 12, sectio- ne 25.

de Cœna Domini.

De pane & vino signis sacrae Cœnæ: & eur illis viis nos voluerit Dominus ostend-

ditur ex verbis ipsius in Cœna, lib. 4, ca. 17, sect. 1.

Magnum fiducię ac suavitatis fructum nos colligete ex hoc Sacramento, quod te- statur nos cum Christo sic coadūcti in vnu corpus, vt quicquid ipsius est nostrum vo- cate liceat, sect. 2, Id explicatur ex verbis Cœ- na, sect. 3.

Nō esse præcipuas Sacramenti partes, Chri- sti corpus sine altiori consideratione nobis portigere, sed magis obsignare promissionē illam qua carnem suam verè cibum esse te- statur, sect. 4.

Non facit Cœna vt Christus panis vita- primum esse incipiat, sed vt vim panis illius sentianus. Ipsum semel dedisse carnem suā pro mundi vita & quotidie suis dare. Cauen- dum ne sumus nimis in extenuandis vel ex tollendis signis. Mandationem carnis Christi non esse fidem, sed potius fidei effe- ctum, sect. 5.

Ita sensisse Chrysostomum & Augustinū & quo sensu hic dixerit credendo nos man- ducare Christi carnem, sect. 6.

Nō satis dicere illos qui præterita carnis & sanguinis mentione, nos Spiritus modò Christi participes fieri sentiunt. Tantum es- se Cœna mysterium, vt nec lingua loquen- do, nec animus cogitando eius magnitudi- nem complecti possit, sect. 7.

Quousque p̄teat solida Christi commu- nio: vbi ostenditur Christum, qui ab initio fuit viuiscum Patris Verbum, carnem quā assumpsit viuiscam nobis effecisse, sect. 8, & 9. Eam fideles verè manducate, quantacū que sit inter eos & illam locorum distācia, sect. 10.

Duabus rebus constare Cœna mysteriū, corporeis signis & spirituali veritate: quæ tria complectitūt significationem, materiā, effectum, sect. 11.

De transsubstantiatione panis & vini in corpus & sanguinem Christi quam Roma- nae curiæ artifices confinxerunt, lib. 4, cap. 17, sect. 12, 13, & seq. & sect. 20.

Destitui eos vetustatistēsimonio: & quo sensu veteres dixerint in consecratione fieri arcanūm cœunctionem. Item non quadrat Cœna significationem nisi maneat substan- tia signorum exterorum, sect. 14.

Panē non nisi hominibus ad quos sermo dirigitur esse Sacramentum: vbi etiam refu- tantur quædam argumenta doctorū trans- substantiationis, sect. 15.

Cœna exigunt à fidelibus, lib. 4, cap. 17, scđ. 41. 42

Quod ad externum ritum actionis Cœnæ multa esse indifferentia: & quomodo admittuntur possit quām decentissime, lib. 4, ca. 17, scđ. 43

De infrequenti hodie participatione Cœnæ, quod contempnus est indicium, & vehementer displicuit olim sanctis Patribus: & certissimum fuisse diaboli inuentum consuetudinem quę semel quotannis communicare iubet, lib. 4, cap. 17, scđ. 44. 45. 46

Ex diaboli officina proditum constitutio- nem quę symbolum sanguinis Domini laici estipuit, ostenditur ex autoritate Scripturæ, & vsu veteris Ecclesie etiam quadrin gentis annis post Gregorij mortem, alij q̄ multi argumentis, lib. 4, cap. 17, scđ. 47. 48. 49. 50

De concomitantia sanguinis in carne Christi figuramento Papistico, libr. 4, cap. 17, scđ. 47

Profanati Domini Cœnam si omnibus promiscue exhibetur, & de ministeriorum officio in repellendis indignis, libr. 4, cap. 12, scđ. 5

Brevius summa eorum quę de duobus Sacramentis tenere conuenit: & cur Cœna sepius iteretur, Baptismus non item, libr. 4, ca. 18, scđ. 19

de Cognitione Dei.

Deum cognoscere non est concipere tan- tū esse aliquem Deum, sed tenere quod de eo scire nostra refert, vnde est in eius glor. & expedit, lib. 1, cap. 2, scđ. 1

Huc valete debet Dei notitia, primū ut ad timorem ac reverentiam nos instituat: deinde ut ea ducat ac magistra omne bonū ab illo petere, & illi acceptum ferre discamus, lib. 1, cap. 2, scđ. 2, & cap. 5, scđ. 8

Philosophos non aliam habuisse Dei co- gnitionem quām quę ipsos redderet inex- cussabiles, non autem ad veritatem perduce ret, lib. 2, cap. 2, scđ. 8

Naturaliter ingenitam esse omnibus hac persuasionem, esse aliquem Deum, libro 1, cap. 2, scđ. 3. Idque ut suo ipsorum iudicio damnentur qui illum non coluerint, lib. 1, cap. 3, scđ. 1

Licet omnes natura sciant aliquem esse Deum, alij tamen in superstitionibus eu- nescunt, alij data opera malitiosè à Deo des- ciscunt, lib. 1, ca. 4, sec. 1. Vide quędā huc etiā pertinentia, sub titulo *De creatione mundi.*

de Con-

De quibusdam, qui licet substantiā signo- rum manere uno verbo concedāt: in pau- tamen & sub pane corpus Christi locantes, in localem presentiam recidunt, & ubiqü tatem ipsi affingunt, lib. 4, cap. 17, sec. 16. 17. 18, & scđ. 20. Refutatur eorum obiectiones, scđ. 21. 22. 23. 24, & seq.

Nec Augustini testimonii, nec Scriptu- ræ autoritatem iuvati hoc dogma demon- stratur, scđ. 28. 29. 30. 31

Refelluntur alij quedam istorum obiectiones: & præcipue, quicquid docemus de spirituali mandatione, vera & reali op- ponit: vbi enim ostenditur, in fidelibus quo- que efferti in Cœna Christi corpus: non ta- men ab ipsis recipi, scđ. 33. Neque huc tra- hi posse d. Etiam Augustini, Sacramentis ni- hil decideret in fidelitate hominum, varijs eiudem testimonii evincitur, sectione 34

Quomodo in Cœna corpus & sanguis Christi nobis exhibeantur, & qualēm Christi presen- iam ibi statuere oporteat, lib. 4, cap. 17, scđ. 18. 19, & 32

De expositione verborum Christi in Cœna, libr. 4, cap. 7, scđ. 20. 21

Corpus Christi finitum esse, ac cœlo cō- ptehendi usque ad ultimum diem probatur ex Scripturis, lib. 4, cap. 17, scđ. 1 : 6. 27

De adoratione carnali & cōcomitantia Papistarum, de consecratione hostiæ (vt vo- cant) & circungestatione in pompa, libr. 4, cap. 17, scđ. 3. 36. 37

Cœna mysterium nos ad gratiarū actionem excitat, exercete in recolenda mortis Christi memoria, inflammate ad vi- tz sanctorum, præcipue vero ad charita- tem, lib. 4, cap. 17, scđ. 37. 38

In Papatu Cœnam (cuius recta administra- tio non constat absque verbo) versam esse in muram actionem: vbi etiam de reposizio- ne Sactamenti, vt cōgratis extra ordinem di- stribuat, lib. 4, cap. 17, scđ. 39

Qui Cœnam Domini usurpant sine fide & charitatis studio, illis verti innocentissi- mum venenū & meritò teosferi corporis & sat guinis eius, lib. 4, cap. 1, scđ. 40

Doctrinam Papistarum, dum ad mandu- candi corpus Christi dignitatem compara- re volunt homines, ditis modis torqueat conscientias, neque potuisse Diabolum ma- jori compendio perdere homines: tum de optimo remedio vitandi huius præcipiti, & aberrare illos qui fidei perfectionem in-

de Concilijs.

Tenendum esse modum in honorandis conciliis, ne quid Christo derogetur: & veteribus conciliis magna ex parte confirmari nostram doct: in am, lib. 4, cap. 9, sect. 1

Ex Scripturis nullam esse cōcilioū auctoritatem, nisi in Christi nomine congregentur: & quid hoc sit, lib. 4, cap. 9, sect. 2

Falsum esse quod Papistē obtendunt, nō remanere in Ecclesia veritatem nisi inter Pastores constet, nec Ecclesiam ipsam consistere nisi in conciliis generalibus emineat, lib. 4, cap. 9, sect. 3, 4, 5, 6, 7

Quum agitur de conciliis alicuius auctoritate, quae sint expendenda: & optimum modum praesciri ab Augustino, lib. 4, cap. 9, sect. 8

Concilia cum conciliis pugnantia, sect. 9 Etiam in prioribus illis & anti quis conciliis peccata & lapsus deprehendi, sectione 10.ⁱⁱ

de Concupiscentia.

Differentia inter concupiscentiā & con-
filiū, lib. 2, cap. 8, sect. 49

Omnis hominum cupiditates malas esse & peccati reas, non quatenus naturales, sed quia omnes sunt inordinatae propter natura-
ra corruptionem. Sicque sensisse Augusti-
num, si proprius expendatur, lib. 2, cap. 8, sect. 12, Id confirmatur ex multis scriptorū eius locis, lib. 2, cap. 8, sect. 13

de Confessione auriculari.

De confessione pugna Theologorum scholasticorum contra Canonistas assertores non esse ex Dei mandato. Refutatio ar-
gumentorum quibus priores nituntur. Pri-
mū quia Dominus in Euangelio lepro-
sose à se mūdatos remisit ad Sacerdotes: vbi
ostenditur vera fact: illius ratio, lib. 3, ca. 4,
sect. 4

Refutatio secundi eorum argumenti,
Quod Dominus precepit discipulis ut Laz-
arum suscitatum fasciis soluerent & expedi-
rent, lib. 3, cap. 4, sect. 5

Vera expositio duorum locorum quibus fulcire nituntur suam confessionem: nem-
pe quia qui ad Iohannes Baptismum venie-
bant, confirebantur sua peccata, & Iacobus vuli ut alter alteri peccata confiteamur, lib.
3, cap. 4, sect. 6

Vsum confidendi Sacerdoti vetustissi-
mum fuisse, sed liberum, ut politicam disci-
plinam, non ut legem à Christo vel Apo-
stolis posita; deinde à Nestorio Constan-

tinopolitanæ Ecclesiæ Episcopo fuisse ab-
rogatum, proptet Diaconum qui hoc præ-
textu matronam comprescerat. Hanc tyran-
nicam legem non fuisse impositam Eccle-
siante Innocentij tertij tempora: (anni
sunt trecenti) cuius constitutionis incepit
& verborum batibates ostenditur, lib. 3, ca.
4, 5, &c. 7

Abrogationis illius testimonio ex Chry-
 sostomo Constantinopolitanæ Ecclesiæ E-
пископи, lib. 3, cap. 4, sect. 8

Expositio legis Innocentij de cōfessione
omnium peccatorum: vbi recitantur Roma-
nenus Theologorum variæ sententiæ de
numero & vſu clauis, & de potestate ligā-
di & soluendi, lib. 3, cap. 4, sect. 15

Indignitas singulorum capitum legis cō-
fitendi, in primis illius de enumerandis o-
mnibus peccatis, lib. 3, cap. 4, sect. 16. Et lucu-
lenta descriptio carnificinæ qua per varios
circumstans torquebantur illic miserè cōscien-
tia, Ibid. sect. 17

Similitudine describitur quomodo huius
modi illusioni acquieuerit bona pars orbis.
Lægem esse impossibilem, & reddere homi-
nes hypocritas. Inde ostenditur certissima
confessionis regula, proposito Publicani e-
xempli, lib. 3, cap. 4, sect. 18

Refutatio capituli illius. Non dimitti pec-
cata nisi voto confidendi firmiter cōcepto,
& clausam esse paradisi portam, &c. vbi etiam
si luitur eorum obiectio, Nō posse fer-
ri iudicium nisi causa cognita: id est, dati ab
solutionem nisi enumeratis omnibus pec-
catis, Ibid.

Non mirum esse si auricularem confes-
sionem damnamus & abrogamus: & falso
aduersarios hoc ei utilitatis tribuere quod
erubescens humiliet peccatorem, quem
contrà ad peccandi confidentiam armet,
lib. 3, cap. 4, sect. 19

Frustra illos obviendere clavum potesta-
tem, quum non sint Apostolorum succes-
tores, nec Spiritum sanctum habent: vt qui
quotidie sine delectu soluant quæ ligai: Do-
minus præcepit, & conuicti, lib. 3, capite 4,
sect. 20

Quod potestatem clavum aliquando ex-
ercerti posse sine scientia dicunt, falsum o-
stendit: quum hoc modo incerta futura
sit absolutio. Vbi etiam de absolutione vel
damnatione quam Euangelij ministri vel
Ecclesia pronuntiat ex verbo, & de illius cer-
titudine, lib. 3, cap. 4, sect. 21

Absolutio Sacrificorum in Papatu est in certa tam à parte absoluens quām confitentis: contrā in Euangelica absolutive: que ab hac vna conditione pender. Si peccator expiationem querat in vno Christi sa crificio, & acquiescat oblatæ sibi gratiæ, lib. 3, cap. 4, sect. 22

Dōctores Papistici, dum prætexunt ius soluendi datum Apostolis, perpetam ad auriculatorem confessionem torqueat quæ à Christo dicta sunt patrum de Euangelijs prædicatione, patrum de excommunicatione. Errores Lombardi & similiū in hac re: & de modo remittendi cum iniunctione pœnæ & satisfactionis, lib. 3, cap. 4, sect. 23

Summa eorum quæ dicta sunt, quid sentire debeant prij de confessione auriculari, lib. 3, cap. 4, sect. 24

de vera Confessione.

Quod genus confessionis nobis verbo Dei traditū sit: nempe ut Deo confiteamur, cordium nostrorum & cogitationum omnium cognitori, lib. 3, cap. 4, sect. 9

Ex hac arcana confessione quæ sit Deo, sequi voluntariam apud homines confessionem, quoties id veldiuinæ gloriae vel humiliacionis nostre interest. Et huius secundi generis ordinariū fuisse sub veteri populo esse, que hodie in Ecclesia vsum: sed tamen extra ordinem singulati modo usurpari debet: si quando populum communia aliquo delicto obstringi contigerit, aut aliqua calamitate affligi. Et de utilitate huiusmodi confessionis, lib. 3, cap. 4, sect. 10, &c. 11

De duabus aliis priuatae confessionis formis: quarum: prior nostra causa fit, quum consolationem à fratribus perimus, quia nos angit & affigit peccatorum sensus (qua in te ad pastores ptecipue recurrendum nobis est, & hoc remedio prudenter moderatique vtendum, ne qua seruitus introducatur) posterior, ad placandum & reconciliandum proximum, si qua in te nostro vitio lœsus fuerit. Sub quo genere comprehenditur confessio eorum qui usque ad iotius Ecclesias confessionem peccarunt, lib. 3, cap. 4, sect. 12, & 13

Clavium potestatem in tribus confessio nis generibus locū habere: & de fractu qui inde ad cōfidentes tedit, quod sciunt à Christi legato sibi annū: iari peccatorum remissionem, lib. 3, cap. 4, sect. 14

Confessio peccatorum quædam genera-

lis, quædam specialis, lib. 3, cap. 20. sect. 9
de Confirmatione Papali.

Ceremonia impositionis manuum, quum liberi fidelium, qui infantes fuerant baptizati, teddebat rationem fidei, lib. 4, cap. 19, sect. 4

De Papistico Sacramento confirmationis subrogato in locum sanctorum illius institutionis, sect. 5. Perpetram hic prætexti Apostolorum exemplum, sectio. 6. Blasphemia, dum vocant illud oleum salutis, sect. 7, 8, & iactant plenos Christianos non fieri nisi qui chrismati sunt Episcopali confirmatione, sect. 9. Et hanc vocationem maiori in veneratione habendam esse quam Baptismum, sect. 10, 11

Optandum ut reuocetur in usum mos veteris Ecclesie in exigenda à pueris fidei ratione, lib. 4, cap. 19, sect. 13

de Conscientia.

Fiduciam suæ ceram Dei iustificationis dum querunt conscientię, debere ipsas tota Legis iustitiam obliuisci, lib. 3, cap. 19, sectio ne 2, 3

Fidelium conscientias non quasi Legis necessitate coactas Legi obsequi, sed Legis ipsius iugo liberas voluntatis Dei vltro obdite, lib. 3, cap. 10, sect. 4, 5, 6

De libertate conscientię in rebus externis & indifferentibus, lib. 3, cap. 19, sect. 7, 8

Fidelium conscientias Christi beneficio libertatem adeptas eximi omnis hominum potestate: & quomodo id intelligentem: ubi etiam de regimine spirituali & politico: & quomodo distinguenda, lib. 3, cap. 19, sect. 14, 15

Quid sit conscientia, & quo sensu dicat Paulus obediendum esse magistratui propter conscientiam, libro 3, cap. 19, sectione 15, 16

Quid sit conscientia, & de distinctione vulgari inter externum & conscientię formum, lib. 4, cap. 10, sect. 3, & 5.

de Cratione mundi.

Quanquam ex rerum creatione Deus cognosci debeat, ne tamen ad Gentium figura ta de fluenter fideles, historiam creationis in Scriptura extare voluit, & tempus notari, lib. 1, ca. 14, sect. 1. Vbi refutatur profana substitutione eorum qui queruntur non citius Deo venient in mentem cœlum & terram condere, Ibid.

In eundem finem narrati, non vno modo, sed sex diebus absolutum fuisse opus: deinde

deinde ordinem describi, nempe non ante creatum fuisse Adam. quām Deus mundum omni bonorum copia locupletasset, lib. i. c. 14, sect. 2. & 22

Refutatio erroris Manichaei de duobus principiis, lib. i. ca. 14. sect. 3

Dei notitiam, quā in mundi opificio reluet, nō posse per se nos perducere in rectam viam, probatur ex Scripturis, lib. i. c. 5, sect. 13
Et tamen omnino excusatione merito excludi, sect. 14

Licet cœli terraque contemplatio & administrationis rerum humanarum consideratio nos ad Deū colendum sollicitent, effluixerunt tamē ista sine vero profectu etiam sapientissimis philosophis, lib. i. cap. 5, sect. 10

Hinc immensa deorum turba, hinc infinita & contraria inter philosophorum sectas opiniones de Deo, lib. i. cap. 5, sect. 11

Dei essentia incomprehensibilis: sed in operibus suis certas gloriae suæ notas insculps visibilem se quodammodo exhibuit, lib. i. cap. 5, sectione 1

Dei sapientiam testantur, non tantum ea quā philosophi & eruditii homines speculatur in cœlo & terra, sed etiam quā plebei solo oculorum adminiculo percipiunt, libro 1. cap. 5, sect. 2

Vt vera fide apprehendamus quod deo scire refert, historiam creationis mundi e precipitiū est tenere, qualiter à Moysi eredita: cuius summa capita breuiter tecitatur, lib. i. cap. 14, sect. 20

Consideratio opatum Dei (id est, creationis rerum omniū) adduos fines principios debet referri. primum, ut quas in suis creaturis exhibet conspicuas virtutes, nō ingratia vel incogititia, vel obliuione transcamus, lib. i. cap. 14, sect. 21. Deinde ut eas nobis ipsi applicare discamus, quō nos ad ipsius fiduciam, invocationem, laudem, amorem excitemus, lib. i. cap. 14, sect. 22.

De Crucis tolerantia.

Oportet nosipso abnege mus ad crucem ferendam: quoniam Deus suos omnes sub cruce vult exercete, à Christo suo prime genito exorsus. quā cum Christo societas iam magnam patientię & consolationis materiam suppeditat, lib. i. cap. 8, sect. 1

Multis rationibus nobis est necesse sub as fidua cruce vitam degere. primum ad retundandi arrogantiam & virtutum nostrorum confidentiam. cōque remedio opus habere etiam sanctissimos, ostenditur Davidis exem-

plo, lib. 3. cap. 8, sect. 2 Hinc fiduciam nostrā in Deum confirmari & spem augeri, sect. 3

Deinde ut patientia nostra exploretur, & ut ad obedientiam erudiamur, sect. 4. quod nobis maximè necessarium est, quum tanta sit carnis nostræ lascivia ad excutiendū Dei iugum, simulatque liberaliter ille nos trahat, sectione 5

Aliquando erit ut præterita delicta corrigat: in quo, boni Patris officio erga nos fungi agnoscamus: contra infideles sunt secundum obstinationes, sect. 6

Singularis consolatio, ubi pro iustitia patitur vel ignoniūam, vel damnum, vel calamitatē quanvis: quā etiā maximè est propter fidelium, lib. 3. cap. 8, sect. 7

Quām necesse sit in afflictionum acerbitate fideles hac cogitatione instrui, Deum diligere ipsos, vitiis autem eorum irasci, lib. 3. cap. 4. sectione 34

D

De descensu Christi ad inferos.

Descensum Christi ad inferos rei maxime mysterium continere, neque parvi esse momenti ad redemptio[n]is nostre effectum. Hu[er]ius partis diuersæ expositiones afferuntur, & refutantur, lib. 2. cap. 16. sec. 8-9 Genuina afferatur ex verbo Dei, sancta pia, & plena exitus consolationis (quā etiam confirmatur veterum testimonio) Christum non tantū corpore mortis defunctum fuisse, sed etiam divinæ ualitionis severitate in sensisse, quo & ira ipsius intercedet, & suis faciet iusto iudicio. itaque oportuisse eum cum inferorum copiis æternæque mortis horrore quasi consertis manibus luctari. Nēque tamen Deum fuisse unquam illi vel aduersari, vel iratum, sed diuinæ severitatis grauitate eum sustinuisse, quoniam manu Dei percussus & afflatus, omnia irati ac punientis Dei signa experitus est, sect. 10. 11. Refutantur nebulae quidam mali & indeceti, qui hanc expostionem hodie exigitant, clamantes Filio Dei fieri iniutiam, illaque desperationem adscribi, quā fidei contraria sit. Itaque contra eos manifestis testimoniorib[us] ostenditur optimè constare sibi haec duo, verè Christum metuisse, turbatum fuisse spiritu, expauisse, tentatum fuisse per omnia sicut nos: & absque peccato tamen, sect. 12

De Deo.

Scriptura tradens Dei essentiam immensam esse & spiritualem, non tantum vulgi

delitia, sed etiam profana philosophia ar-
gutias, item Manichaeorum et orientis de du-
bus principiis, & Anthropomorphitam de
Deo corporeo euentur, libro 13, ca. 1, sect. 40

Quo sensu dicitur Deus esse in celis, &
qua inde doctrina colligenda, li. 3, c. 10, se. 40

Quid sit sanctificari Dei nomen, li. 3, c. 20
sect. 41

De regno Dei inter homines, eius pro-
gressu, & plenitudine, libro 4, cap. 20, sectio-
ne 42. Vide sub dictione de idolis hac per-
tinenti.

De Dei notitia, vide in dictione Cogni-
tio Dei,

De Diabolis.

Quæ de Diabolis traditæ Scriptura, èò ferè
tercent ut solicius simus ad præcauendas eo
rum insidias, & iis armis nos instruamus,
quæ ad propulsandos potentissimos hostes
sais sint firma, lib. 1, cap. 14, sect. 13

Quo autem ad id agendum magis excite-
nur, denuntiat non unum aut alterum dia-
bolum, sed magnas esse malorum spirituum
opias quæ nobiscum bellum gerunt: & quo
sensu diabolum numero singulari aliquando
proponant, lib. 1, cap. 14, sect. 14

Ad perpetuum cum diabolo certamen
ascendere nos debet quod aduersarius Dei
& noster ubique dicitur, libro 1, cap. 4, se-
ctione 5

Diabolus natura prauus, homicida, men-
dax, & omnis malitia architetur, lib. 1, cap.
14, sect. 5. Sed hac naturæ eius malitia non
ex creatione est, verum ex depravatione,
Ibid. sect. 16. De causa, modo, tempore, & spe-
cie lapsus angelorum maiorum querere cu-
riosum est, quum Scriptura subiectat, Ibid.

Hoc à seipso suaque nequicia habere dia-
bolum, ut cupiditate & proposito, Deo ad
uersetur: sed nihil facere & exequi posse ni-
si volente & anquente Deo, libro 1, cap. 14,
sect. 17. Qui sic regumen hoc temperat ut
Satanæ in animas fidelium regnum non per-
mitat, quum semper in fine victoriam ob-
tineant: (licet in quibusdam particulibus
actibus vulnerentur & concidant) sed im-
pios duntaxat illi gubernandos tradat, ut in
corum animis & corporibus imperium exer-
ceat, Ibid. sect. 8

Refelluntur qui nugantur diabolos ni-
hil quam males affectus aut perturbauones
esse: & testimoniis Scripturæ evincitur esse
mentes vel spiritus sensu & intelligentia pre-
ditos, lib. 1, cap. 14, sect. 19

De Diaconis.

De Diaconis, & eorum duobus generi-
bus, lib. 4, cap. 3, sect. 9

In veteri Ecclesiæ idem fuit Diacono-
rum munus quod sub Apostolis.

De hypodiaconis & archidiaconis, quæ
do primum creati cœperint, lib. 4, cap. 4, se-
ctione 5

Quis bonorum Ecclesiasticorum vñus, &
quals dispensatio in veteri Ecclesiæ, lib. 4,
cap. 4, sect. 6 7

De Diaconis Papisticis, eorum funktio-
ne, & ordinationis ceremonia, lib. 4, cap.
19, sect. 2

De Hypodiaconis papisticis & eorum nu-
gatoria functione, & ridiculo iniiciandi ti-
tu, lib. 4, cap. 19, sect. 33

De Diaconis Papisticis, eorum institutio-
ne, lib. 4, cap. 5, sect. 15. Papistas nullam dia-
coniam reliquam habere, quum tota opum
Ecclesiasticarum administratio illic in sacri
legam de predationem palam sit conuisa,
sect. 16. 18. 9

Refutatur impudentia quorundam Papi-
storum, qui luxum sacerdotum iouulsi: Ec-
clesia Papalis dicunt esse splendorem regni
Christi predictum à sanctis propheticis, lib. 4,
cap. 3, sect. 17

De Disciplina.

Disciplinam extreamam variè accommoda-
ri posse, pro moribus curisque gentis & se-
culi, lib. 4, cap. 11, sect. 30

Disciplinam tem maxime esse necessariam
in Ecclesia, lib. 4, cap. 21, sect. 1

De monitionibus priuatis, quod est pri-
mum disciplinæ Ecclesiasticae fundamentum,
lib. 4, cap. 12, sect. 2

Defensio Ecclesiastico, id est, senioribus,
qui morum censura præsumunt vñam cum Epi-
scopis, lib. 4, cap. 3, sect. 8

Principes etiam vñam cum plebeis debere
subiecti Ecclesia disciplinæ, & ita olim facta
fuisse, lib. 4, cap. 12, sect. 7

De veteri disciplina cleri, & provinciali-
bus synodis quotannis cogendis: huncque
ordinem sepultum esse in Papatu, nisi quod
eius umbras nescio quas teneant, lib. 4, ca-
p. 12, sect. 22

E

De Ecclesiæ.

Ecclesia mater fidelium, libr. 4, cap. 1, sect.
1. 4. &c 5

Expositio articuli symboli, Credo sanctæ
Ecclesiæ, lib. 4, cap. 1, sect. 2, 3, &c.

Sanc-

Sanctitatem Ecclesie nondum esse perse-
cuit, lib.4, cap.8, sect.12

De Ecclesia inuisibili: item de visibili,
cuius signa sunt syncera verbi prædicatio
& Sacramentorum administratione, sect.7
8.9.10.11. Vbiq[ue]que signa illa sunt ab ea nos
societate discessione non debere facere, se-
ctione 12

Vix aliquid obtemperet posse in doctrina,
vel Sacramentorum administratione, pro-
pter quod non sit nobis abiicienda Ecclesia
illius communio: & multo minus ob vix
imperfectionem & morum corruptelam:
vbi taxantur Anabaptistæ, lib.4, cap.1, se-
ctione 12.13.14.15.16. &c.

Ita sanctam esse Ecclesiam vt multis sem-
per vitiis laborebat, nec tamen definat esse Ec-
clesia, Scripturæ testimoniis & seculo, um o-
mnium experientia ostenditur, lib.4, cap.1,
sect.17.18.19.20

de Ecclesiæ potestate quoad fidei dogmata.

Quicquid autoritatis habet Ecclesia id
proprie non hominibus, sed verbo (cuius
ministerio illis est communis) dati. itaque
nunquam licuisse Ecclesia aliud docere quæ
quod à Domino accepit, ostenditur Pro-
phetatum & Apostolorum adeoque Ch.isti
exemplo, lib.4, c.8, s. & 1.2.3.4. & 8.9

Christum semper docuisse suam Ecclesiæ:
varias tamen tenuisse docendi rationes pro-
temporum diversitate, ante Legem scriptiæ
sub Læge & Prophetis, & denum ipso mani
festato in carne, lib.4, cap.8, sect.5.6.7

de falsa Ecclesiæ.

Vbi regnum occupauit mendacium, &
falsitas, illic non esse Ecclesiam: quod ostendit
reperiit sub Papismo, licet ibi ostendetur
perpetua Episcoporum successio, lib.4,
cap.2, sec.1.2.3.4

Non esse hereticos aut schismaticos, qui
à Papatu deficiunt, li.4, c.2, sect.5.6

Vi maximè extenuare quis velut vitia Ec-
clesie Papisticæ, non tamen esse meliorem
eius statum quam fuit in regno Istaël sub la-
robeam, lib.4, cap.2, sect.7.8.9.10

Mancet tamen Dei benignitate in Papatu
vestigia quædam Ecclesiæ, & ita impletum
quod scriptum fuit, Antichristum sessulum
in templo Dei, lib.4, c.2, sect.11.12

Comparatio potestatis quam habet vera
Ecclesia in docendo, cum tyrannide Papæ,
& suorum in condendis fidei nouis articu-
lis, lib.4, cap.8, s. & 10

De axiome Papistarum, errante non pos-

se Ecclesiæ, lib.4, cap.8, sect.13

Falsum esse, opotuisse Ecclesiam addere
scriptis Apostolorum, lib.4, c.8, sect.14.15.16

Refutantur argumenta quibus Papistæ
confundant dicitam esse potestatem Eccle-
sie vt euadat nouos fidei articulos, lib.4, ca.
8, sect.11.12

de Episcopis.

Episcopi nomen in veteri Ecclesia attri-
butum vni alicui in singulis ministrorū col-
legiis, politiz causa: non autem vt in 2-
lios dominationem exerceret, libro 4, cap.
4, sect.2

Tam Episcopi quam reliquorum Presby-
teritorum partes fuisse, incumbere prædica-
tioni & Sacramentorum administrationi,
lib.4, cap.4, sect.3

Veterem Ecclesiam ferè obsecuasse præ-
scriptum Apostolorum in ministrorum vo-
catione, lib.4, cap.4, sect.10.11.12.13

Quo ritu post electionem initiatentur ve-
teris Ecclesiæ ministri, sect.14.15

De ceremonia ordinationis veteris pres-
byterorum, lib.4, cap.19, sect.13

Sæpe corruptissimum fuisse in Ecclesia or-
dinem sacerdotum, Prophetatum, & Pasto-
rum, lib.4, cap.9, sect.3.4.5

Non esse sine exceptione obediendum pa-
storibus Ecclesiæ, sed in Domino & ver-
bo eius, lib.4, cap.9, sect.12

Qui & quales creentur Episcopi in Papa-
tu, lib.4, cap.5, sect.1

Ius populis blatum in eligendo, violatos
que canones antiquos, sect.2, & 3

Quales Presbyteri creentur in Papatu, &
ad quid, lib.4, cap.5, sect.4, &c.

De beneficioium collationibus in Papa-
tu, lib.4, cap.5, sect.6.7

Quam fideliter munus suum exerceant Sa-
cerdotes omnes in Papatu, siue sibi Mon-
achi, siue seculares, vt Canonici, Decani, &c.
Parochiatum rectores, Episcopi, lib.4, ca.5,
sectione 8.9.10.11

Negligentia eorum qui Ecclesiæ p[re]terat
tempore Gregorij & Bernardi, lib.4, cap.5,
sect.12

Tota facies gubernationis Ecclesiasticæ
qua[re] hodie est sub Papismo, est velut spo-
liatum, in quo sine Læge & modo latro-
nes grassantur, libro 4, capite 5, sectione
13

De dissoluta in omnibus vix partibus li-
centia Sacerdotum, Episcoporum, &c. in Pa-
patu, lib.4, cap.5, sect.14

De Evangelio.

Christum quavis sub Lege Iudaic cognitus fuerit, tamen Euangelio demū exhibitu fuisse: & sanctos Patres delibauisse gratiam qua hodie nobis plena abundantia of feruntur: videlicet diem Christi, licet obscuriore intuitu, cuius nunc gloria, nullo interposito velo in Euangelio resulget, libr. 2. cap. 9. sect. 1. & 2. vbi etiam ostenditur Euangelium proprietate & specialiter vocati promulgationem exhibita in Christo gratiae, non quae de peccatorum remissione apud Prophetas extant promises.

Contra Serueti dogma (qui eo prae-textu, quod Euangelij habemus promissionum omnium complementum), abolet promissiones ostenditur, quanvis presentem spiritu- lium bonorum plenitudinem nebis in Euangelio Christus offerat, functionem tamen sub custodia spei semper latete quan- diu hic vivimus: ideoque in promissiones adhuc nobis recumbendum, lib. 2. cap. 9. se- cione 3.

Conniviterrorum error qui Legem non quam alicet Euangelio conserunt, quam opem merita gratuitē imputationi iusticie, lib. 2. cap. 9. sect. 4.

Iohannem Baptistam habuisse munus medium inter Prophetas Legis interpretes, & Apostolos Euangelij praecones, lib. 2. cap. 9. sect. 5.

De Excommunicatione.

Quid sit potestas iurisdictionis Ecclesiastica, quam necessaria, & antiqua, libr. 4. ca. 11. sect. 1. & 4.

De potestate ligandi & soluendi quatenus ad disciplinam pertinet: vbi de excommunicatione, libro 4. cap. 11. sect. 2. distinctā esse hanc Ecclesiæ potestatem à Ciuli, & alteram alteri esse adiumento: itaque falso quosdam existimare locum illi non esse vbi Christiani sunt Magistratus, libr. 4. cap. 11. sectio. 1.; 8 & ostenditur statum ac perpetuum esse hunc ordinem in Ecclesia non temporarium, sect. 4.

De recto vsu huius iurisdictionis in veteri Ecclesia, & non fuisse penes unum hanc potestatem, sed penes consilium seniorum, libro 4. cap. 11. sezione 5. 6. & cap. 12. sezione 7.

De Ecclesiæ excommunicatione, illiusque authoritate, libr. 4. cap. 12. sect. 4.

Tres fines quos spectat Ecclesia in correptionibus, & excommunicatione, libro 4.

cap. 12. sezione 5.

Dedisciplina Ecclesie exercendā pro ratione peccatorum, quum alia sint priuata, alia publica: item alia delicta, alia scelera, lib. 4. cap. 12. sect. 3. 4. & 6.

In Excommunicatione severitatem moderatam esse debere: & in hac parte nota tur immodica vetetum austertitas, lib. 4. ca. 12. sect. 8.

Priuatus etiam quisque excommunicatos debet alienos iudicare ab Ecclesia, sed non pro desperatis habere, immo pro virili contendere ut in viam redeant, lib. 4. cap. 12. sezione 9. 10.

Si collegium seniorum minus diligenter vitia corrigit, aut ipsi Pastores nequeant ex animis sui voto omnia repurgare, non tamē dehere priuatos facere discelliōne ab Ecclesia, aut Pastores ministerium abdicere, lib. 4. cap. 12. sect. 11.

Contra Donatistatum olim, & Anabaptistarum hodie mortisstatem, qui nullum cœcum Christi esse agnoscunt, nisi in quo omni ex parte reluceat Angelica perfections, lib. 4. cap. 12. sect. 12.

Si contagio peccati alicuius totam multitudinem tuaserit, temperandam esse misericordia disciplinæ severitatem, ne existium corpori afferatur, libro 4. cap. 12. sezione 13.

F

De Fide.

Fidei nomē aliter sumptum à factis scriptoribus, quam à profanis, libro 4. cap. 14. sezione 13.

Deum esse fidei obiectum, quomodo intelligi debeat, libr. 2. cap. 6. sect. 4.

De fide: vbi reprehenduntur Sophistæ, qui hac voce nihil aliud concipiunt quam vulgarem Euangelica historię assensum, & simpliciter Deum obiectum fidei vocant, Christum inter omittentes, sine quo nulla fides, nullusque ad Deum accessus, libr. 3. cap. 2. sect. 1.

Impugnatur scholasticorum dogma de fide implicita, quum fides requirit explicitam diuinę bonitatis agnitionem, in qua cōsistit nostra iustitia, sect. 2.

Fidem quidem nostram quandiu in mundo peregrinamur, implicitam esse multis ignorantia reliquis, & in cunctis semper fidei mixtam incertitudinem (cuius tei inulta exempla notantur in Christi discipulis ante-

antequam ad plenam illuminationem venientem nihilominus tamen verissimum illud esse, semper cum fide coniunctam esse intelligentiam, sect. 3, 4

Quandam esse Christi obseruantiam, & docilatem cum proficiendi desiderio, quæ ornatur fidei titulo, quum tamen sit tantum præparatio ad fidem: & eam posse vocari fidem implicitam, longè tamen distare à Pa-pitatum commento, sect. 5

Vetam fidem, sine Christi cogitationem esse quum eum suscipimus qualis à Patre offertur, neceps Evangelio suo vestitum: & mutuam esse fidei relationem cum verbo: quia verbum fons est fidei, basis fidei, & speculum in quo Deum fides intuetur, se-
ctione 6

Fidem, licet omnibus partibus verbi Dei subscibat, proprie tamen in eo respicere Dei benevolentiam & misericordiam, id est gratiae promissiones in Christo fundatas, in quarum intelligentiam, & certitudinem mentes illuminat, & corda confirmat Spiritus. Inde concluditur fidei definitio, sectione 7

Refutatur Sophistarum distinctio fidei formata & informis: vnde apparet eos de singulari Spiritus dono nunquam cogitasse, quin fides à pio affectu nullo modo posset distrahi, sect. 8

Fidei vocabulum, diuersa habere significationes, & sumi inter dum pro facultate edendorum miraculorum (quo dono Dei possent aliquando impij) aliquando abusivè pro ea notitia Dei quæ in quibusdam impiis errant, quæ potius umbra & imago est fidei, cuius diuersæ formæ in ipsis certuntur, sect. 9, 10

Reprobos interdum etiam simili fere sen-su atque electos affici, non tame solidè percepere vim spiritualis gratiae, sed tantum cōfusè. idipsoni nihilominus esse operationem quandam Spiritus inferiorem, sed longè distare solum hunc à peculiari testimo-nio quod reddit electis, sect. 11

Neque tamen fallacem est spiritum, quū leuiter tingit interdum Evangelij notitia reprobos, & Divini amoris sensu, qui postea euaneat. Aliquando etiam in cordibus eorum excitari mutui quoddam erga Deum amoris desiderium, sed qui mercenariis sit non slycerus. Concludit orationem quoddam esse qui fidei non simulant, qui tamen vera fide cauent, quod cursus pro-

batur Scripturæ testimoniis, sect. 12. & à scri-
ptura eiusmodi sensum vocari fidem licet impropriè, sect. 13

Fidem nonnunquam accipi pro sanapie-tatis doctrina, & tota eius summa: aliquan-do contra, restringi ad particulare aliquod obiectum: aliquando referri ad Ecclesiæ mi-nisterium, sect. 13

Optima ratione fidem vocari Agnitio-neum & Scientiam: & tamen esse eiusmodi notitiam quæ certitudine magis quam apprehensione constet: quum omnibus modis in finitem quod mens nostra fide com-pleretur, lib. 3, cap. 2, sect. 14

Fidem non esse contentam dubia opinio-ne, aut obscura conceptione, sed plenam fixamque certitudinem requiri te. eoque refendita esse tot elogia quibus verbo Dei au-thoritatem alletur Spiritus sanctus, lib. 3, cap. 2, sect. 15

Per multos ita misericordiam Dei conce-pere ut quam minimum inde consolationis recipiant, quia dubitant an sibi sit miseri-cors futurus: sed longè aliud esse sensum πληρόφορες fidei, cuius principius cardo est ne promissiones gratiæ extra nos tantum veras esse arbitremur, sed potius eas intus complectendo nostras faciamus. inde colli-gitur quis verè si fidelis dici possit, libro 3, cap. 2, sect. 15, 16

Quod fideles in se recognoscenda erga se Dei bonitate non modò sepe tentantur inquietudine, sed grauitatis etiam terroribus interdum quatenus sint, non obstat quin fides certitudinem secum afferat: quia qua lemenque in modum afferentur, nunquam tamen decidunt ac desciscunt à certa illa quam de misericordia Dei conceperunt fiducia: sed cum propria infirmitate certan-tes semper tandem emergunt. quod mul-tis in Davide exemplis ostenditur, libro 3 cap. 2, sect. one 17. Describitur conflitus carnis & spiritus in anima fidelis, sectione 18

Divinitate benevolentia certitudo, lib. 2, ca-p. 2, sect. 18

Refutatur pestilentissima quodnam se-miayastom philosophia, qui licet faciat tur nos, quoniam in Christum respicimus, innente p' eam bene sperandi materiam, volunt tamen nostre indignitatis intin-nos fluctuari, & habere: ostenditurque certam nos nihilominus salutem expectare debere, quum mirabili quadam commu-

nione Christus in unum corpus nobiscum in dies magis ac magis coalescat, lib. 3, cap. 2 sect. 24

Vbi primū, vel minimam fidē guttulam habemus, Deum nobis propitiū con templari incipimus, procul quidem & enīnū, sed ita certo intuitu ut sciamus nos minimè hallucinari. Vtrunque confirmatur Pauli testimoniis, libro 3, cap. 2, sectio ne 19. 20

Exemplis ostenditur quomodo ad im pectus tentationum sustinendos, fides se verbo Domini armat & munit, nec sibi diuinaz mi sericordiaz fiduciam excuti vñquam patiatur pia mens, quanvis multis incredulitatis & diffidentiae reliquiis oppugnetur, lib. 3, cap. 2, sect. 21

In diuina benevolentia (quam respicere dicitur fides) licet sibi præcipue proponat vitæ æternaz certam expectationem, conti nter tamen promissiones vitæ etiam præ sentis solidamque bonorum omnium secu ritatem, sed qualis è verbo percipi potest. Vtrunque Scriptura testimoniis consumatur, lib. 3, cap. 2, sect. 28

Fidem, licet Dei verbum omni ex parte amplectatur, (hoc est, in mandatis etiam, & interdicitis ac minis) fundatum tamen & proprium scopum habere in gratuita mi sericordiaz premissione: atque hac ratione Euangelium dici verbuni fidei, opponique Legi, libro 3, cap. 2, sectione 29. Neque tamen hac restrictione fidem lacerati à nobis, vt impudenter calumniatur Pighius, sectio ne 30

Fidei non minus verbo Dei opus habe re, quam structum via radice arboris, & cum verbo coniungendam esse diuinaz potenziæ considerationem, sine qua illud au res maligne admittent, vel non estimabunt iusto prelio. Potentiam autem efficiu lem considerandam ex operibus videlicet Dei & ex beneficiis eius vel particularibus, vel etiatis, & toti Ecclesie collatis, lib. 3, ca. 2, sect. 31

Fideles nonnunquam ita agere ut eorem fiduci etores aliqui sint permixti & videantur verbi fines excedit: sic tamen ut illi prima um semper teneat, Sarz & R. beccæ exemplis ostenditur: quas in obliquis ani mi sui deflexionibus arcano Deus fraxo in verbi obedientia retinuit, ibidem.

Propter exigitem periculæ amque nostram verbum non sufficeret ad fidem, nisi

Spiritus Dei mentem nostram illuminet & virtute sua confianct: eumque non tantum inchoato rem esse fidei, sed eam etiam augere per gradus, libto 3, cap. 2, sect. 33. Licet & apud egorator plenisque videatur neminem posse in Christum credere nisi cui donatum sit: verissimum tamen esse ostenditur rationibus, testimonis Scripturæ, & exē plis, Ibidem, sect. 34. Propterea fidem vocati Spiritum fidei, opus & beneplacitum Dei: donumque esse singulare, quod impertit singulati priuilegio quibus vult: cō firmatur egregiis sententiis ex Augustino sum ptis, ibidem, sect. 35

Non satis esse mentem illuminari verbi intelligentia, nisi etiam in eorū ipsum verbi certitudo transfundatur, quotum vtrum que Spiritus operatur: qui propterea & si gillum, & artha, & spiritus promissionis dicitor, lib. 3, cap. 2, sect. 32

Licet vatis dubitationibus impellatur fides, semper tamen ipsam emergere tandem extentionibus gurgite, & quietem suauissimam concipere, libro 3, capite 2, sectione 37.

Impugnatur perniciosum Scholasticorum dogma, Nos de gratia Dei erga nos aliter statuere uon posse quam ex conjectura morali, libro 3 cap. 2, sectione 38. Misericordiaz exigitatis arguuntur quod temeritatis esse dicant nos concipere indubitatem diuinaz voluntatis notitiam, Inseritur egregia antithesis istorum & Pauli in hoc dogmate, ibidem, sectione 39. Refutatur eorum triuola tergiuersatio. Etiam si secundum præ sentem iuris statum de gratia Dei iudicium nobis sumere licet, manere tamen in suspensi finalis perseuerantie notitiam, ibidem, sect. 40

Ostenditur definitio fidei tradita hoc capi, s. Et. 7, bene conuenienter cum ea quæ habetur apud Apostolum, Heb. cap. ii. Et testimo nio Bernardi de sellitum Scholasticorum deli ramentum, charitatem fidei ac spe priori em est, lib. 3, cap. 2, sect. 41

Ex fide semper digni spem, & hinc illi s comitem esse induuidum, ad. o. vt quis spe caret, fidem etiam nullam habere conoinca tur: item, si te spe ali: & confirmari & prædicta necessaria sunt spei tubidia ad fidem c abi liendam, quæ tot temptationum formis im petitur, lib. 3, cap. 2, sect. 42

Proprius hanc communem & omnem & affinitatem spei cum fide, Scripturæ hæc vocabula non;

nonnaquam confundere, aliquando simul iungere. Refutatur Petri Lombardi error, qui duplex fidei fundamentum ponit, nempe gratiam Dei & operum meritum, lib. 3, cap. 2, sect. 43

De imperf^tione fidei, & illius confirmatione & augmentatione, lib. 4, cap. 14, sect. 7, 8

De summa fidei nostræ, quam Symbolum Apostolorum vocamus, lib. 2, cap. 16, sect. 18

Conclusio capituli 16, in qua summatim comprehenduntur bona quæ ad nos reddent ex us quæ de Christo recitantur in Symbolo Apostolorum, quod vocant, s. Et 19
de Fusto.

Expositio octaua p^ræcepti, vbi de variis fucorum generibus, & quibusdam quæ licet aliter iudicent homines, apud Deum tam farta c^esentur: adeò que eum qui non exequitur quod ex sua vocationis munere aliis debet furem esse, lib. 2, ca. 8, sect. 45. Quid p^ræstat nos oporteat, vt paternus huic mandato, ostenditur variis exemplis, pro ratione personarum & diuersarum functionum, Ibid. sect. 46

H

de Homine.

Homo sui agnitione non tantum instigatur ad quæcundum Deum, sed quasi manu ducitur etiam ad reperiendum, lib. 1, ca. 1, sect. 1

Hominis creatio egregium specimē potentiaz, bonitatis & sapientiaz Dei: unde uixōrū p^ræceptu^r à quibusdā philosophis dictus, lib. 1, cap. 5, sect. 3. Hominum ingratitudo, qui Dei prouidentia signa & in anima & in corpore sentientes, Deo nondant laudem, lib. 1, cap. 5, sect. 4

Duplex nostri cognitio: n^epē in prima origine, & post Ad^t lapsum. & hanc illa p^ræsumissi non accipiendā, ne videamur corruptionem referre ad Deum naturę autem, lib. 1, cap. 15, sect. 1

Homini maximē necessaria suipiusi te^rta cognitionis quæ in hoc sita est (quæadmodum p^ræscr̄bit Dei veritas) ut primū te^rputans quem in finem sit creatus, & donis non contemnendis p^ræditus, totus à Deo p^rudentiat, à quo precariō tenet omnia: deinde auctoritatem suam post Ad^t lapsum conditionem expendens, verē sibi displiceat, & nonum concipiatur quærendi Dei studium, ut in eo recuperet bona quorum protus

inanis & vacuus deprehenditur. Itaque cā uendum ne hīc iudicio carnis philosophorum q; libris auscultemus, qui dum nos reputandistam in bonis nostris detinent in pessimam nostri ignorantem abriperēt, lib. 3, cap. 1, sect. 1, 2, 3

Homo tūquam ad puram sui notitiam peruenire potest, nisi prius Dei facie sit contemplatus, id est, ex verbo cognoscere & expendere c^eperit qualis sit & quām existat iustitia, sapientia & virtus eius perfectio, ad quam nos conformari oportet, lib. 1, ca. 1, sect. 2

Sancti simi etiam homines, quōties Deus illis extra ordinem manifestavit presentiam & gloriam suam, noctore & stupore percussi fuitunt, lib. 1, cap. 1, s. Et 3.

Totum hominē c^ruptum esse utraque sui patre (id est & mente & corde, siue voluntate) probatur ex variis elogis quibus illū describit Scriptura, maximē uin carnem esse dicit: & ostenditur nanc vocem nō referti tantum ad sensualē sed etiam ad superiorē anima^r partē, lib. 2, cap. 3, sect. 1. Frustra homines in sua natura aliquid boni requite probat ex Paulo qui de vniuersa filiorum Adam natione ages, nec alicuius seculi depravatos mores taxans, sed perpetuam naturæ corruptionē accusans, hominibus adimit iustitiam, id est, integritatem & puritatem, dicit de intelligentiam, & postremō Dei timorem, lib. 2, cap. 3, sect. 2

Dicitur obiect. c de profanis quibusdā hominibus, qui quā natura duce tota vita ad virtutem & honestatis studium fuerint intenti, monere nos videntur ne hominis naturam totam virilisam puremus. Itaque ostenditur naturæ pertinacitatem qua viciq; pollutus est homo. Dein non quicq; putate intus (quod facit in electis) sed tamen tua prouidentia aliquādo refringere in crudelis, ne in astern cūmpat, & cohibere variis rationibus, quatenus expedire novit ad cōseruandam rerum uincitatem, lib. 2, cap. 2, sect. 1. Et quicq; leguntur in profanis quibusdā emicuiss. virtutes, non esse idonea arguenda puritas naturæ, quoniam animus inuisi facit plagues, ambitione aut alio veneno corruptus, non studio illistrandi D^r gloriū dicitur: & quem non sicut communis naturæ dotes, s. d. speciales Dei gratia, quas varie & ad certum modū profanis aliqui hominibus dispensant, ut s^xpe regibus, nonnenquam etiam p^ro-

natis quibusdam, lib. 2. cap. 3. sect. 4.

De imagine Dei in homine, vide sub littera, I.

de Humilitate.

Veram humilitatem non esse quam a nobis exigit Deus nisi omni nos bono & iustitia penitus vacuos agnoscimus, lib. 3. cap. 12. sect. 6. Cuius humilitatis exempla ostendit in Publicano, sect. 7.

Vi Christi vocationi locum demus, facere a nobis oportere cum arrogantiā tum securitatem, lib. 3. cap. 13. sect. 3.

Nonest periculum ne fidi nimium adimat homo, dummodo recuperandum in Deo discat quod sibi deest. Verbum est dia bolicum, licet nobis dulce, quod hominem in seipso erigit: ad quod repellendum recitantur ex Scriptura multæ graues seniæ, quæ hominē seuerè prosternunt: item promissiones quæ non aliis gratiam promittunt quā tabescientibus suis paupertatis sensu, lib. 2. cap. 2. sect. 10. Item egregie quædā dicta de humilitate vera a Chrysostomo & Augustino, lib. 2. cap. 2. sect. 11.

I

de Idolis.

Scriptura Deum certis epithetis & notis insignit, non ut vni loco aut populo alliget, sed ut sacrum eius numen ab idolis discernat, lib. 2. cap. 8. sect. 15.

Primi precepti expeditio: vbi ostenditur, adorationem, fiduciam, invocationem, gratiarum actionem Deo in solidum competere: corumque ne tantillum quidem alio deriuari posse sine ipsius graui iniuria, cuius oculis omnia patent, lib. 2. cap. 8. sect. 16. Secundi precepti exposicio: vbi de idolis & imaginibus, lib. 2. cap. 8. sect. 17. Scripturam ut ad verum Deum nos deducat, dixerit excludere deos omnes Gentium, lib. 1. cap. 10. sect. 3. & maximè idola ac simulachra omnia, lib. 1. cap. 11. sect. 1.

Deum ab idolis discerni, non tantum ut solus Dei nomen oblineat, sed ut solus in solidum colatur, nec alio transferatur quicquid in diuinitatem competit, lib. 1. cap. 12. sect. 1. Impio menacio corrupti Dei gloriam quoties ei forma villa affingitur, lib. 1. cap. 11. sect. 1. Simpliciter Deo desplicere omnes statuas & imagines quæ sunt ad eum figuratum, probatur testimonii & rationibus, lib. 1. cap. 11. sect. 2. neque ad ludos tantum pertinuisse eam prohibitionem, lib. ibidem.

Sic Deum certis signis visibilibus presentiam suam olim ostendisse vel toti populo vel quibusdam selectis, ut eadem signa monerent eos de incomprehensibili Dei essentia, lib. 1. cap. 11. sect. 5. Insanire Papistæ qui simulachra Dei & sanctorum defendunt exemplo Cherubim operientium propiciatorium, ostenditur vel Iuuinalis testimonio, lib. 1. cap. 11. sect. 3.

Simulachra non esse deos materia ipsa ostendit, item fabricatio, quæ manibus hominum perficitur, lib. 1. cap. 11. sect. 4.

Contra Græcos, qui Deum non sculpunt, sed pingere sibi permitunt, lib. 1. capit. 11. sect. 4.

Gregorij dictum (quo niti se dicunt Papistæ). imagines esse libtos idiotatum, refutatur testimonii Ieremij & Habacuc, Laetantij, Eusebij, Augustini, Varronis, & decreto Concilij Elibertini, lib. 1. cap. 1. sect. 5. 6. 7.

Papistatum statuas vel picturas quibus sanctos martyres & pias virgines representant, perditissimi luxus & obscenitatis exemplatio, lib. 1. cap. 11. sect. 7. 12.

Ex verbi predicatione & Sacramentorum administratione multo plus discet populus quam ex mille crucibus lignis, lib. 1. cap. 11. sect. 7.

Idololatriæ vetustas & origo, quod homines Deum sibi adesse non credentes, nisi carnaliter se presentem exhibeat, erexitur signa in quibus ipsum sibi pro oculis carnalibus obuersari credebant, lib. 1. cap. 11. sect. 8.

Tale figuramentum sequitur protinus adoratio simulachri, sicut: Dei aut alterius creaturæ in simulacro, quorum virtutum: Lex Dei prohibet, sect. 8. 9.

Contra eos qui ad defensionem execrabilis idololatriæ praetexunt, se non reputare imagines produs, ostenditur neque Iudeos vinculum, neque Ethnicos simulachra sibi fabricantes, existimat illa Deum esse, quo tamè nemo excusare sustinet, lib. 1. cap. 11. sect. 9.

Papistas non minus quam Ethnicos & idololatras Iudæos, persuasos esse te Deum ipsum colere sub simulachris ostentantur, lib. 1. cap. 1. sect. 10. Neque ipsis elati posse distinctione sua dulce & latre, Ibidem, sect. 11. 16. & cap. 12. sect. 2.

Quum idololatria damnatur, non repudiari prorsus sculpturam & picturam, sed requiri

equiti purum & legitimum virtusq; vsum,
ad eoque ne Deus effingatur visibili specie:
sed et tantum quorum capaces sint oculi, li.
1. cap. 11. sect. 12

De imaginibus in templis Christianorū,
lib. 4. cap. 9. sect. 9

Etiam idolelatia omnibus seculis natu-
raliter sensi sunt unicum esse Deum: sed hic
sensus non ultra valuit nisi ut essent inexcu-
fables, lib. 1. cap. 10. sect. 3

Idololatria amplius est documentū Dei
notitiam omnium mentibus naturaliter es-
se inditam, lib. 1. cap. 1. sect. 1

decimus.

De ea parte disciplina Ecclesiastica quæ
est de indicendis ieiuniis, aut precibus ex-
traordinariis: & quo modo id facere debeat
pastores, libro 4. cap. 12. sect. 14. 15. 17. Pro-
uidendum nequid in ieiunio obiepat super
stitionis, sect. 19

Sanctum & legitimum ieiunium tres ha-
bet fines, libro 4. cap. 1. sect. 15. Ieiunij de-
finitio, lib. 4. cap. 12. sect. 13

De quadragesima superstitione, & varia
ieiunij illius observatione, lib. 4. cap. 12. sect.
20. 21

de Imagine Dei in homine.

Quid sit hominem creatum esse ad imagi-
nem Dei: vbi refutantur futilis exposicio-
nes Osiandri & aliorum quorundam: ac os-
tenditur, quāuis Dei gloria reluceat etiam
in homine externo, & extendatur ad totam
præstantiam qua eninet hominis na-
tura inter omnes animalium species, pri-
matim tamen eius sedem in mente & corde
vel in anima eiusque potentissime esse, lib. 1. ca.
15. sect. 3. lib. 2. cap. 2. sect. 1

Imaginem Dei initio conspicuam fuisse
in Adamo, in luce mentis, cordis restitudine
& partium omnium sanitatem, probatur ex re-
paratiōe corrupta natura, qua Christus nos
reformat ad imaginem Dei, & aliis argumen-
tis, lib. 1. cap. 15. sect. 4

de Impositione manuum.

De impositione manuum in ordinandis
ministris, lib. 4. cap. 14. sect. 2

De impositione manuum in cathechesi
puerorum, lib. 4. cap. 5. sect. 4. Iē in creādis Sa-
cerdotibus Pāpistis, lib. 4. cap. 19. sect. 31
de Indulgentiis.

Quod tandem salutem confiterint indulgen-
tiae, argumento est quām alta erit omnia no-
tio aliquot seculis immersi fuerint homi-
nes, lib. 3. cap. 5. sect. 1

Quid sint indulgentiæ ex Papistatum do-
ctrina: vnde conuincitur esse profanationē
sanguinis Christi. Egregia anathesis Christi
& indulgentiarum Papalium, lib. 3. c. 5. sect. 2

Confoditur impium dogma indulgentiæ
rum egregiis sententiis Leonis Romani Ep̄i-
scopi & Augustini: ostenditurque sanguinē
Martyrum non esse infructuosum, licet nul-
lum locum habeat in remissione peccato-
rum, lib. 3. cap. 5. sect. 3. 4

Aut mendax Dei Euangelium esse oportet,
aut mendaces indulgentias ostenditunt
& quæ earum origo fuisse videatur, lib. 3. c. 5.
sect. 5

de Iudiciis ferensibus.

De iudiciorū, magistratum & legum va-
su inter Christianos. Licere Christianis co-
magnistratu ius suum perseQUI, modò id il-
legit pietate & charitate proximi fuit, li. 4. c.
20. sec. 17. 18. Vindictæ cupiditatem semper
fugiendam, siue actio sic civilis, siue crimi-
nalis, qua contendit coram iudice, sec. 19
Præceptum Christi de pallio permittendo ei
quitunicam auferat, & similia nō repugna-
re quominus Christianus coram magistra-
tu litiget, & eius ope vtatur ad rerum suarū
conseruationem, sec. 20. Paulum non dam-
nare in vniuersum lites, sed reprehēdere im-
modicū litigādi fecundō in Corinthis, se. 20

de Iudicio ultimo.

De visibili præsenti Christi quum appare-
bit supremo die: de iudicio viuorum & mor-
tuorum: metitique ad diei illius cogitatio-
nem reuocari fidem nostram & de egregia
consolatione quæ inde conscientiis nostris
oritur, sec. 17. 1. 8

De incomprehensibili gravitate diuinæ
vltionis in preerbos, lib. 3. cap. 25. sec. 12
de Iuramento.

Expositio tertij præcepti, quo tria hæc
continetur, Nequid de ipso Deo cogite-
mus aut loquamur nisi reverenter, nequid
etiam de eius verbo & adorandi mysteriis,
nequid postremò de eius operibus, lib. 2. ca.
8. sec. 22

Iuramenti definitio: vbi ostenditur spe-
ciem esse cultus diuinus: id eoque cauendum
ne iuramenti nostra continente contumeliam
in nomen Dei, quod sit peiitando: vel
contemptum eius, quo si sic in superuacuis iu-
ramentis, aut quibus alterius quam Dei no-
men adhibetur, lib. 2. cap. 8. sect. 23. 24. 25

Contia Anabaptistas probatur ex scriptu-
ra non omnia iuramenta nobis interdici-

Christumque in Evangelio nihil mutasse quoad regulam iuris iurandi in Lge prescriptam, libro 2. cap 8. secti. 26. quod ipsius etiam exemplo confirmatur; nec solum publica, sed privata etiam iuramenta permissa esse, obseruata moderatione quam Lex iubet, ibidem, sectione 27

de Iustificatione fidei.

De Iustificatione fidei, ac primò de ipsa nominis & rei definitione, libro 3. cap. 11

Maximi esse momenti caput doctrinæ de Iustificatione fidei, libro 3. cap. 11. secti. 1

Quid sit iustificatio operibus, quid item fide, ostenditur ex Scriptura, libro 3. cap. 11. sectione 2. 3. 4

Refutatur Osiandridelirium de essentia iustitiae, quod homines fieri gratuitè Christi gratia sensu priuat, libro 3. cap. 11. secti. 5. 6. 7. & seq. vsque ad 13

Refeilitur Osiandri commentum, Quin Deus & homo sit Christus, respectu diuinæ naturæ non humanæ factem nobis esse iustitiam, libro 3. cap. 11. secti. 8. 9

Contra eos qui iustitiam imaginantur ex fide & operibus cor. 3. 1. tam. ostenditur altera stante alteram necessariò eueri, libro 3. c. 11. sectione 13. 14. 15. 16. 17. 18

Ex Scriptura probatur contra sophistas firmum esse axioma, Nos sola fide iustificari, libro 3. cap. 11. secti. 19. 20

Confirmatur Scriptura testimoniis, iustitiam fidei esse reconciliationem cum Deo, quia sola peccatorum remissione constet, libro 3. cap. 11. secti. 21. 22

Sola intercessione iustitiae Christi nos obtinere ut eoram Deo iustificemur, libro 3. c. 11. sectione 23

Vt fieri nobis persuadeatur gratuita iustificatio, ad Dei tribunal tollendas esse mentes: eoram quo nihil est acceptum nisi omni ex parte integrum & absolutum, cuius treuenda maiestas describitur ex variis Scripturæ locis, libro 3. cap. 12. secti. 1. 2

Pios omnes Scriptores ostendere vbi sibi cum Deo negotium est, unicum conscientiae asylum esse in Dei gratuita misericordia, exclusa omni operum fiducia demonstratur testimonis Augustini & Bernardi, libro 3. cap. 11. secti. 3

Duo esse in gratuita iustificatione obseruanda: nempe ut Domino constet illibata sua gloria: quod si vbi solus ipse iustus agnoscitur: quantum aduersus Deum gloriantur qui in se gloriantur, libro 3. cap. 13

secti. 1. 2. Deinde ut conscientiis nostris coram ipsius iudicio placida sit quiete, secti. 3. 4. 5

Quale initium iustificationis & continui progressus, libro 3. cap. 14

Brevis summa fundamenti doctrinæ Christianæ ex Paulo, libro 3. cap. 15. secti. 5

Eo fundamento iactant sapientes archetypos recte atque ordine superad dicare, sine doctrina & exhortatio suu proponenda, sine consolatio adh benda, sect. 8

Doctrina iustificationis fidei non destruit bona opera, libro 3. cap. 16. secti. 1

Falsissimum esse abducere hominem animos ab affectu bene agendi quom illi meæ di opinionem tollimus, libro 3. cap. 16. secti. 2. 3

Futilissimum esse calumniā, inuitari homines ad peccandum, quum gratuitam pecatorum remissionē, in qua cunctocatam dicimus iustitiam, affirmamus, lib. 3. c. 16. secti. 4

Quo sensu dicat nonnunquam Scriptura fideles iustificari operibus, libro 3. cap. 17. sectione 8. 9. 10. 11. 12. Item, fideatores Legis iustificati, libro tertio, capite 17. sectione 13 item, cum qui ambulat in integritate sua iustum esset, sect. 15

Exponunt loci quidam quibus fideles iustitiam suam examinationam Dei iudicio adiacter effertur, ac secundum eam de se statui cupiunt: & ostenditur non pugnare cum gratuitâ iustificatione fidei, libro 3. cap. 17. sect. 14

Sententiam Christi, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, non pugnare cum gratuita iustificatione fidei, libro 3. cap. 18. sectione 9

L

De Lege.

Legem id est, formam religionis à Mose promulgatam, non fuisse datam ut veterem populum in se retineret, sed ut in illorum cordibus soueret spem salutis in Christo usque ad eius aduentum: ostendit toties repetita fœderis mentio apud Mosen: item ceremoniarum ratio prescripta tam in sacrificiis quam in ablutionibus: item ius Sacerdotij in tribu Levi, & regia dignitas in Davide & posteris. Legem etiam decem preceptiorum datam fusile ut homines ad Christum querendum prepararet, libro 2. cap. 7. secti. 1. 2. Idq. fieri quoniam nos peccatorum nostrum unde que conuictos magis inexcusabiles reddit ut ad veniam reatus experientiam

dam sollicitet, lib. 2, cap. 7, sect. 1, 4

Impossibilem esse Legis obseruationem probatur ex Scriptura, & exponitur, libr. 2, cap. 6, sect. 5

Legis moralis usum officiumque triplex esse, quorum primum est ut iustitia, quæ sola Deo accepta est, ostendens, nobis sic in instar speculi, in quo nostam impotentiam, tum ex hac iniuitate, postremò ex vitaque maledictionem contemplemur, ne que id in ignominiam Legis, sed in gloriam magnificenter Deicedere, quæ & auxilio gratie ad faciendum quod iubetur succurrat, & misericordia delet lapsus nostros, neque tam in reprobis cessare omnino hoc Legis officium, libro 2 cap. 7, sect. 6, 7, 8, 9 Secundum ut pœnatum formidine coerceat reprobos, ne effrenè perpetrent quam semper intus alunt & amant prauitatem: filios etiam Dei ante regenerationem ab extera peccantia retrahat, lib. 2, cap. 7, sect. 10, 11 Tertium fideles respicit, illis enim Lex licet iam dixito Dei in scripta cordibus, bisfatiam adhuc prodest: nam eius meditatione in intelligentia voluntatis Domini magis confitinantur, & ad obsequium excitantur, roboreturque, ne earnis ignavia degenerent, lib. 2, cap. 7 sect. 12, 13 Nā quantū ad maledictionem Legis abrogata est fidelibus: ne amplius se conuallis exeat dñndo ac perde do, li. 2, c. 7, se. 14

Ex decem preceptis Legis discernimus eadē illa quæ Lege naturali distante tenuiter tantum degustamus. Primum, Deo reverentiam, amorem, timorem deberi à nobis: iustitiam illi placere, iniquitatem displace: deinde uita nostra examen factio ad Legis regulam, nos indigne esse qui locum nostrum retineamus inter Dei creaturas, & vites nostras reputando nō modò imparies esse adimplendix Legi, se 1 protulit nullas. utrumq; humilitatem & defectionem in nobis generat, que ad Dei misericordiam recurreret, & opem gariet: siue exposceret nos docet, libro 2, cap. 8 sect. 1, 2, 3

Quoniam Deus Leg. s. tot est spiritualis (id est anima non minus quam corpori loquitur) Lex etiam non externam modo honestatem sed interiorē spiritualemque iustitiam requirit, & planè agelicam putatem, libro 2 cap. 8 sect. 6. Quod probatur ex Ipsiis Christi interpretatione Pharisaeorum peruersam expositionem refutantis, qui externam tantum nescio quā Legis obseruationem regabant, sect. 7

Plus semper inest in preceptis & interdīctis &is Legis quā verbis exprimitur. Itaq; ad rectam & veram eorum interpretationem expendere conuenit quæ sit cuiusque ratio sine finis. Deinde ab eo quod iu. erat vel interdicte ad contrarium ducenda est taciocatio, ut non tantum malum vetari, sed illi malo contrarium bonum imperati intelligamus, lib. 2, cap. 8, sect. 3, 9. Cur Deus synecdochice loquutus si in concipiendis Legis sue preceptorum formulis, sect. 10

De Legis partitione in duastabulis: cāque nos doceti primū iustitiae fundamen tum (et quæ adeo animam) esse Deiculum, lib. 2, cap. 9, sect. 11. De divisione decem preceptorum, & quot priori, quot item posteriori tabulis assignanda, ibid. sect. 11, 12, 13, 14, 15

Preceptorum Dei explicatio: ubi ostendit Dominum initio Legis ad faciendam eius maiestatem triplici argumento uiri. primum sibi potestatem supremam & eius impetum in nos vendicādo, velut necessitate ad patendum trahere: deinde promissionis gratia dulcedine alliceret: postremò beneficij accepti commemoratione ad obedientiam stimulare, lib. 2, cap. 8, sect. 13, 14, 15

Legem non docere rudimenta tantum quedam & primordia iustitiae, sed verum eius complementum, expressionem imaginis Dei & sanctitatis pœnitentiam: que tota comprehendit duobus capitibus, dilectione videlicet Dei & proximi, libro 2, capite 8, sect. 11

Lex naturalis, lib. 2, cap. 2, sect. 22

De legibus politicis.

Nec leges sine magistratu, nec magistratus sine legibus consistere potest. Refelluntur iij qui negant recte & compōsi amē esse iem publicam nūi politicis Legibus Mosis regatur, ad id diuiditur Lex Mosis in mores, ceremonias & iudicia, & cognitio singularum partium scopo ostenditur libertum esse singulis genibus leges politicas concedere, libro 4, cap. 20, sect. 13, 15 modò ad æquitatem illam naturalem restat, cuiusratio in Legi morali Mosis descripta est. Itaque pœnitentia sancti ones posse variare pro regionis, seculi alia: unque cœstantiatum diversitate, declaratur propositis exemplis, sectione 16

de libertate Christiana.

Quād necessaria sitius cognitionis, libr. 3, cap. 19, sect. 1

In tribus partibus sitam esse Christianam.

D 4 iij

Libertatem. Prima tractatur libro 3, cap. 19, sect. 2.3 Secunda, sect. 4, 5, 6 Tertia, sect. 7.8

Libertatem Christianam esse rem spiritualem: & eam peruersè interpretari quicunque vel suis cupiditatibus ipsam orat exunt vel ea abutuntur cum fratum infelorum offendiculo, lib. 3, cap. 10, secti 9.10
de Libero arbitrio.

Libero arbitrio polluit homo in prima conditione creationis, libro 1, cap. 15, sectio 8, quod Ihesu suo an nisi. Hoc ignorasse philosophos, & planè despere qui eos sequuntur, liberum arbitrium adhuc homini tribuentes, ibid.

Flexibilitas liberi arbitrij, vel imbecilla facultas, quæ fuit in primo homine non excusat eius lapsum, lib. 1, cap. 15, sect. 8

Non minus è te nostra est quam ad Dei gloriam pertinere, agnoscere vires omnes nostras baculum at undineum. in fumum esse: interim caendum ne dum omni rectitudine abdicatur homo, inde desidie occasionem artipiamus: quin potius excitarnos ita conuenit ad querendum in Deo bonum omne, quo vacui sumus. Liberum arbitrium à suis defensoribus magis præcipita quād stabiliri, lib. 2, cap. 2 sect. 1

Philosophi tres animæ facultates consti-tuunt, intellexum, sensum & voluntatem, sive appetitum: putantque humani intellectus rationem recte gubernationi sufficere: voluntatem à sensu quidem ad mala sollicitati (adeo ut cū difficultate rationi se subiicit, & aliquando variè distractatur) sed tamen habere libertam electionem, & nequam posse impediri quin rationem ducem per omnia sequatur. denique virtutes & vicia in nostra esse potestate, lib. 2, cap. 2, sectione 2.3

Scriptores Ecclesiastici, licet agnoscerent, & mentis sanitatem & voluntatis libertatem ex peccato graviter vulneratam, nimis tamen philosophice hac de te loquuti sunt, veteres quidem, primū ne rein communī hominum iudicio absurdam traderner, deinde & præcipue, ne carni suspiri sponte nimis ad bonum torpentinouam desidiq; occasiōne p̄t̄berent: ut ostenditur ex pluribus sententiis Chrysostomi & Hieronymi Graci p̄c̄ alis maximē Chrysostomus, modum excedunt in extollendo libero arbitrio: ita tamen veteres in genere omnes, excepto Augustino variant & vacillant in hoc doctrinæ capite, ut nihil certi ex

corum scriptis referri queat. qui postea venerunt, in deterius alij post alios sunt dilapsi. Item liberi arbitrij variæ definitiones ex Origene, Augustino, Bernardo, Anselmo, & Petro Lombardo, & Thomā, li. 2, c. 2, se. 4

Quibus in rebus vulgo dent: homini liberum arbitrium: & de triplici voluntate hominis, lib. 2, cap. 2 se. 5. item de vulgari distinctione triplicis libertatis, ibid.

An in toru si homo priuatus facultate bene agendi, in verò habeat adhuc nonnullam licet infirmam: ubi de vulgari distinctione gratia operantis & cooperantis, & quid in ea offendit, lib. 2, cap. 2 sect. 6

Quum non alia ratione dici possit homo liberum arbitrium habere, nisi quia voluntate sua malè agit, non coactione: magnopere interesset Ecclesiaz nūquam usurpatam esse hinc vocem quę in exitiāem confitentiam euexit homines. Veteres etiam sepe declarare quid de voce ipsa sentiant: Augustinum in primis, ex quo plurimi loci citant ubi vim eius enerat & eludit, cum seruum arbitrium nominans, tum rem ipsam vtest exponens pluribus verbis, lib. 2, cap. 2, sect. 7.8

Licet veteres Scriptores Ecclesiastici nimis sint interdū in libero arbitrio extolle-do, & ambiguè varièque in hac re loquuti sint, apparet tamē ex quamplurimis eorum sententiis, humana virtute nihil aut quam minimo estimata, totam bonorum omnium laudem Spiritui sancto detulisse: quarum nonnullæ recitantur Cypriani, Augustini, Eusebij, Chrysostomi, libro 2, cap. 2, sectione 9.

Humani arbitrij facultas non ab euentu rerum, sed à iudicij electione & voluntatis affectione est estimanda, lib. 2, c. 4, sect. 8

Contra patrones liberti arbitrij, ostenditur peccatum esse necessarium, neque tamē ideo minus debere imputari item esse volūtarium, non tamen euitabile, libro 2, cap. 5, sect. 1

Soluitur altera eorum obiectio, Nisi ex libera arbitrij electione tum virtutes tum vicia procedunt, non esse consentaneum ut homini vel poena infligatur, vel præmium tependat, lib. 2, cap. 5, sect. 2 item quod obiecti, si hæc non sit voluntatis nostra facultas, bonum aut malum eligere, oportet homines omnes esse malos, aut omnes bonos, lib. 2, cap. 5, sect. 3

Contra eosdem etiam docetur non frustra fieri

ficti exhortationes, admonitiones, obiurgationes, licet non si penes peccatorem patere: & quid illę operentur tum in impiis, tum in fidelibus, ostenditur, lib. 2 c. 5. sect. 4.5

Ex praeceptis & Lege Dei non inferendum est, hominem habere liberum arbitrium, & vires aliquas praestandi: nam Deus non tantum imperat quod fieri oportet, sed etiam promisit obediendi gratiam, libro 2. cap. 5, sect. 6. 7. 9.

Id ostenditur tam in praeceptis, quæ primā ad Deum conuersionem exigunt, quam in iis que simpliciter de Legē obseruatione loquuntur, item iis quæ perseverare in receptione Dei gratia iubent. Idem enim Deus qui hęc exigit, testatur dona sua gratia esse conuersionem peccatoris, vix sanctitatem & perseverandi constantiam, neque eatum laudem partendam inter Deum & hominē, lib. 2. cap. 5, sect. 8. 9. 11.

Promissiones conditionales, Si volueritis, Si audieritis, & similes non probant liberaim volendi audiendive facultatem esse in homine: neque tamen Deum hominibus illudere ita cum illis paciscendo ostenditur: & quis eiusmodi obtestationum vsus sit tū erga pios, tū erga impios, lib. 2. c. 5, sect. 10.

Exprobationes quibus Deus populo significat, per eum duntaxat stellisse quominus ab indulgentia sua omne genus bonorum receperit, non probant fuisse in hominum potestate, mala, quibus vexati sunt, effugere. Vbi de eiusmodi exprobationum vsu tam erga eos qui obstinate in vitiis pergunt, quā erga dociles qui ad penitentiam conuertuntur. Item quod agendi partes nonnunquam Scriptura nobis tribuere videtur, nō alia ratione facete, nisi vt carnis pigritiē expergeficiat, libro 2. cap. 5. sect. 11.

Quod Moses dicit, Propè est praeceptum in ore tuo & in corde tuo, &c. non iuuare liberti arbitrij defensores: quum ibi nō de nudis praeceptis, sed de promissionibus Euan gelicis agat, lib. 1. cap. 5. sect. 12.

Nihilo magis pro ipsis facere locos vbi dicitur Dominus expectate & speculari quid facturi sint homines, libro 2. cap. 5. sectione 13.

Item eos, vbi bona opera vocantur nostra, & nos dicimus facere quod est sanctum placitumque Domino. Ibiique ostenditur, solum Dei Spiritum omnes bonos motus operari in nobis, non tamen quā in trun- cis, lib. 2. cap. 5. sect. 14. 15.

Expositio aliquot aliorum Scripturæ testimoniorum, quibus gratia Dei hostes abutuntur ad stabiliendum liberum arbitrium, lib. 2. cap. 5. sect. 16. 17. 18. 19

M

de Magistribus.

Magistratum functionem non modò cotam Deo sanctam & legitimam esse, sed sacerrimam etiam, & in toto mortalium vita longè honestissimam, probatur variis eloquii quibus eam ornat Scriptura, & sanctorum virorum exemplis qui ciuilem potestatem exercuerunt, lib. 4. cap. 20, sect. 4. Hanc cogitationem stimulum esse piis magistris, quō excitentur ad officium: & consolationē qua munetis sui difficultates leniat, lib. 4. cap. 20, sect. 6.

Refutantur qui licet sub Lege praeuerint olim Reges ac iudices populo Dei, hoc tamē secuile gubernandi genus asserunt non conuenire perfectioni quam Christus cum Euagelio suo aitulit, lib. 4. cap. 20, sect. 5. 7.

Falli eos qui magistratus arcēt à religione cura: quum eorum officium extendatur ad utrāque Legis tabulam. Ex Scriptura ostenditur cōstitutos esse tam cultus Dei quā publicē pacis & honestatis protectores ac vindices, quod sine gladij potestate præsta te omni ex parte non possunt, lib. 4. cap. 20, sectione 9.

Questio. Quomodo licet magistribus esse piis, & gladium stringere, sanguinemque humanum fundere, explicatur ex Scriptura, ostenditūque adeò non peccare sceleratos puniendo, vt hec si vna ex regiis virtutibus pietatisque eorum approbatio. Duo hīc magistris via est cauenda, nimiam seueritatem & superstilosam clementiæ affectionem, lib. 4. cap. 20, sectione 10.

Subditorum officium ergi magistratus, honorificissimè de ipsis sentire tanquam de Dei ministris ac legatis, quantum ad ipsum ordinem, non quod heminum virtus pro virtutibus sint habenda, libro 4. cap. 20 sect. 22.

Propensis in eorum obseruationem animis suam illis obedientiam approbate, siue edictis patendum, siue tributis soluenda, &c. eorum salutem ac prosperitatem Deo commendare, non tumultuati nec ictum pere in partes magistratus, sect. 21.

Maleseriam principes & vitę nequam ac tyrannicē dominantes eadem in reuerten-

ia ac dignatione habendos (quāsum ad publicam obedientiam attinet) qua optimum regem haberemus, libro 4, cap. 20, sect. 24.25, quia non sine Dei prouidentia ac singulari actione illictiam publicam potestatem habent. quod testimoniis variis, exemplisque Scripturæ confirmatur. & ostenditur qui bus considerationibus impatientiam suam fixare debent qui sub huiusmodi impiorum & flagitiosi tyrannis viuunt subditi, sect. 26.27.28.29.31

Non licete priuatim hominibus insurge-
re in tyrrannos, sed iis tantum qui secundum
regni aut regionis leges vindices sunt libertatis populi, libro 4, cap. 20, sect. 31

Dominum admirabili bonitate & prouidencie excitate interdum ex seruis suis qui genas sumant de tyrannis, nonnunquam impiorum aliud violentium furorem cō-
dstinari, libro 4, cap. 20, sect. 32

In ea quoq; & cum & praefectoriū impietis
debet ut obediēta semper excipendunt, Ne
à Dei obedientia nos abducat neque ullam
ipsius fieri iniuriam dum aduersus Deum pre-
cipierit, tibus patere detractamus: idque no-
strī officij esse, quantumvis magnum ac pre-
sens periculum immineat huic constantie,
libro 4, cap. 20, sect. 32

de Matrimonio.

Expositio septimi præcepti, quo scortationem Dominus prohibet, pudicitiam & puritatem requirit: quam & animo, & oculis, & corporis cultu, & lingua, & moderatio cibi porisque vsu souere & conseruare debemus, lib. 2, cap. 8, sect. 41.44. Continen-
tiam singulare esse Dei donum, quod non omnibus, sed quibusdam dat, idque nonnū
quam ad tempus quibus non est concessum
illuminatio ad coniugium (quod est in ne-
cessitate humana remedium à Domino san-
ctum) configuant, libro 2, cap. 8, sectio. 41.
42.43. Coniugibus videndum nequid om-
nino admittant indignum honestate acte-
peratit: matrimonij alioqui vxorum adul-
teri videntur esse non maniti, libro 2, cap. 8,
sect. 44

Perpetam matrimoniū dici Sacramen-
tum à Papistis, & refutantur eorum ratio-
nes, libro 4, cap. 19, sect. 34. Ostenditur non
iuncti loco Pauli, quo se tegere conantur, se
& 35. Inteili ipsos secum pugnare, quum
à Sacramento hoc accēt suos Sacerdotes, &
dicant esse immundiciem ac pollutionem
carnis, lib. 4, cap. 19, sect. 36

Hoc sacramenti falso prætextu Papam
cum suis traxisse ad se causatum coniuga-
lum cognitionem, leges sanxisse de matri-
monio partim in Deum manifeste impias,
partim in homines iniquissimas: quaz re-
tantur libro 4, cap. 19, sect. 37
de Mediatore Christo.

Christum vt mediatoris officium præsta-
ret, oportuisse fieri hominem: quia sic Deus
statuerat quod nobis optimum erat: quin
nemo alijs pacis restituendæ interpres in-
ter Deum & nos esse posset, neino nos face-
re Dei filios, nemo certam nobis reddere ro-
gni cœlestis hereditatem, nemo pro homi-
nis inobedientia remedij loco obedientiam
oponere, lib. 2, c. 12, sectione 1, 2, 3

Refutatur vaga speculatio corū qui Chri-
stum, etiā ad redimendum genus huma-
num non fuisset opus remedio, contendunt
futurum fuisse hominem: & multus ratio-
nibus testimonis que ostenditur quum tota
Scriptura clamet vestitum fuisse carnem vt
si ret redemptor, aliam causam vel alium fi-
nem imaginari nimirū esse temeritatis, libro
2, cap. 12, sectione 4. Neque fas esse de Chri-
sto longius inquirete: quique id faciant,
eos impia audacia protumpere ad nouum
Christum fugendum. vbi reprehenditur
Osiander, qui rursus hoc tempore hanc qua-
stionem mouit, & contendit nullo Scriptu-
rae testimonio hoc commentum repudiari,
sect. 5. Refutaturque principium quod su-
mit, hominem creatum esse ad imaginem
Dei, quia formatus fuerit ad exemplar futu-
ti Christi vt illum referret, quem iam Pater
carne vestire decreuerat. ostenditurque ima-
ginem Dei in Adamo fuisse præstantia no-
tas quibus cum Deus insignierat, que etiam
telucerit in Angelis, sect. 6.7

Soluuntur & alia obiectiones sive absur-
ditates quas meiuit idem Osiander: vt, Chri-
stum non nisi per accidentem natum esse, & crea-
tum ad imaginem Ade: carituros fuisse
Angelos capite, homines rege Christo, &c.
ibidem.

Quomodo duæ naturæ efficiant mediato-
ris personam in Christo: quod ostenditur
similitudine sumpta coniunctionis animæ,
& corporis in uno homine. Deinde variis
locis demonstratur Scripturam tribuere nō
nonnunquam Christo quaz diuinitati peculiari
ter competant: nonnunquam quaz ad hu-
manitatem singulariter referti oporteat: ali
quando quod vni naturæ propium est, alte-
titij

et tribuere, qui tropus vocatur communio-
cōatio idiomatum, lib 2, cap 14, sect 12. Ali-
quando etiam Christo tribuere quā utran-
que simul natūram complectuntur, neutri
seōtum sīris cōueniant, quod postremū
plētique veterū nouis obseruantur: tra-
men vtile est attendere, ad soluendos pluri-
mos nodos, & vitandos errorē Nestorii, Eu-
tichis, &c. &c. Seuēti enim error refutatur
qui signe omni ex Dei essentia, spiritu, carne,
& tribus elementis increatis constitutum pro
Filio Dei supposuit. Eius vaficies detegi-
tur: & (quod ille negat) ostendit Christum
etiam antequam in carne nascetur, fuisse
Dei Filium, quia est sermo ille ante secula
ex Patre genitus, sectione 5. Item probatur
verē & propriē esse Dei Filium in carne, id
est, natura humana: sed deitatis tamen re-
spectu, non carnis, vegetari Seruetus, &c.
6. Exponuntur quidam loci, quos ille il-
lūisque factores virgent in erroris sui pa-
tronū: detegitur etiam alia eius calumi-
eis, Ante, usq; apparuit Christus in carne
nusquam vocari Dei Filium nisi sub figura,
sectione 7. Detegitur eorum omnium er-
